


re hī aq̄. lel
o m̄y dī r̄ pu
ḡn̄e ar̄n̄g.
ne app̄u. ul
i. aq̄. ḡn̄a ac
ac̄rōḡ bell̄
f. m̄. In q̄
Juuenes
ḡly s̄ign̄is
n̄ḡ. bell̄. col̄ōr̄
i. vii. pol.
.āno ul̄. al
ōrōḡ. for̄ōḡ
rep̄. i. bell̄. co
ḡecio. i. h̄b̄
q̄. a. r̄p̄e
Juuenes
v̄mo. q̄. q̄
m̄p̄. dil̄iḡo.
de. l̄ḡ. l̄at̄ō
. tu. d̄e. i. p̄p̄
p̄ōn̄ḡ. d̄z. p̄uēi
ur. at. re
ueis. ex. an̄
ū. aduē. ḡille
f̄ulle. Ḡ. s̄
reat. juue
et. assue. l̄ōe
si. pua. n̄. l̄
ad. u. l̄ta. v̄a
oz. ee. bel
p̄uē. i. o. ad
l̄ta. bell̄. d̄i.
P̄. pub̄. n̄a.
uē. l̄o. E. a
de. l̄e. ad. u. l̄ōe
ḡn̄a. d̄i. n̄e. a.
v̄p̄ōit̄. v̄r
a. n̄ū. ad. i. p̄i
ū. r̄. ad. bell̄. a.

6 IV - 3



2 400 40 *Stalla* - MADE IN SWITZERLAND

Del Collegio della Comp^a de Jesus de Granada

DP 10359

25

•

ꝛ Pandectes scripturæ

DIVINITVS IN SPIRATÆ SAN-
cti patris Antiochi ante annos quidem ab hinc nō-
gentos ab authore æditus: nunc verò primùm
donatus Latio per Godefridū Tilman-
num Cartusiæ Parisiensis ex pro-
fesso monachum.



*Accessit Elenchus locuples memorabilium sententiarum se-
dulò ex relectione per interpretem collectus ac digestus.*

PARISIIS,

Vænundatur Iacobo Keruer, via Iacobæa,
ad insigne duorum gallorum.

CVM PRIVILEGIO SENATVS.

1543.




Præilegium hunc in modum à Senatu
Parisiensi impetratum.

QUUM Iacobus Keruer bibliopôla Senatui supplicauisset, vt de recenti libri istius æditione, quem omnium primi damus, cui titulus, Pandectes scripturæ diuinitus inspiratæ Sancti patris Antiochi monachi quondam in Laurenti cœnobio S. Sabæ abbatis ad Eustathium, Godefrido Tilmanno Cartusie Parisiensis ex p̄fesso monacho interprete, &c. sibi priuilegium irrogaretur authoritate Senatoria. Visum est eidem Senatui interdiceret cæteris omnibus typographis seu bibliopôlis biennio proximo ab æditione. Additūque vt si quem in alia prouincia extra ditionē Regis contigerit imprimi, nemini vanalem proponere liceat. Qui contra hæc quidpiam admiserit, libri impressi, aut inter promercales habiti, publicabuntur: & multa illi arbitrio Senatus irrogabitur. Anno Domini M. D. XLII. vigesima nona Decembris. Sic signatum. Berruyer.

Reuerēdo in Chri-

STO PATRI D. PETRO CARTVSIAE MAIORIS
Priori, ac proinde ordinis totius prudentissimo Antistiti, F. Godefridus
Tilmannus humilem obedientiam.



VBI RENVTIATVM EST PRIMVM Pater mihi suspiciende, adnotum esse te gubernaculis. hoc est, inauguratum pientissimæ matris nostræ, Cartusie maioris prioratui, uix credibile fit (Tantum abest, ut ipse oratione ulla que am consensu): quantum hinc gaudiorum accreuerit charissimis fratribus meis, quanta in commune ad unum omnes delibuti sinus ac perfusi alacritate animorum. Quid ita? Nihil dubiis argumentis persuasi præ sagiebamus fore, ut si quando aliàs prouidentia numinis nos clementer respicente, iuxtaq; cor suum nobis suggerente pastores, contentibus propè ordo hic noster effloruisset spiritalis disciplina incrementis, uel nunc effloresceret te modestissimo pastore ac longè optimo parente. Arreperat quippe nos in hanc optimam & eandem certissimam spem uirtutum tuarū radiosissimus splendor, in quibus sanè primas sibi uindicat tuæ istius singularis prærogatiue modestiæ, quæ una dos rari admodum est nostra hac ætate exempli. Videre passim liceat in Ecclesia Dei, utinam non tam multos: quorum & amabilis indoles excolenda uirtuti prognata & acrimonia ingenii foelicioris nihilo inferior magnum quiddam ipso statim ætatis flore pollicetur. Dextimæ cuiusdam ac beatæ spei fundamenta iacit primùm modestiæ omnis parens humilitas. Huius se commilitio agglomerant & quasi addensant cætrarum ornamenta uirtutum, per hæc ipsi se ingenti nixu probant Deo, in cuius militiam accenturatos ex professo se esse norunt. Agônem proinde non qualemcunq; hunc, sed spiritualem, nempe aduersus potestates tenebrarum harum magna sustinent animi contentione. Cum hoste cõminus, eminus consurgunt indiuulsa orationis & sanctæ cõpunctionis præsidio subnixi. At isti tanti ac tales, quos spes amplissima erat futuros olim indeclinabiles suffulciendæ & cõstabiliendæ Dei Ecclesiæ columnas, mox ut Fauonius alicundè aspirauit fortunæ blandiùs demulcentis, aut honoris ambitu expetiti aura afflauit serenior, uel certè pellax illecebra uoluptatum arrisit: quàm huc toti propèdem? quàm

Laus à modestia.

huc patulas arrigunt aures? quàm indecorè se eò ultroni dedunt precipites? Planè illud est τὸ σάπρον, ille inquam funiculus triplex, cuius in prima sua Canonica Iohannes commemorat: Omne, ait, quod est in mundo, & cetera: Funiculus iste si quando aliàs, uel maximè nunc temporis nequit disrumpi: magis uerò miseris modis circumplectitur & circūstringit lacrimosis & plusquàm meandrinis gyris Ecclesiam Dei. deniq; conserpit, lancinat ac premit, tantum non opprimit. Ecclesia enim Dei cuius caput Christus quantilibet oppugnetur arietibus uitiosarum affectionum, maximè Herescos, inexpugnabilis perseuerat. Qui enim expugnari possit, quum nullis machinis peruia & inexpugnabilis ueritas tale de sua amabili sponsa ediderit oraculum: Porta inferi non preualebunt aduersus eam? Et, Ecce ego uobiscum sum, usque ad consummationem seculi. Optandum tamen sit, ut Dominus suæ sp̄sæ miseris modis afflicta misertus excitet & ponat plastrum, sed nouum per modestam humilitatem, non item uetus per uetustatem literæ, quod rostra quoq; habeat ferrantia, quibus paleas omnigenæ herescos excutiat, euentilet, exterat, quibus disrumpat, dissecet & exinaniat triplicem hunc funiculum. Ecquis ille tandem fuerit huic operi plusquàm heroico sic idoneus? quis subeunda tantæ moli succerit? quis tanto munere unus se confidat posse perfungi? Ab orbe cõdito, nulla non ætate in hanc usque omnium retro actarum longè deterrimam excitauit Dominus & posuit plastrum suum rostris presim, casum ac punctim ferrantibus circumsseptum & prænunitum. Veritatem dicti ut indicem, nihil necesse sit altius sermonem retexere ac redordiri per omnes ætatum gradus. Docet hoc esse uerissimum populus quõdam peculiaris, gens sancta, populus Israeliticus. Habuit enim patriarchas primùm fidei constantia & charitate erga Deum admirabili præsignes. Habuit Leuitici generis permultos, qui se opponerent sepem & murum pro domo Dei. Habuit Phinees, qui zelo zelatus est pro Deo suo, & hic dignum recepit heroica hac uirtute εὐαδλορ, pactum sacerdotii æterni. Zelo enim præferuido incallescens, obscœnè in iniuriam Dei lasciuientem cum Madiantide transiit & confodit. Habuit Sangaris uouerem in idololatrias, sed & magnum illum Heliam in pseudopphetas. In Allophylos habuit fortissimū Sampsonis: **לֵה חַמּוֹר**. Non defuit in sacri-legum castissimæ Iabelis clauus. Adolescentulo qui secundum cor Dei erat, Dauidi non defuerunt lymphidissimū lapides de Iordanis torrente, quibus relideret frontem & exterebraret Goliath ob giganteam molem turgescentis: & insignem palmam de superbissimo hoste reportaret uictor. Habuit & sagittam amabilis Ionathæ, quam rectè collineans intorqueret in diuini nominis blasphemos. Habuit Heliseum, in quo spiritus magni Helie duplex requieuit,

ad cuius

ad cuius uocem ex incaedua sylua profilirent uersi ultores iniuriæ, & sicco pede Iordanem calcaret. Secundum Iudaicæ gentis synagogam, habuit & exoriens primùm Christi Ecclesia plastrum illud uerè triturans, nouum, habens rostra ferrantia, chorum nempe apostolorum, quod futurum multis prius seculis tali præcinerat oraculo uocalissimus uates Esaias, quum prius **Esai. 41.** Dominum induxisset istis dicentem: Noli timere uermis meus Iacob. Verè isti **נַחְלִיחַ** uermis sed eius qui de se per prophetam regium prædixerat: Ego sum uermis & non homo: opprobrium hominū & abiectio plebis. Vermis hic apostolicus terrimū illius uermiculi Christi Iesu rectè ingressus uestigiū orbem terrarū quaquauersum patet, auxiliari ope subnixus tanti sui ducis penetrat. Et enim, in omni terra exiit sonus eorū: & in fines orbis terræ uerba eorum. Quis non miretur uermem hunc, nempe apostolos, ut opum omnium inopes maximè & fortunæ mundialis indigos, ita nullius ueteratoris artis aut doli conscios potuisse totum innouare orbem? gentium omnium ritus, tot plebium scita, ceremonias ac iura, tot retro seculorum præscriptionibus sancitas & confirmatas leges interpolare, inducere, abrogare? Hoc ne potuit publicus ille orbis prædo, Alexander? Id ne præstitit Caius Cæsar secundum Macedonem maximus, sed & tyrannus? Christus Iesus hanc unam suam legem supra solidam, stabilem, & immotam Petram posuit, fixit & cõstabiliuit propriis; fusione sanguinis sanxit: cuius crepido ac basis sancta est & orthodoxa fides, quæ soliditate Spei nititur: parietū tessellæ, emblemata, uermiculationes, musæaca, contignationes, ac reliqua supellex incomparabilis uirtutum margaritis pertexta est & adornata. Ecclesie Sancte fastigium atque apex charitas Dei est & proximi. Siquidem plenitudo legis est Charitas, quum ab ea uniuersa lex pendeat & prophetæ. His proximè accedit, imò in horum censu est Apostolus Paulus uiuidum & cum primis efficax Spiritus sancti organum, qui pia quadam emulatione plus se laborasse ceteris, gloriatur. Ad hoc plastrum propheticum triturans & ferratile pertinent, quotquot Dei Ecclesiam exemplo primùm, deinde Euangelicæ doctrinæ pabulo promouerunt, martyres, confessores, ascetæ, monachi, anachoretæ, uirgines, denique sexus utriusque omnes sancti, cœlestis iam gloriæ nuncipes & conciuēs, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Et hos quidem Ecclesie tutelares patronos non iniuriã dixerim canes fuisse, sed uenaticos & sagaci atque odorati præditos, qui immanes feras omne genus uitiorū, nempe spiritualis Lycas, apros, leones, pardos, panthæras, urfos uenati sunt, saltus pia sed & certa indagine circuncinctos tutati sunt, leopardales hypocritæ, ambitionis & inuidiæ procul egerunt à septis dominicæ caule, uulpes quamlibet astu uale-

A iii

rent

Ab exēplis
Rebatiō=
or̄ Petiti.

Esa. 56.

rent & uasfricis, suis implicuerunt laqueis: lupos immanes, concinnatores hæ-
 reses, quàm longissimè submouerunt à grege Domini, à Christi pascuis uber-
 rimis suo absterruerunt latratu, dispalantes & erraticas oues ad uia rectitu-
 dinem, ad unitatem ecclesie perdidit & pernoctes reuocarunt. Habet etiamnum
 hodie Ecclesia suos canes. At quos? Parum abest, quin uoce exerta uociferer
 & illud detonem Esaie: Vniuersi canes muti, non ualentes latrare, uidentes
 uana, dormientes & amantes somnia. Et canes impudentissimi nescierunt sa-
 turitatem. Canes muti, dicit. Quid ita? iuxta enim uulgarem parocemiam, in-
 recto in os osse, illud arròdunt tantum, & interim mutiscunt, mussant, uerius
 oggannium, & adblandiuntur peccantibus. Puluillos consuunt, & ceruicalia
 quibus innixi auditores impune peccent: non item dirumpunt, ut scissa uena
 cordis ac teretro feruidæ compunctionis transfixa liberæ euolent animæ ad
 urbes refugii, ad portum salutaris poenitentiae. Mortificant animas, quæ non
 moriuntur: & uiuificant morituras. Absq; temperatura isti parietem casurum
 liniunt. Propterea infernus dilatauit hiulcum & absque ullo termino latissimè
 patens os suum. Quòd in dies singulos absorbeat fluuuium, adeò non ille iam
 miratur: ut etiam præsumpta fiducia speret influxurum Iordanem in os. Et mi-
 ramur nullo pacto hodie ingredi posse ueritatem? Sunt & canes uana uiden-
 tes. Verè uana, nempe uaniora uanissimis insomniis, portenta Demonum docen-
 tes, contra præscriptum Apostoli calicem bibentes & domini & Demonioru:
 dum Homerum enarrant omnis idololatriæ parentem, omnis impudicitie pa-
 tronum, iuxta Eratosthenem anile nugamentum, Hesiodi Theogoniam, Lu-
 cianum, Aristophanem & pleraque alia consimilis farinæ. Quis, quæso, po-
 test adhiberi commodior aditus ad captandam obscenæ uoluptatis illecebram
 iuuentuti tenellæ adhuc, atq; istius nesciæ turpitudinis? Sed nec istos dispudet do-
 ctrinam hanc demoniorum propalam profiteri, quorum fidei animarum cura
 concredita est, qui opimis & pinguibus gaudent sacerdotiis, cura intrin re-
 legata in nescio quos uicarios. Et miramur aurum Ecclesie in squalentem cõ-
 uersum esse scoriam, mutatum colorè optimum: Propterea enim subiecit: Dor-
 mientes & amantes somnia. His accedit proximè longè deterrimum illud ca-
 num genus, quod uelut indice prodens subiicit: Et canes impudentissimi nescie-
 runt saturitatem. Quinam isti? Quos quæso, alios dixerim, quàm istos ueterum
 heresep nouatores, uerius consarcinatores? De hoc triplici genere canum
 improbada notæ fusiùs quædã nobis dicta sunt in opere, quod inscripsimus:
 De uenatione spiritali. Ex omnibus enim quos licuit legere, Græcis & Lat-
 nis selegimus ar: plam segetem & in fascem coëginus. Omnium maximè se-
 quimur Xenophontem, etsi non assequimur eius indolem natuam tantu istius

Rhetoris

Rhetoris atq; philosophi. Is libellu præter ceteros reliquit mirè festiuum, cui
 inscriptio est: κυνηγετικός uenatorius. Nam quæ ille scribit exercendæ ue-
 nationi accommoda, nos eraso & detracto cortice literæ ad spirituales trá-
 scribimus intelligentiam, ea præsertim parte, qua cuiq; cani uenatico nomen-
 claturas indit peculiare, ceu sunt: Ψυχὴ θυμὸς. πὸς πᾶσι. Σύραξι. Λόγχι.
 Λόχθ & c. Ab his igitur mihi tempero, quum insanabiles sint & eò uene-
 rim impudentiæ, ut ne micam habeant frontis. Orandus interim Dominus,
 mittat operarios in hæc messem, quæ in segetem propemodù loliaceam dege-
 nerauit, sed se dignos, nempe quos præter modestiam singularem feruor com-
 mendet diuini timoris & animarū zelus. Sed quò euagor? Indignitas hodie-
 næ istius & miserabilis tragœdiæ, per quam sursum deorsum uoluuntur, imò
 permiscuntur oia, fecit: ut institutæ breuitatis sim penè oblitus. Ad me igitur.
 Modestia tuam utcūq; deprædicare occæperam, quæ uberrimū est omni ge-
 næ uirtutis promptuarium, uel teste senariolo: ταμφορᾶς τῶν ἐσὶ σωφο-
 σὺν μόνῃ. Hæc una ab usq; puero in hodiernum diem sic affectisse tibi indi-
 uulsa comes prædicatur: ut te reddiderit nulli non amabilem. Documento uel
 illud est, quòd fratres nostri domus Gofnaie, qui tum erant, ista allekti affabili
 & modesta comitate, te communiibus suffragiis in suum pastorem nullo obrun-
 tiante ascuerunt. quibus annos plus minus triginta ea præsedisti moderatione,
 ut inde euocatus Cartusiam, nemo facile explicet, quantum reliqueris tui desy-
 derium. Secundum te, laudem non exiguam promeretur modestiæ etiam no-
 mine uenerabilis prior noster D. Ioannes Parseualus, quum concredito fidei
 suæ gregi perdius & pernox cū Patriarcha Iacob prospiciat: moderata ta-
 men correctionis temperie, singulorum consulit salutem, quippe qui certò se in-
 telligit animam propriam defixisse pro ouibus. Is liquidò perspicit, quàm de-
 beat prælatus totus esse mens, totus oculus, ut ne ullam quidem suarum ouium
 (quo ad eius fieri potest.) sinat reiculã fieri & reprobã aut parum dignã,
 quæ à principe pastorum Christo recipiatur. ne per oscitantiam decolor fiat
 impetigine obscenarum cogitationum. neu sua pastoris laxiore indulgentia la-
 bore ac pruriat foeda scabie. ne claudicet per irreligiosum ac minus grauem
 incessum, uel aure sit per inobedientiam desecta. ne ceca esse comperiat per
 aspectum uitiosum, aut certè fer alium uitiorum intercepta & arrosa dentibus
 aut morticina per improbam operationem. Quum enim sibi persuaserit ui-
 tiosus eiusmodi affectibus perpetuò immanentes neuitquam intra septa foelicif-
 simæ illius ac celestis caulæ admissum iri à Christo principe pastorum: hinc
 fit, ut quanta maxima potest sedulitate, singulorum accuret salutem, sicq; tem-
 peret ac moderetur nostri huius arctitudinem propositi, ne lentore immodico

Adlegi

γνώμη

hæc ex ho-

mil. iij.

NETIUS

neruus relinquescat disciplina regularis. Neq; interim sic totus custodiae incumbit interne & spiritualis uita, ut non etiam partem sui decidat in eorum sollicitam curam, quae nouit nonnihil adferre momenti homini huius externo, nimirum tuendo corpori, cuius inquilina est anima: sed quasi quidam ἀμφιδέξαι. Ad id ad utriusq; hominis conseruandam integritatem, utraq; utitur manu. Documento est praeter cetera religiosus ac fortis ambitus murorum, quos hoc superiore aestiuo a fundamentis exaedificandos curauit. Non enim priorem illam ac ruinam interminantem maceriam iussit utcunque resarci: sed ea depulsa & in humum disiecta, moenia erexit in sublime calce lita, rudere partim nouo, partim uetere sed utroque solido, quae res tam necessaria tuendae domui curae prima sui conditione in hunc usque diem dilata sit, non facile dixerim, quum hic consistamus in prospectu urbis regni totius clarissime. Quis enim nesciat, quot quantisque soleat exponi periculis grex ouillus non admodum forti Vallo & sublimi circumseptus? Quin & monasteria forti muro ut cingantur, sanctione cautum est iuris Pontificii iuxta ac Casarei. Libet locum ex authentico D. Iustini de promere, quando ad manum est. Is Constitutione. 133. scribit Ioanni Archiepiscopo Constantinopolitano hunc in modum: Ἔσω δὲ ἀκριβῆς θρησκευτικῶν περιπεφραγμένον τὸ μοναστήριον, ὥστε μὴ δὲ μίαρ ἐξοδῶν ἀλλὰ χόθην, πλὴν ἢ διὰ τῶν πυλῶν εἶναι. Esto sane monasterium muro forti & fastigiato circumseptum, ita ut nullius alia parte sit exitus, quam per portas. Dixerat ante aliquot lineas: Βουλόμεθα γὰρ τῆρ νῦν σφοδρῶτεράμ γενέσθαι παρὰ τῆ: ἡσῖρ, καὶ τῶν πύλων μὲρ μὴ πωλλὰς ἐχθρὸν τὰς εἰς τὸ μοναστήριον εἰσοδῶν, ἀλλὰ μίαρ ἢ δὲ οὐ τυχόν. Volumus huic nostrae sanctioni solito uehementiorem adhiberi obseruationem. Et quidem primum, ne multos monasterium habeat ingressus, sed unum aut duos forte. Quod autem addit, τυχόν forte, indicat indulgeri posse, si qua urgebit necessitas, non ita rigori adstricta sancita legis. Nunc autem quum nulla nos urgeat, Christo gratia, necessitas posticam illam habendi portam: quid necesse sit consequi uelle, quod plus incommodi adferat, quam commodi? Quare & hac parte consulto cauit prior: ne quis alter alicunde pateret in eorum ingressus, solum per portam. Haec tam multa de pastore nostro, non quod alterutri assentari cupiam, quum etsi scire detur, prorsus nolim: uerum quia illius uirtus promeretur, ut T. D. sit de meliore nota commendatissimus? Accedit his, quod animum recreet tuum, quod expleat gaudio nec mediocri inter hosce diurnos nocturnosque labores quibus uniuerso ordini consulis. Quid illud? Spes est, & dextima spes non inanem futurum laborem tuum in Domino. Quis enim nescit, quam soleat exhilarescere pastor. Legimus tantum si

tum si est, dum arcana animi contemplatione perspicit simpliciter ambulantes ouiculas & suo quaque synceriter fungentem officio: Quid nisi gaudeat pastor & aggratuletur gregi sic opinato. flosculis ac gemmulis uirtutum se quotidie exerentium sic fructificantium? Ipse ego nulla ex parte idoneus qui in censum adnumerer aut aggreger gregi tam obseruanti mandatorum caelestium ac pietatis, uix mihi tempero, quin gestientis in morem subsilium ac signa edam ex prompti & subsultatis in me animi. Videor enim exaudire Domini uocem dicentis: Noli timere pusillus grex, quia complacuit patri meo dare uobis regnum. Nam quoties mecum tacitus contempler τὰ νεώτερα, nouellas nimirum hasce plantulas in orto diuinae uoluptatis constas tanta extuberare ubertate gemmarum ac flosculorum, spem mihi ipsi pollicor longè optimam, nec ulla ludificandam malignitate inimici, fore: ut prope diem erumpant, emicent, seq; exerant in exuberantissimam uirtutum copiam, ac proinde futuri sint usui Ecclesiae. Nemo enim, quod certo sciam, est omnium, qui non à quotidiana liturgia & opere Dei, actutum suffugiat in sua gurgustium cellule, ibi diligentem nauaturus operam hic sacrorum codicum lectioni, scripturae alter, alius operi manuario, pro sua quisq; dote quam de manu Domini infusoris liberalissimi gratuito accepit. Neque enim omnibus & singulis omnia contingunt, quod & indicat Pentastichon illud Ἀνθωου μὲρ ναὺς μὴ μία πάντας ἄγρ. Praeter rosidionius uitae sanctimoniam, candorem morum & indolem apprimè idoneam excolendam uirtuti, habet haec domus uestra felicia ingenia aliquot & quae uideri possint prognata prouehendis sacrarum literarum studiis. Hi si quae coeperunt, pergent: fructum adferent in apothecam & horreum Dominicum unus trigessimum, sexagesimum alter, alius centesimum. Haec tam multis dixerim, ut inter continentes laborum successus recreare & conualescas spiritu. Eo enim te inuitat Sapiens, Prouer. 10 **כִּן חָכְסָ יִשְׁמַח אָבִי** Quod est, Filius sapiens letificat patrem. Concinit & illud eiusdem, Prou. 29. **אִישׁ אָהֵב חֲכָמָה יִשְׁמַח אָבִי.** Hoc est, Vir qui diligit sapientiam, letificat patrem suum. Est igitur, quod exultes, sed in Domino. Siquidem domus uestra haec aliud nihil quam ὁ τῶν ἀρετῶν ἀνθῶδης λεγόμενος, quem stridulis alis undiq; dædæcae apes & argumentosa circumuolitant ex odoratissimis floribus scripturarum delibaturae succum salutarem & exurtur, quem in suum quaeque alucarium conuehant, ibi confectur mellificinam suam. His postremo accedit, quod pondus alleuet tui laboris, τῆς refoueat, refocillet, soletur. Quis tandem continget pararius νεχθὸς τῶν εὐνῶν tantis istius boni? Dicam equidem. Initio inaugurationis tuae in Cartusiae priorem, inter congratulantes tibi, imò ordini, conuerrere coepi schedas & charitaceam

chartaceam qualemcumq; nostram supellestem, ac mecum anxie disquirere nunquid occurreret muneri literarii, quod sub tuo nomine commissum typis testaretur mei erga te animi ex promptam fidem et alacritatem. Erant tum in manibus præter alia aliquot ueteris monetæ monumenta, Synopsis Arethæ Cæsariensis quondam Episcopi in Apocalypsin B. Ioan. Euangelistæ et Exegetis collectanea Occumenii scripturarum diuinarum disertissimi enarratoris in septem Canonicas epistolas, illi catholicas dicunt. Vtrumq; (gratia Christo) ad catastrophem perduxerã. Offerebat ultro et se opus insigne Maximi martiris iam olim, ni admodum fallor, Alexandrinæ urbis episcopi nondum angustiis præli expressum aut excusum, De re Theologica et dispensatione uerbi, deq; malitia et uirtute. Quinq; cõtinet hecatontrias, hoc est ceterius capitulũ. Et huc ab aula regis re ac nomine Christianissimi et erga literarum professores benignissimi per eximium Theologum Ioa. Gagnæium doctorẽ regium atq; inter regios elemonas primum ad nos perlatum uix absoluerã filo interpretationis: et ecce non unus aliquis morbus, sed morborum agmen nihil tale expectantem inopinẽ adoritur. Ut taceam, quod ante hos quatuor et decem annos, cœperim sed et cõtinenter ex uuula laboro, κοινὸν α uocant, præterquam quod excruciat Enterocœle, inuasit et dira Arthritis. Arthritis succedit Coli dolor partes intestinas transfadigens cruciatu nulli explicando et ad deliquium usq; animi inclementer transfodiens. Nec is cõtentus una et altera impressione, in super tertio quoq; die totos quinque menses recurrit. Aliis quoq; modis exanauit me benignitas nostri Dei, quare benedictus per omnia Deus. Nam et in cõmemoratione horum libuit uel tantillum gloriari. Quid enim? Nunquid non in his gloriatur et Apostolus? Vix dum reualuerã qualicumq; redditus incolunitati, et ecce qui te adit meus, meus inquam Antiochus abusq; Mantua se recipit apud nos hospitaturus. Ex Italia enim in hanc Parisiorum Academiam toto orbe celeberrimã ac ueteris illius Athenæi traducem, hunc exciuit uenerabilis Pater et eximius Theologus professione et ordine franciscanus Richardus Cenomannus. Quot annos Mantuæ miserã seruerit seruitutem, quis explicet? Ante annos enim non gentos cum ad extremã caniciem de gisset in Laurã, quæ cœnobium erat in cõfinio Hierusalem, demum ceu unus aliquis maniceps abductus est in Italiam, quò cū appulisset, Mantuæ iussus est catena ferrea astringi, catastæ iniecti sunt pedes, numellis manus immisã. utinã uel in pluteum arreatus fuisset, nõ ita tot annos ui adactus celebrasset chameuniam. Huius beati senis misertus Cenomannus cœpit admonere, se ut sequeretur. At ille, Nosti illud solere reponi inter ἀδύνατα et ἀμύχανα: Senis mutare linguam. Quis igitur possim latine discere tot annos natus? Cui Theologus, Ne time, hospita-

Propo=
psit.

beris Cartusiæ in summocœnis Parisiorum sita. Est ea domus non minus sanctæ eruditionis quã religionis altrix. Latine quoad eius firri poterit, docebit te meus Godefridus. Conditionem ex pacto admisit senex, per Cotias alpes affecutus itineris tanti ducem, sed prius salutato hospite. Hunc itaq; meum hospitem, quem bimestri propè spatio docui latine balbutire, passis ulnis excipies ut tuum, quem T. D. consacro peculiãriter et dico imò non iam ut meum, non item ut tuum quando charitas Christi, cuius gratia omni nos peculio exuimus, nescia prorsus sit herciscundæ legis aut cõmunis diuidendi: quin potius patrociniõ tui gratiosi nominis securior periculorum, ereptus iã tincis et blattis ac liberiore fruitu ras cœlo publicum accipiet et in cõmune ad omnium transibit usum, qui eo uti uolent. Perpetuo tñore docet uitandã improbitatem, instabili fortunæ nõ fiendum, uirtutem unã cum primis amplectendam. Et quia huc respicit quod ad manum est Pauli Silentiarii elegans admodum Hexastichon, libet adscribere uice coronidis.

μήτε βαθυκτεῖνοιο τύχης κοπιζέο ποίησθ,

μήτε σέο γνάμψη φροντίς ἐλευθερίη.

Πᾶσ γὰρ ὑπ' ἀσάβειον βίος πολέμιζεται ἀυραῖς,

τῆ ἐτῆ θαμμινῶς ἀνάμεθελκομένῳ.

Ἡ δ' ἀρετὴ σαπρόνῃ ἐβροοῦ, ἥς ἐπὶ μῶνης

κίματα θασῶς ὠοντεπρῆ βίτου.

Carmen, etsi non indolem, ita in tui gratiã latine reddimus, sed extemporẽ.

Ne te prosperitas fortune tollat opimæ,

Neu libertatem sollicitudo premat.

Concuitur uita hæc instar uersatilis auræ,

Huc, illuc flexu tracta subinde leui.

Virtus quid solidum, quã sola nixus ab undis

Perfacili liber proripiẽre uia.

R. T. D. optime et grauisime pater Dominus Iesus seruet quã diutissime tibi et ordini incolumem. Bene ac sceliciter uale, et filium tuum, qui te synce-riore in Christo affectu prosequitur, ulnis sanctæ charitatis astringe et complectere. Ex Gurgustio cellule nostræ Cartusiæ Parisiensis. sexto Kalendas Ianuarias, Anno à partu intemeratæ uirginis ac Dei matris tertio et quadragesimo supra sesquimillesimum.

Ad optimum quem-

QUE SACRARVM LITERARVM INTERPRE-
tem Godefridi Tilmanni Cartusi: in suum Antiochum nuncupatoria
Præfatio.

SOLENT plerique ipso statim ingressu suæ præfationis tam multa ingerere adeo non necessaria futuro lectori operis, ut onerent magis quam ornent aut ulla sui parte iuuent, ut impendii ac poinde dispendii, quam compendii plus adferant nibilo dissimiles istis, qui ἐπὶ τῷ σκοποῦ αὐτῶν dum imaginariæ & umbratilis pugnae progymnasmatibus se inuitant, exercent ac præcludunt, per hoc interim succum omnem exhauriunt uiuidi roboris: sic dæterunt, extenuant, accidunt uires, ut in legitimo deinde procinctu impares conspiciantur & suamet temeritate se brauii spoliēt præsumptæ uictricis palmæ. Hac ego collatione parabolica persuasus, ad institutæ præfationis partitionem accingor, cuius totius cardo circa hæctria uertetur. De Authore primùm quanta maxima poterit breuitate, exequar. Secundum Authorem, quæ ad huiusce operis hypothesin facere uidebuntur, subiiciemus. Classis tertia lectoris prospiciet commoditati, nequid periculi adeat ex operis lectione. Nam quò inoffensius ingredi queat, scrupos è uia & salebras aliquot remoliar. Quòd si minùs dabitur pauiumentum insternere uersicoloribus tesseralibus: at certè rudere ueteri contuso complanabo, præmolliam, exæquabo. Si qua moles arbuti roboris densior se obtulerit, subiectis canterius diffindam runcina & detornabo: ut usui sit, qui eo uti uolent. Et hæc quidem Deo auspice nequa relinquatur impingendi occasio lectori, cuius saluti modis omnibus cupio consultum. Fuiam quarto loco adiecturus Parænesin erudiendæ potissimùm iuuentuti accommodam ac promouendæ ad complexum Ethices non qualiscunq; sed Christianæ quæ teste Hieron. elementaris est & rudimentaris ad uirtutè methodus. Hac, ut tute melius nosti, quisque docetur: quo pacto defugiat uitabundus ab ipso ineuntis aui flore turbulentam affectionum uitiosarum intemperiem. His proinde affectibus (quo ad eius fieri potest) serenatis, nec iam inter strepitibus, uia cuique commodior sternitur, qua se ad suauè spirantem auram recipiat Euthymie tranquillioris, nimirum nullis inter septentibus uitiorum remoris, & uia rectitudinem intercludentibus. Ab Euthymia autem (quæ temperies animi est rectè constituta & à corruptelis uitiosarum affectionum perpurgata) promior se semita adaperit

Argumentum à simili desumptū.

Partitio præfationis.

Ad Paulā urbicam.

Euthymie finitio.

aperit ad Theoriam, ad sedulam meditationem diuini scripturæ, ad studium perpes eximie uirtutis, qua comite securior periculorum obuiantium re-
Et à festinat adscribi municeps supernæ illi Hierusalem quæ piorum omnium & Christianæ totius perfectionis sequacium pientissima est mater, ad quam de ualle complorationis & lachrymarum miseri suspiramus. Caterùm hanc partem intercidit necessitas è corpore præfationis: ut ne quàm par est, prægnator uideretur, at ne id quidem exigebat Præfationis decorum. Dabitur, spero, locus commodior.

Quod ad primam attinet præfandi partem, nihil hic uideo, quod tam solenne Pars prima sit & abierit in consuetudinem (cuius quidem ea est uis, ἡ τοσούτων, ὡς ἐστὶν de Authore φύσεως ἀνὰ γῆν καὶ βίαν σαρκῶν, quam ut questionem certo futuræ respōdeam, re est, illam anteuertens. Id enim in more positum esse uideo, solere in questionem uerti, quoties unus aliquis ex antiquariis authoribus aut supparis & mediæ ætatis (ut hic Antiochus est) è tenebris erutus emergit in apertam lucem, è prædore & squalenti situ uestustatis rerum omnium edacis unius cuiuspiam beneficium ad auram reuocatur amoenius spirantem, queri, inquam, solet: Quia hic uixit ætate? Ex operis totius & uersione & uersionis ad archetypū collatione, duobus potissimum nitor argumentis, quibus B. Antiochum uixisse colligo sub Heraclio & Cosdroa siue ut Procopius, Cosdroe Persarum tyranno. Dixerit aliquis coniecturas esse, non item compertæ argumenta ueritatis, ut, ut res habet: coniecturæ si sunt, certè urgent uehementer. Contendere & uelitaribus uerbis digladiari, Lutherana est synagoga, non filiorum orthodoxæ & sacrosanctæ Dei ecclesiæ. Iudicium itaque esto penes lectorem. Argumentum contra ecclesiæ consuetudinem contigisset ad nos peruenire incolumè: sperassem enim illius lectione potuisse dici compertiora. Hic planè B. uir executus breue Encomium uenerabilis Iustini, mirè per cuius disciplina se tradiderat erudiendum tyro adhuc militiæ spiritualis in uicaces & Laura, subiicit: τὸ σπῆμα τῷ δόκιμῳ πατρὸς ἡμῶν Σάββα, Semen est, nimirum Iustinus sancti patris nostri Sabæ. Sabas hic gente quidem Cappadox uix dum pubescens indultu sui abbatis Gregorii petiit ciuitatem olim sanctam, Hierusalem uisendi loca Dominicæ dispensationis cupientissimus, quibus ali-
quandiu magno cum animi feruore lustratis, miraculorum ad hoc clarus gloria ac celebris, nomen indeptus est sancti. Mundum pertæsus suffugit in eremum stadiis aliquot à ciuitate disparatā, in qua cœnobium à fundamentis edificauit numerosæ multitudinis capax, nomè illi indidit, Laura, cui idem primus præfedit Abbas. Multi eò prouolarunt odore sancti patris illecti. sequæque illi tradiderunt in discipulos, in quibus fuit & Iustinus puer dum, postea

Att. quæ ætate uixerit Antiochus.

Lutherani contra ecclesiæ consuetudinem contigisset ad nos peruenire incolumè: sperassem enim illius lectione potuisse dici compertiora. Hic planè B. uir executus breue Encomium uenerabilis Iustini, mirè per cuius disciplina se tradiderat erudiendum tyro adhuc militiæ spiritualis in uicaces & Laura, subiicit: τὸ σπῆμα τῷ δόκιμῳ πατρὸς ἡμῶν Σάββα, Semen est, nimirum Iustinus sancti patris nostri Sabæ. Sabas hic gente quidem Cappadox uix dum pubescens indultu sui abbatis Gregorii petiit ciuitatem olim sanctam, Hierusalem uisendi loca Dominicæ dispensationis cupientissimus, quibus ali-

Ad optimum quemq; Lectorem

λεὶψὸν
re.iquia.

Antiochi nostri futurus doctor spiritualis. Hæc legimus Sabam cœpisse exæ qui post initum quingentesimum Domini annum, qui et diem suum obiit anno. 524. cuius lipsana prodium memoris est illinc postea transuecta esse Venetias urbem celeberrimam et conditorio imposita pretii ingentis in æde sacra B. Antonino martyri. Vixit itaque noster hic Antiochus circa Domini annum 600. Alterum argumentum colligo è uariis sparsim homiliis in quibus dequeritur excisam Persarum siue Chaldaeorum impressione S. ciuitatem populum plusquam tragicè internecioni deditum, omnium maxime commemorat S. Crucis ademptæ et exportate in Persidem. Hæc uidere licet Homiliis 18. 38. 43. 66. 91. 107. In exomologesi hæc eius sunt uerba ab eo loco: Ἐπὶ τῶν ἁγίων ἡμεῶν οἱ λόγοι, cetera: impleti sunt sermones Prophetarum tuorum super nos. cat. Paulò infra subiicit: καὶ τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου, ἔν μείσῳ καὶ κύκλῳ ἰλμὶ καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτης καὶ πλὴν ἰχθῦν ἡμῶν τῶν σαύσων τῶν χυῶν παρὰ δ' ὠκεῶν πῖσ' ὑπεῖνάντισις. Nos sic reddidimus: Et morticina seruorum tuorum in medio iuxta ac in circuitu Hierusalem et non erat qui sepeliret. Fortitudinem nostram ac robur, Crucem Christi tradidisti fidei aduersariis. Docemur patrum monumentis contigisse hæc sub finem imperii Phocæ aut Heraclio sceptris imperialibus iam inaugurato, cuius quidem uictoriam aduersus Cosdroën obtentam mirari non desino, quàm uariè quidam transmiserint ad posteros. M. Anto. Sabellicus quàm diuersus abierit à ceteris quos legerim, non est operæ præsentis commemorare. Ecclesia cuius esse filius pro uirili contendo, tradit uictoriam miraculo partam: ille prodicione maiorennis filii Cosdroë. Habetur id libro. 6. octauæ Emeados. Nec nouum uideri debet exemplum, quando hac de re grauiter deuesti sunt facillè principes utriusque linguæ eloquentissimi: uidelicet non bona fide quam cum primis requirit historica narratio, nec usquequaq; testimonio fideli transcriptas ad nos posteros historiarum synopsis, ephemeridas, annales. Ex nostris est testis locuples Titus Liuius illimi prorsus e'loquentiæ fonte manans, Tantū (ait) errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus: ut nec qui Consules secundum quosdam, nec quid quòque anno factum sit, in tanta uetustate, non rerum tantum, sed nec auctorum, digerere possis. Hic unus suo testatissimo elogio aliorum suppleat uicem. Eodem conspirat Dionysius halycarnassæus in Augustalibus suis. Reuocat me ab inductione loci illud: Μέγας Græcus in historia. Et quidè obscuratus Latine linguæ splendor reuicis solet in Gothos et Vandalos Romano iam inclinante imperio. Veritas historię suo destituta præsidio ad cuius confugiet asylum? à quo patrociniū expectet? Latine linguæ decor ac uenustas ad antiquum illum nitorem respirat quotidie,

Interpretis nuncupatoria præfatio.

quotidie, historia fides interlita semel et abrogata quando sue puritati restituetur? iam ad nos. Certò scitur crucem esse relatam per Heraclium et Zachariam S. ciuitatis Præsulem ex ea captiuitate recens receptum, hinc et dies per orbem Christianū indicta est celebris sub nomine Sactæ Crucis exaltata. 620. Domini anno. Circa hanc tempestatē impius Mahometes ex legem illam suam legem, Alcoranum euulgauit. Ex lectione porrò. 27. Hom. quæ est περί ἀπογνώσεως, De desperatione liquidò colligitur Crucem Christi aut nondū translata in Persidem fuisse tempore conscriptionis eius homiliæ et aliarum aliquot, aut certè aliquantò post relatā. Verba enim eius sunt insultantis tentatori: Σὺ δὲ φεύγε ἀφ' ἡμῶν μακρὰν ὁλίσθη, et cet. Nos ad hūc modū, A nobis tu quam longissimè exitialis ac pestilens secede. Siquidem nos Domini Crucem omni honore dignam quam retineamus pignoris loco, quamlibet sublime illud caput tuum calce proterimus ὁ serpens uenenate. Hoc iam argumento duplici uideri possum non pessimè collegisse ætatem nostri huius Antiochi: quem monachum fuisse in Laura, Cœnobio S. Sabæ sub Iustino dicti Sabæ discipulo sequestra fide exemplaris persuasum sic habeo et comperitum, ut negare nisi pertinax, non possum. Laura proinde Hefychio, Suidæ, Phaurorino, Authori Etymologici magni uox polysēma est: ῥύμη δ' ἴσ' ὁ λαὸς παρέρεχεται. ἀμφοδ' ὅ. συνωπός. ῥυπασός τῶν ὅ. Vicus, per quem populus iter facit. biuium. angiportus. locus item squalens putore et eluuiè sordium. Præter hæc addit Suidas in collectaneis: λαύρα ἢ ἐνὶ κωτοκίαι τῶν μοναχῶν, Laura angusta est domus monachorum. Hinc crediderim inito conditæ domus, cœnobio illi nomenclaturam hanc esse inditam, aut fors ad Suidam usque permansit loci illius rumor. Etymon uocis Phaurorinus reddidit: παρὰ τὸ λαίαν ἄυρα ἐχθρ, quòd auram habeat leniter et comode spirantem. Quæ situm præterea ex me est, Hunc ne ex professo monachum fuisse profiteris? Profitor, dixi. Dic, Sodes (ait) cuius est professus sancti seruaturum se esse Cānonem? Istius curiosi curiositatem intempestiuam non intempestiuo elusi responso. Obiecto enim illius oculis exemplari, Viden, aio, Antiochum fuisse monachum? Video, ait, Qui me teque docuit fuisse monachum is eadem operæ satis tuæ huic faciat quæstioni. Neque enim quicquàm ex operis totius aut uersione aut relectione deprehendi, quòd doceret. Si quid tamen donetur assequi posse coniecturis, arbitror stipēdia fecisse militiæ religiosæ B. patri Hieronymo, quando illa etiam dum ætate extabant Hieronymi nomine monasteria in confinio S. ciuitatis, aut certè quòd propius uero crediderim, Basilianus fuit. Ut enim tum orientis propè totius monachi

λαύρα
quid.

Basilium

Ad optimum quemq; Lectorem.


Basilium:ita occidentis,Benedictum aliquantō seriū affectati sunt. Quin et toto sparsim occidente audio pleraque cœnobiticæ ascētes monasteria ante S. patris Benedicti ætatem meruisse unī Basilio, in quorum censu fuisse creditur nobile nec minus religiosum S. Germano à pratis consecranēum in summœniū Academiæ huius celeberrimæ ut ipsi etiam nos, situm. Occurrit interim, quod supra modum mirer, quid in mentem uenerit Beato huic uiro intemeratæ uirginitatis admiratori, ut in uno eodemq; monasterio duo domicilia extrueret uirorum capacia et mulierum, seorsim quidem et quadante= nus disparata id quod colliquescit ex respōsione eius ad quæstionem. 15. quò loci et de professione agitur. Operi per Stephanum Sabium Venetiis ante hos. II. annos primū excuso inscriptio est: Διάταξις ἡτοι ἀσκητικὰ τῶν τῶν μοναχῶν βίου. Tametsi ab se inuicem muro quopiam secludebantur, contiguū tamen et iisdem cōtignationibus coherescebant. Vtiq; is probè nouerat, quantū hinc periculi, sexui utriq; adiri posset: præsertim quis e= rat amans uirginalis pudicitie et integritatis, ut etiam præter cetera sibi mu nere Dei indultæ sapientiæ hypomnemata, opus reliquerit ea de re πρὸς τὸν λατοῖον ἐπισκοποῦ μελίτης, περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀλαθῶς ἀφθορίας. Extat cōimpressum præscripto operi per Sabium. Dicti huius ueritas, salim coniectura qualiscunq; elici potest à fine homiliæ. 21. Antiochi. Sed et huius in omnimoda scripturarum exercitatione contubernalis Gregorius Nazanzenus qui de seipso piè ac modestè prædicat: Σάραξι παρθένῳ ἐμί, καὶ ἐι φρεσὶρ οὐ σάφα ὀιδά: hic tantus uideri possit certare uoluisse cum suo Basilio, dum in laudem uirginæ puritatis ex patiatius, Encomiasticis expigrā= matis ludit: in quibus est elegans illud hexastichon, quo scribit uirginem à monachi domicilio dirimū debere spe uitæ melioris. Neque enim, ait, tutum sit ad mouere calamo aut stipulæ ignem. Arcanum enim et intestinum utriusque natura habet morbum. Si ab altero alterum sciunxeris, sola manet scintilla: utrumque si permiscuevis, per modico flatu redaccendes ignem. Sed præstat

Greg. Nazanzen. elegans hexastichon.
 Πυρὶ γυγυῆς καλὰ μὲς οὐκ ἀσφαλῆς· οὐδὲ γυνῶκα
 Παρθένου ᾧ μοναχῆ κτᾶσθαι ὁμοφροῦ.
 Ἀρσενὰ καὶ θήλασρα ἐχώρισε μὲλῶς ἀμείνωρ,
 ἢ δὲ φύσις κρυπτήρ τῆρ νόσον ἐνδ' ὀρχῆ.
 ἢ μὲρ ἀπέχης μακρᾶρ, σπινθῆρ μὲν ἢ δ' ἀναμίσγῆρ.
 Ἀψῆς πυρκαϊῆρ πνεύματ' ἐξ ὀλίγου.

Extat et eiusdem Ogdoastichon nihil hoc inferius, eodem respiciens, quo monachum amator e Monadis asserit aspirare ad angelicam gloriam. Satis fuerit

Interpretis nuncupatoria præfatio.

indicasse. Principiū habet: οἱ μοναχοὶ μοναχῶν βίον ἔλασαν. Tēporis progressu, obuiatum est tanto huic periculo, decretis Synodi septimæ, quæ edicto cauit, ut ne in posterū duplicia eiusmodi fierent monasteria. Probat: ut id per. c. Diffinius. 18. q. 2. Et §. Quæ. quæ hætenus fuerunt dupla secundum regulam S. Patris Basili, non habitent in uno monasterio monachi et monachæ. Adulterium enim intercipit cohabitatio: si habeat aditum monachus ad monacham uel monacha ad monachum colloctionem. Confirmat sanctionem hanc. c. continenter sequens: In nullo. Vtq; semotius à se disparentur Agatheuse concilium prouidit, per. c. Monasteria, ibidem. Sed et Iustinianus princeps, in Cōstitutione. 133. sui Authentici fusissimè de his. Fuerit ne Antiochus abbas, Prior an alia ulla insignis dignitate, pronūtiare nihil ausim. Tantum est: uideor ex homilia. 123. collegisse, tum fuisse Diaconem, quando hæc scripsit. Ea erat illorum temporum modestia, à qua quidem quàm abhorreat et degeneret nostra hæc ætas, penes et est Lector iudicium. Vitam proinde suam quàm rectè instituerit pius hic Ascētes, si quis me roget: nihil habeo, quod pro comperto respondeam, nisi insignem illam et omnibus cognobilem sententiam nostræ omnū salutis proxenetæ ac pararii Iesu Christi, qua bonus à malo et contrā internosci facile potest: A fuctibus eorum cognoscetis eos. Vix credam secus uixisse, atque docuit perpetuo tenore doctrinæ sic salutaris. Non etiam timere prouerbiali sententia dictum est: εἰδὼλον τῶ βίου καὶ χαρακτῆρ ὁ λόγῳ. Ut donem illud esse uerissimum, quod Romanæ eloquentiæ princeps Cicero scripsit, Erons, oculi, uultus persæpe mentiuntur: oratio autē sapiissime: certè non potuit hoc docendi munus, nempe did' ακυρόν, quòd cum primis in Episcopo desiderat Apostolus, sic obire continenter, nisi mentis et uitæ pietas usque quaq; responderet sermōni. Non me clam est quendam non minus falso quàm arroganter de se dixisse, quum toto illo propè suo syntagmate nihil scripsisset, quòd non resiperet impudicitie omnis patronam uenerem, et si quid illa obscœniū excogitari potest: Lasciua est nobis pagina, uita proba. Hadrianus Caesar præter præscriptum naturæ legibus cardinem (testis Antinous) ad omne turpitudinis dedecus propendens idem elogiū suo detulit uati Vocenio: Lasciuus uersu, mente (scilicet) pudicus eras. Docet alicubi Arist. id quòd ipso naturæ sensu perspicimus esse uerissimum, bonorum uidelicet somnia ex diurnis cogitationibus proficisci et eò distingui ac differre ab improborum insomniis. Philo= sophi sententiam sequutus uidetur Gregorius Nazanzenus dicens, σφουδρῶς ἡμαυαίς γὰρ ὁμοία φάσματα νύκτῳ. Sed et eandem prorsus graphicè expressit Claudianus disticho, in proœmio (si non imponit memoria)



terti de raptu. Omnia quæ sensu uoluntur uoti diurno, Tempore nocturno reddit amica quies. Hæc si sunt. imò quia ita sunt: quanto æquius est credere B. hunc uitam omnem suam exercuisse ad præscriptam formulam diuinæ legis, qui in ea mediatus die ac nocte, tam in numerato illam habebat, ut ad arreptum undecus semel argumentum, quasi quidam Paterfamilias de boni cordis thesauro deprompserit noua & uetera? Scribit porro alicubi non prolearius ecclesiæ doctor, sed & lingua utraq; ualens Ambrosius pœnam impii Arii soli quidem diuinæ prouidentie perijectam, non dum tamen definitam quòd quotidiانا fiat accessio per eos qui impium dogma aut tuentur aut sequuntur sunt: datur cum illo duce pœnam tantæ impietatis. Neq; ab hac sententia abluat Diuus Aquinas de Nabumeth pronuntians in. 4. commentatur. q. 2. distinctionis. 12. nisi memoriâ fugit locus. Hunc doctorẽ lubentius eò induxi, quòd cæteris neotericis (aliorũ pace dixerim) familiarius mihi à puero penè ascuerim, ut ueritati propius accedentẽ, ita & meo arbitrato nõ immodicis nitentem argutiis, sed pondere sententiarum solidiorem. Quòtò iustus est credere nonnullam fieri in dies singulos accessionem gaudii accidentarii iam licet beatis: qui dum in hac lachrymarum ualle uixerunt, præter sanctimoniam uitæ ad iustitiam erudierunt etiam multos, quasi splendor firamenti, radiosissimo fulgore interlucentes suæ salutaris doctrinæ? Hac ratione persuasus sperem nonnihil gaudii additum iri Antiocho nostro iam licet superne Hierusalem municipi: si quos tandem cõtinet ad Dei redaccendi & recalescere amorem, promoueri ad studia Christianæ pietatis, istius lectione operis, quod in hunc usq; diem sit oblitum ac penè interlitum desedit & delituit. Hæc de Authore, ad portum: contendenti passis uelis sat sunt.

Laus Tho. Aquinatis.

2. pars de opere est.

De operis qualitate loquuturo quod primum occurrit, ipsa inscriptio operis est. Scio equidem aliquam multis futurum admirationi, quid permouerit Antiochum, ut hoc operis inscriberet τὸν τῶν ἀδελφῶν τῆς θείας οὐρανίας γράφης, hoc est: Pandeecten scripturæ diuinitus inspiratæ. Est enim uox hæc, Pandectes, sic latinis auribus insolens, quàm quæ maximè. Doctrice experientia hæc scribo. Perendie enim coeptæ uersionis inuist me amicus, non is latine infans, sed & in Græcis aliquousq; promouerat. Ad hunc permanerat rumor delati ex Italia exemplaris. Rogat, uidendum exhibeam. Illius amicitia delatum à me est. Exhibeo & sesquihomiliam utcumq; uersam. Is lecto nomine, Pandectes, restit at hærens & indice prodens locum ait, Cantherius in porta. Ego subodoratus quid illum malè haberet: prouide, aio, solerter, ne tu quum hunc marem ex eueris & ex strenuo mare reddideris imbellem formidam, eodẽ deuoluaris periculi, in quod suo merito incidit Panonius quidam Chius unã cum quatuor liberis, Hermotimo Pedasensi inter eunuchos Xerxis clarissimo

Herodotus libro. 8. in Vrana.

clarissimo illam sibi puero olim iniuriam ulciscere. Ut concedam uideri latinis foemina multitudinis numero tantum, suapte tamen natura in uero utroq; mas est: etiamsi non ignorem habere te posse in numerato idem nec spernendæ authoritatis, qui à causa tua stare uidentur. In his est Politianus, qui sub eius epistolæ finem, quæ nunc claturæ appendit iureconsultorũ, è quorum monumentis transsumptum sit Pandectarũ iuris Cæsarei corpus. Is ita habet: Hæc est deniq; & c. quibus uestræ Pandectæ se debent. Vis ingenuè dicam? Meo arbitrato aut hoc indulsit iureconsultorũ consuetudini: aut quod propius uero crediderim, adultrina est lectio. Qui enim ignorare potuit id puerile tãtum in literis literatissimus heros & utriusq; linguæ politissimus Aristarchus penè etiam à puero: Vix ex ephebis excesserat: & ecce carmen scribebat iuxta quemq; linguæ illius idiotissimũ elegans, & ne non suo responderet nomini ἀπικρατὸς perpolitum. Trãsuit ad posteros specimen tantæ istius indolis. Vtq; is callentissime norat uocem δέκτης ἄωδ τὸ δέχεσθαι esse corruatam, quod quidem præter significationẽ nulli non perspicuam, sumitur & pro composito ἀπιδέχεται, hoc est ἐξαρυρολογῆσαι exigere argẽtum, cogere, colligere uestigal. Hinc & ἀποδέκτης qui nobis Gallis receptores suæ quæstores regalium tributorũ & uestigalium. Eiusmodi regia pecuniæ coãctorẽ obseruat uulgò dictus contrarotulator, Græcis est Ἀντιγραφεύς. Quum igitur δέχεσθαι etiam colligere significet, corrogare siue emendicare & corradere: quid ni δέκτης erit πτωχὸς, ἐπὶ αἴτης mendicus, inops, pauper, à quo & παρδέκτης qui undelibet emendicat, corradit & corrogat, nimirũ iuxta Hesychiũ: quòd ex utriusq; testamenti paginis selegerit locos qui cuiq; argumẽto appositè quadrarent. Nec solum sed & ex ueterum penè omnium celebriũ numeris, qui atatem suam anteueteram, ut sunt Dionys. Arcopagitis, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Nazanzenus, Nyssenus, Basilius frater, Chrysof. Maximus martyr, cuius & nos ante hoc biennium quingeta axiomata siue capita, utcũq; uertimus, quorũ inscriptio est: De theologia & dispensatione uerbi, de malitia ac uirtute. Quòd per multã animi modestiã hæc humilẽ inscriptionẽ studio delegerit, ipse sibi esse abunde possit testis. Locũ si querit lector ueritatis indicem, Hæc milia quæ de ueritate est, cõsulat num. 66. Ait enim, τὰς μὲν γὰρ ἀφορμὰς τὸ πᾶσι & πρὶν ματα & c. Occasionẽ istius operose lucubrationis, & quæ deinceps. Numero enim multitudinis perspiciebatur tam suis Græcis quàm nobis latinis nescio quid præ se ferre impotẽtis & magnificæ ambitionis, quo uitio per se pudẽdo nihil minus monachis cõuenit. Quidã enim iusto magnificentius pollicetur, cuius gratia uel uadimonium deseri possit, ut uerissimè Plin. in præfatiõẽ suæ historiæ

Politianus ad Iacobũ modestum.

Pandectes & pandectæ mas nō itẽ somna

Suidas in τῶν ἀδελφῶν τῶν.

Ad optimum quemq; Lectorem

C. de uet.
iure enucl.

Athana=
sius Alex.

Paraphra
sin cur non
admittit
utruq; testa
mentum.

Aul. Gellius noctū Atticarū c. 9. lib. 13. & c. ultimo li. ultimi. Budæus nostræ
istius ætatis ornamentū & decus in Pædectas. Ipse alioqui Iustinianus Aug. Pæ
dectarum iuris author. L. tam priore quàm posteriore de uet. iure enucleādo
modeste mea quidē sententia sumit Pædectas pro collectione legum ex oibus
retro iureconsultorum libris, Sat hæc sint. Ad interpretationis genus me cōfe
ro. Variæ sunt interpretandi scripturas & in alteram linguam trāsfundendi
formule, nempe: κατὰ τὸ δ' ας ἢ κατὰ λέξιν, quæ ut omnium infima digni
tate: ita & securior in sacris præsertim literis utriusque testamenti ex aliena
lingua transferendis. Quod enim Athanasius Alexandrinus ad Marcellinū
scribit de psalmodum Davidicorum energia: id ipsum arbitror in cæteris
utriusque testamenti libris circumspectim obseruandum, μή τις αὐτῶν ἀφραξέ
τω τὰς λέξεις μεταωφίη ἢ ὅλας ἐναλλάξ ἢ ἄλλ' ὅπως ἀπὸ χυῶν
τὰ γράμματα λέγεται καὶ ἀλλ' ὅπως ἔφραξέτω, τὸν δ' ἰακὼ
νίσαντας ἀγίους αὐτὰ, ἐπιγινώσκοντας τὰ αὐτῶν συνῆχιστα ἢ
μῆρ. Quod est, Nemo admittatur dictiones ipsas permutare aut ulla ex parte
uariare, sed ita sine artificio quæ scripta sunt, enuntiet & psallat, quemadmo
dum dicta sunt, ad sanctorum exemplum qui ea administrarunt, suasq; esse
partes agnoscant nobiscum ut in cōmune orens. Admonet Horatius interpre
tem ne uerbum curet reddere uerbo. Ciceroni enim tales indiferti habentur.
Id concesserim sed extra adyta sacrarum literarum, in quibus ne apex qui
dem unus sine mysterio est. Eloquia enim Domini, eloquia casta & c. Caue
dicto Iustinianus sub finem posterioris. L. C. de uet. iure enucleando, ne quis
Pædectarum leges in Græcam uocem transformet, nisi sub eodem ordine &
cōsequentiā, sub qua uoces Romanae positæ sunt, id quod Græci dicunt, κατὰ
τὸ δ' ας Iustiniani principis sanctio in hoc constituta est, ut ne qui in poste
rum suis legibus abuterentur, & exerescerent in immensum. Quāto minū
conuenit Paraphrasi explicare uelle eas literas, quarum Spiritus sanctus
author est? Admittit paraphrasis expolitiones siue lumina exornande ora
tioni inuenta seu sunt Metaphoræ, schemata, tropi: sed ubique sententia reddenda
authori est. quare quisquis paraphrasi aggreditur explicare utriusq; te
stamenti literas, uelim secum cogitet, cuius induat personam. Viderit, ne inuitā
scripturam trahat ad corruptelam affectuum, id quod contigit ante hos an
nos aliquot, uiro eloquenti & disertio, si phrasin spectes. Is enim quod ini
quiore esset animo in Theologos præsertim & monachos, quoties libertate
Paraphrāsicos abutitur? Aduersus utrosq; nonnūquam Christū facit loquen
tem, aliquoties Paulum, Petrum. Quāto id molitus sit suo periculo, uel nunc
intelligit. Et quidem commoda & eleganti dictione susceptum argumentum
executum

Interpretis nuncupatoria præfatio.

executum fator: sed quā commodè sensum reddiderit authori Spiritui san
cto, planè norunt & soli qui cum iudicio legerunt ac Deitimore. Aliorum
enim iudicium nihil moror, quorum mens parum intenta est ad sententiarum
sanguinem & medullam, tantum cutim spectat dictionis & corticem. Quod
igitur attinet ad utriusq; testamenti locos huic Antiocho inductos, sequitur su
mus priorem formulam, nempe κατὰ τὸ δ' ας; in cæteris uertendis uideri
posim alicubi Paraphrasi usus. Quā maximè metaphrasin cōplexus sum, Præter us
quæ media quadam temperie intr utramq; incedit, astrictior quidem Para
phrasi, sed & liberior priore formula, fator interim usum me Periphrafi, stamentum
aut qualiscumq; addendæ lucis aut ceriè necessitatis gratia. Ecphrasis pla
cuisse, sed parum foeliciter quamlibet attento successit. Proinde est, quo non
nihil gratiæ promereatur Antiochus & repperit à non ingrato lectore. Hoc
exigit suo iure commoda & dilucida breuitas. Sunt, qui maiore eloquentia
scripserint per multi: at pauci perspicuam huius breuitatem foeliciter assecuti
sunt. Rarent hæc una dos unicuiquam contingit, amabilis plurimum nostræ
istius ætatis hominibus. Quā decorè cōseruarit τὸ πρῶτον, hoc est ordinis
decorū in his digerendis hominibus: libet cōpendio perstringere. A fide orditur
telam sui operis, quæ Christianæ religionis uirtutumq; omnium solidissima cre
pidoest & basis totius spiritalis fabricæ. Siquidē teste Aurelio Augustino,
ubi deest agnitio ueritatis æterna, falsa est uirtus oīs, etiam in optimis moribus.
fidei adiungit indiuiduam comitem, Spem. Fabricæ istius fastigium, Caritas
est, quæ hominem rectā ad regnum prouehit: quare Charitatem & regnū ad
calcem operis relegauit. Iacto proinde fidei ac Spei fundamento, amolienda
primum ueniunt, quæ impedimento esse possunt, in quorum censu primas tenet
Gastrimargia teste Casiano. c. 3. lib. 5. Remolitus primum uitia, mox progre
ditur ad uirtutum substructionem. Sed & hoc illi perpetuum est, Nullam non
harum. 130. homiliarum finit desinens ἐς τὴν τῆς θεοῦ δ' οὐλογίαρ. Et
quidem hæc de opere. Ad tertium stectendus mihi est calamus. Hic mihi cum
primis commonendus uidere lector, ut ne præproperam seras sententiam, si
quid inter legendum se offeret tuis auribus insolens, quod in speciem præse
ret notam curiose neuitatis. Habuit hic pius cum magno Athanasio commu
ne illud δ' ἰδ' ἀκλῶν, genus utiq; docendi pressum & adstrictum ab omni
ostentatione & affectatione prorsus abhorrens. Sex occurrerunt ex uersione
& relectione, quæ rudè linguæ Græcicæ & crassioris iudicii lectorē offen
dere possent. Primum est, Intercise aliquot, pendentes & inabsolutæ se obtu
lerunt sententiolæ. Et has absolui, mutuatus quod de erat è bibliis Aldinis: quæ
quidem

Ad optimum quemq; Lectorem

quidem Græca, feruntur esse è 70. editione, ego uerius crediderim Theodotionis esse ex collatione locorum Hieronymi in prophetis maxime. Et hæperquam pauca, ut illa est ex homil. 91. Omnis sermo ἔγκωμ. Et sub medium sequentis ex Iob. Desit nonnunquã negatio μή. Alterum est, quod nati nascetur æquum temporis & rerum æstimatorem, nota illi inuretur nouitatis. Duo proferam insigniora. Prius, homilia. 98. Οικετῆρ famulum uel seruum, pro quo Aldus ἱκετῆρ supplicem habet. Alterū hom. 119 sub finem, θύραρ uenationem eius benedicens, pro quo Aldus θύραρ ianuam. Ecclesia χήραρ uiduam. Facilis transitus θ in χ. Lege Hiero. & August. Tertium occurrit, propria Hebraica quã nos latini, corruptius inducit. Et hoc illi cõmune est cum cæteris Græcis doctoribus. In prologo & hom. 2. de Spe, Sunamitis profert & interpretatur Coelestem, quasi à Schemaim, cœli, orum; Etymum sortiatur, quum Sunamitis sit dicendum à Suna oppido, nempe Abisak. Ἐραφθία hom. 20. pro Sareptana uidua. Iothor pro Iethro. Similia passim apud Chrysostr. Nazan. Hom. 74. Nabuthè pro Naboth ut & Basilius, Quid Nabuthè Israëlitam perdidit? Nome Achaaz cupiditas uineæ? Quin & Ambrosius Græcicæ dictionis æmulus librū scripsit De uinea Nabuthè. Horū gratiam arbitror nos debere secundum Deum uni Hieronymo. Quartum est, in Amplificandis uirtutibus & exaggerandis uitiis censeri poterit immodicus; sed & hoc illi commune est cum ueteris ecclesiæ doctoribus præsertim Ioan. Chrysostr. Crediderim Antiochū à puero exercuisse ingenium in scribendis Panegyricis, Encomiasticis & Epidecticis orationibus. Quintum est, Negari non potest, quin alicubi lapsus de memoria sit. ut quum homilia. 78. pro Abacuq; inducit Sophoniam, pro Malachia, Michæam, sub finem. 107. pro Ecclesiastico iterum Sophoniam. Sed hæc leuicula ascribenda à manuensi scribæ & exceptori, cui forsitan de memoria dictabat. Superest Sextum, quod ut plus habet cæteris momenti, ecq; plus periculi: ita & de hoc mihi differendum est consultius. Vbi enim maius uertitur periculum, ibi magis est consulendum lib. ff. 14. De Carboniano edicto. l. 1. §. 2. Nec enim præcipitandum est consilium, quando res ipsa exigit, ut maturius agamus dist. 50. Ponderet. Dixeris, Quid illud est? Paucis accipe. Quanti fuerit periculi per omnes omnium ætatum gradus, abusq; initio primogeniæ & primū exorientis Ecclesiæ, quiduis in apricum depromere è locupletissimo penu eloquiorum diuinorum, testari abunde potest unus ille Christianæ religionis acerrimus propugnator Gregorius Nazanzenus, quo præceptore noster Hieronymus gloriari non uno loco solet. In Apologetico etenim suo docet id perspicue triplici ex modo oriri, è sensu, è sermone, ex ipso auditu. At quantò est hodie

Interpretis nuncupatoria præfatio.

hodie alea periculosis scribere aut quod ab antiquario quopiã doctore editum iam olim sit, in alienam transfundere linguam ac proinde ad communem omnium usum typis committere: quando quicquid quamlibet sanctè dixeris rapi id soleat in pessimam partem? A nouatoribus istis ueterum heresim, nihil necesse sit ut doceam, quàm oblique cuncta detorqueantur, quando, non Petro, non Ioanni parcunt, non uiuido illi organo Spiritus sancti Paulolo, ac ne Euangelio quidem. Sed & hoc malum quod ad nos attinet, utcunq; tolerabile uideri possit, Quum enim sint insanabiles, præcipiti fuga præuertendi ueniunt iuxta Pauli doctrinam & modis omnibus uitandi. Maior eorum cura est: qui priua, non item publica autoritate nomen sibi sumunt Theologi, qui frontem tam habent effrontem ac præfractã & cõ reciderunt temeritatis, ut quasi quidã Aristarchi eorū sibi uindicerent functionem Theologorū, quos penes honorarium pendet iudicium expèdendi scripturas, num legitime sint monete, an adulterine aut suppositiue. Eiusmodi præproperi ad cõ sunt & præcipitis iudicii: ut de quouis nondū mature lecto cõsere ausint ac magna cõ libertate pronuntiare. Libèret dictum hoc meum duplici experimento confirmare, ut admonitus lector (siquis tandem contingeret) pios iuxta ac doctos non satis æquo iudicii librariæ expensas prospiciat, ne damnet immeriti erroris, hæc præsertim ætate omni tragœdiographia superiore. Quod priore loco hic dicendum fuerat, uisum est differre in recognitionem operis imperfecti Ioan. Chrysostr. in Matth. eum. Iam ad id descendo, quod me propius urget. Initio statim primam ἀποκρίσιν uix uersam uni amico dedit legendã, docto quidem sed ut exitus docuit, argutiori, quàm in euoluendis bibliis diligentiori. In ipso aditu eius quæ de fide est, actutum impègit. Lecto siquidem loco, Fides enim in seculum stabit: apprehenso mordicus labro inferiore restitabat, quasi in salebra hæretet. Mox subiicit, Hic locus sapit Hæresim. Certò tibi persuade, nunquã admisso esse eum Theologos, quos penes libella consistit iusti exanimis. Quamobrem è re tua fuerit, tibiq; consules: si ducta litura interleueris. Huic ego, Apostollū scio & habeo persuasum apostolicè scripsisse fidẽ & spem casuras, charitatem uerò æternū cõstaturam, imò nulli explicabile incrementum accepturam in patria, iuxta Esaiæ oraculū dicentis: Viuit Dominus, cuius ignis in Syon & caminus in Hierusalem. Fidci enim actus rei est nondum uisæ: Spei, nondum habitæ. Consequens sanè sit, ut quum uidebitur, sicuti est & habebitur: euacuabitur, quod utrumq; ex parte est, & perficitur quod est fabri cæ spiritualis apex & fastigium. Est nihilominus Catholica hæc propositio: Fides in seculum stabit. Quod est Hæ-

Ad optimum quemq; lectorem

brais **Ὁ**υ, hoc Græcis ἀνώμ, nobis seculum, uox cuiq; linguæ polysēma testibus Hieronymo in prophetas & Ioan. Damasceno. c. 1. 2. libri. Nunc hominis ætatem, nunc seculi finem ut hoc loco, signat. Sed & locum indico, unde præscriptis uerbis id axioma desumptum sit, nempe è. 40. c. Ecclesiastici, Tunc primum à se scrupulum hunc excusit. Neq; hoc uelim, existimes eò à me dictum, quòd damnem D. Theologorum pios labores, in exploradis scripturis, num legitima sint & lectore Christiano dignæ. Quin adeò non damno, ut etiam tuendæ fidei orthodoxæ ante senatusconsultum in hanc rem sanctum & editum necessarios censuerim semper, & eadem ratione uulgi atq; Lutheranorum negligendos cõtemptim rumusculos peruicaciæ tantum & temeritatis Dathanicæ & Abironicæ perquam plenos. De suo opificio pronuntiat quiuis opifex, sutor, sartor, piscator, pellicio: de Theologia, re omnium quæ in terris sunt, augustissima soli isti cuius rudissimi censebunt opifices: uni Theologo non licebit in succret campo pronuntiare: Et hæc tam multis libuit scribere, ut intelligas in quantis hodie uersetur periculis, quisquis scribit. Ad ea & pauca uenio, quæ nonnihil desiderant lucis, qua illustrentur & splendescant: & hæc in quam paucissima conferam, quandoquidem urget præulum uehementer. Locus qui se offert discutiendum, primus ille est in ipso prologi uestibulo è Canticis Salomonis deproptus: quo libros Bibliorum eximæ in ceteros authoritatis parabolica collatione confert sexaginta Reginis, cum nequiquam totidem sint libri. Ceterum non numerum hic attendit, sed authoritatem siue dignitatem, quod sat est ad eliciendam ueritatem Homocoseos, cuius species tres sunt ἐνώμ παράδειγμα καὶ παραβολή. Homilia. 26. quod hortatur monachos, manibus strenuè ut laborent, idem Hieronymus ad Rusticum, Benedictus & ceteri. Homilia. 49. arcet symonachos à iudicio non qualicumq;, sed usurpatorio suspitioso & temerario, maximè à iudicio reprobationis quòd solius est Dei: non item prohibet publicum siue contentiosum in hoc institutum, ut protegatur innocentia & malitia puniatur. 2. q. 1. Quæ Lotharius. Homilia. 63. initio uideri possit, omni prorsus iuramento interdicere uoluisse Christianis, collatione utriusq; legi, quum alioqui iuramentum sui natura malum adeò non est, ut actus etiam laetitia sit, adsint modò tres comites ueritas, iudicium & iustitia, teste Tho. Verum quando libri iuris utriusq; fusissimè docent, quibus de causis liceat iurare, quibus non, sed & schola Theologorum illis eadem de re concinit: satis uidebor fecisse, si docuero Antiochum uoluisse à reprobâ consuetudine iurandi auocare fratres, quos nulla urgebat iurandi necessitas, quam consuetudinem

Interpretis nuncupatoria præfatio.

cõsuetudinem nemo pius qui nõ execretur. Hoc uoluisse Antiochum, uerbum, παρακαλέωμαι, hoc est προτρέπωμαι, adhortor, admono, facillè indicat. Proinde per iuramenti consuetudinem non necessarij ipsi experimur, quanta procliuitate rapiantur ad periuria homines & blasphemiam sacrilegam: quare locum hic habet, quod inducit Glos. in illud, Sed quia peierare. 22. q. 1. c. In nouo testamento. Argumentum est, quòd quandoq; prohibetur aliquid nõ propter se, sed propter illud quod inde sequi potest. 11. q. 3. Nolite & 27. dist. Sed & uener: Beda in illud Iacobi, Ante omnia fratres, cæt. Consuetudinem prohibet iurandi, ne ex ea deueniatur in periurium. Homil. 84. quæ est de insomniis. Fidem non habendam insomniis docet exemplo luculenter, Id intelligendum, nisi discretio spirituum adsit. Sunt enim species uariæ, quas August. in de spiritu & anima exequitur, Hippocratis quoq; commentarius fusissimè in huius Apotelesmata de somniis. Apathian insuper sumit non pro omnimoda illa erga affectiones siue passionis animi immobilitate, qui error Philosophorum erat, aduersus quem Laërtius Diogenes & Plutarchus, ex latinis Aulus Gel. S. Hieronymus atq; Augustinus aduersus Pelagium. Sed pro Euthymia idest pro statu compositi animi requieti ac sedati ab intemperie tumultuantium affectionum hoc est, pro tranquillitate. Verum me hic dicere ipse sibi testis est locuples sub finem Homilia. 79. quæ de Agone est. Deniq; uideri poterit alicubi uariis, in acceptione dictionum, quæ suapte natura Polysēma sunt. Duæ occurrunt potissimum. Homilia uigesimam inscribit περί σωφροσύνης, quam inscriptionem uertendam docet uti uertimus subinductio exemplorum, De Castitate siue pudicitia. Inducit enim Ioseph, Susannam, Sareptanam uiduam, Greg. Neocesarien. Cyrum de quo apud Xenophontem. Neq; enim sobrietatem aut sanitatem mentis hoc loco solium indicat. Sed & sub eius homilia finem locum inducens ex. c. 2. ad Titum, Σωφρόνως καὶ δικαίως εἰσεβῶς ni fallor, σωφρόνως sumit pro castè, pudicè, ut sit Acoluthia sententiæ: nos tamen religiosum duximus uariare ecclesiasticam Lectionem, interpretati Sobriè & iustè. Simile quiddam in Homilia. 106. comperies. εὐχῆν enim pro oratione ubi sumpsit, sub finem uideatur pro uoto accipere, Si uoueris & cæt. Sed eiuox quum utrumq; indicet, locus est excusationi. Et hæc sanè sunt candide Lector, quorū gratia anxius hærebam ac pendebam animi totus initio, ut qui ἀπὸ ὧτων τὸν λυγρὸν ἦχομ, ὅτε κρατῆρ δυνάμεν, ὅτε ἀφύνα. Optabā enim siquā fieri posset, respondere amicorum uotis nostram hanc qualencunq; operis & uersionem & emisionem precaria efflagitatione ac penè quotidiana deposcentium. Parte altera expromptam animi ad id præstandum alacritatem interpel-

Ad optimū quēq; lectorē. Nūcupatoria præfatio.

labat periculum emissionis. Simul autem atq; ex relectione & locorum collatione deprehendi hæc sic esse leuidensia, ut nihil inesset quod aduersaretur dogmatis Ecclesiæ pietissimæ matris meæ, cui uni tuendæ mille mortis discrimina adire sum paratus: mecum dixi, πρῶτῃ δὲ πρῶτῃς Godfride. Et ecce (quod ad Dei gloriam & simplicium fratrum qualemcunq; cedat promotionem πρῶτῃ ἡμῖν κεχαλάσαι ἄγκυρα, καὶ πᾶς ἐξῆρται κίβηθ). Tu itaq; non immemor conditionis humanæ faciliē condonabis, sicubi unus aliquis neuus resederit. Neq; enim tam est in procliuī uniuersa uulnera sic corrupti exemplaris per sanare καὶ τοὺς ἄπαντας λόγους διοῦνχθαι ἀκριβοῦν (præsertim quando unicum suppetit) ut necubi emineat uenula aut extuberet & occalescat. Huc tamen operam haud segrum condixi, ut exemplari ipso nostra hæc qualiscunq; μετακομῖς ad manus tuas exiret emaculatio. Quod superest, tui fuerit officii lector, agnoscere si non beneficentiam quæ in effectu consistit, at certè pii affectus benignitatem. Quid enim præstare aliud possim, qui ut filius excussorum adnumerarer iuxta Christi salutare consilium, peculium omne à me excussi, quodcunq; tandem id fuerit. Nec solum, sed & habendi spem ademi omnem. Nosti, sat scio, ingenuæ liberalitatis actionem non tam in rerum quæ dantur, aut pretio aut multitudine cōsistere. quàm in generoso dantis habitu & exprompta alacritate animi. quanquàm Reges ipsos legimus pluris etiam fecisse xenia huiusmodi literaria, quæ qualiscunq; factura sunt ingeniorum: quàm uel pyropos, unices & alia id genus. In his iure optimo esse censetur. M. Anto. cognomento pius idem & philosophus. Is fertur cōsueisse dicere: Ἄλλοι μὲν ἰσῶων, ἄλλοι δὲ ὄρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐξῶσι. ἐμοὶ δὲ κίβητων κτήσεως ἐκ παλαιῶν σφύδρῃς ἐντέτικε πῶθθ. Hæc porro sunt, quæ & urgente ad prælum typographo & calamo currente præfari libuit. En habes αὐτὸς γράφορ Præfationis. Feriis Regum. 1543.

Arist. c. i.
quartimo=
ralium.

FRAGMENTVM EPISTOLÆ LI-
minaris & nuncupatoriæ B. Patris Antiochi ad Eusta-
thium Atalinæ domus, in Ancyra metropoli
Galatiæ monachum.

Illi simul atq; intellexerunt sua se tandem spe ac propo-
sito excidisse, in efferatissimam uersi rabiem ad unū mem-
bratim beatos illos conciderunt, qui & letitia incredibili
perfusi, ac proinde alacri uultu reidentes omni cum actio-
ne gratiarum animas reddiderunt Domino, quippe qui non
ita pridem in uotis habuerant resolui & cum Christo esse.
Corpora uerò plusquam tragicè cæsa quum non paucos
dies in humum disiecta, sine sepulturæ beneficio iacuis-
sent: ab Arabia illò usque adproperauimus. Et quidem eximius
Abbas Nicomedes spectaculum illud miserabile cæсорum
patrum contemplatus, deliquio animi cõcidit, atque illinc
relatus mortuus propè est. Modestus præterea, & ipse
sanctissimus aduentum nostrum quum anteuertisset, & san-
ctorum illorum lustrasset prius habitacula omnia: itidem
angore animi cõtractus, multis se proluit lachrymis, ac san-
cta quæ eatenus resederant, lipsana circumplexus, in patrū
superiorum deposuit conditoriis. Is ad hæc, ubi solennem
persoluit & ex more consuetum Canonem, illud mox ora-
culum Esaiæ exerta uoce deprompsit: Viri iusti tolluntur,
& nemo recogitat. A facie iniquitatis sublatus est iustus.
Erit in pace sepulchrum eius. Et, Animæ iustorum in manu
Dei sunt, & non tanget illos tormentum. Illi enim sunt in
pace. Et, Spes illorū immortalitate plena. In paucis uexati,
† * in mul-

S. Nicome-
des abbas.

S. Modest.

τὰ ἁγία
ἀσκήματα
sanctas reliquias.

Esai. 57. 4.

Sapient. 3.

ὡς ἄλλο= in multis bene disponentur: quia Deus tentauit illos, & in-
 κάρπω= uenit eos dignos se, & quasi holocausti hostiam accepit eos:
 μὲν θυσίας
 quasi inte- & in tempore uisitationis ipsorū, splendent ac resulge-
 gram obla- bunt. Et hæc de sanctis illis quum edisseruisset unumquem-
 tionem ho= que nostrum adhortari cœpit, ne quò emigraremus, loci il-
 stia. lius nostri desertores, magis uerò eas quæ imminebant, ten-
 tationes generoso pectore perferremus, Dominicæ illius
 τὸν μ= memores sententiæ: Quia angusta est porta, & arcta uia
 μὲν ἢ quæ ducit ad uitam. Sed & Apostoli dicentis, Quia per
 ὁ δὲ ὁσ= uia multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.
 afflictioni= Huius itaque admonitioni uisum est gerere morem: eoque
 bus septa. in Laura duos propè menses mansita uimus. Rumore enim
 rursus exterriti nouæ Barbarorum impressiois suffugimus
 in Monasterium sanctæ ciuitati propinquum, quod quidem
 ab ea disparatur stadiis ferè uiginti, cui nomen Abbatis
 Anastasii. Neminem prorsus tum loci incolam inuenimus.
 Sed & ibidem loci, duos alios propè quum demorati esse-
 mus menses: rursum sumus admoniti sanctissimi superius
 dicti Modesti adhortatione, ut postliminio reuersi in pro-
 prio habitaremus loco. Tanti itaque patris probo ac salu-
 tari cōsilio persuasi, & quidem nonnulli è uestigio in Lau-
 rense concessimus monasterium ibidem loci habitaturi, qui-
 dam autem remigrarunt aliquantò seriùs Lauram, timore
 exterriti gentis Saracenicæ haud procul habitatis, alij cō-
 trà in eodem permansere monasterio, unà cum sanctissimo
 suo præside Iustino, qui in Laura renuntiabat mundo huic,
 quò loci plurimùm exegerat temporis ac tanto splendore
 inclaruerat uirtutum, ut dignitate presbyterij cobonestari
 prome-

promeruerit. Iustinus hic Dei cum sit pientissimus cultor in
 illo suo Monasterio gratia præduce Christi, numerosam
 admodum confluentium eò loci adsciuit congregationem, sic
 tenax & obseruans Canonis ac cæterarum constitutio-
 num Laurentis Cœnobij, ut ab his neutrobi euariet sui sem-
 per similis, aded ut non facillè quis uspiàm inueniat inter ui-
 tæ communis professores qui sic tueatur ac seruet mordicus
 spiritualè uiuendi sanctionem. Floret is & quotidiana uir-
 tutum accessione succrescit, fitque magnus temporis pro-
 gressu, ut ille olim eximius Isaac: ita ut & nos quoties aciem
 mentis in hunc unum pressius intendimus, ac ueluti ad sco-
 pum rectà collineamus, incredibili perfundimur gaudio. In
 omni circum regione tanti patris celebritas instar prælu-
 cidæ liminaris intermicat, splendorémque suum eiacularur.
 Semen est hic Sancti patris nostri Sabæ. Nos proinde hu-
 miles & abiecti, gratia primùm Dei, deinde seria admo-
 dum & accurata diligentia præmemorati sanctissimi Mo-
 desti sedentariam hanc exigimus uitam in liberiore &
 tranquilliore otio, pro his etiamnum quæ paulò contigère
 priùs, actionem gratiarum persoluentes & glorificantes
 Deū qui & mortificat & uiuificat, quiq; mirabilia magna
 facit & solus. Ipsius enim benignitas suæ erga nos adape-
 ruit uiscera misericordiæ, locumq; hunc nostrū nō mediocri
 fauore ac promotione extulit quàm hætenus, magnificen-
 tiùs multò. Cæterum id gratiæ nobis esse indulgim credi-
 derim per priorum sanctorum merita, qui hic Domino syn-
 ceriore affectu uenerabilem exhibuere latriæ cultum. Sed

S. Sabat.

Fragmentū epistolæ B. P. Antiochi ad Eustathium

D. Thomas & illud nobis gratuito indulgit munus sua solius providen-
tia dignum, modis omnibus uenerabilem Thomam, uirum
longè eruditissimum, omniumque uirtutum ornamentis per-
politum, qui ab ipsa tenellæ ætatis infantia uitam exercuit
silentij taciturnitate requietam & tranquillam. Vir hic
eximiæ mansuetudinis laude omni est conspicuus, perquam
humanus: alienis malis quàm condoleat ex animo, uix cui-
quàm credibile sit. Verè corde est humilis: circa oratio-
nem & Cánonem ordinis præseruidus, quò contigit, ut
Deus hoc præside, discipulos propagarit in effusam & nu-
merosam amplitudinem. Numerus proinde sanctorum pa-
trum, quos tyrannica sustulit impressio est 44. Horum
memoria Maïo mense celebratur 15. mensis die. Gratiã
item Christi, sed & solerti sedulitate iam dicti uenerandi
apprimè Patris nostri Modesti, cuncta id temporis inco-
luntur effusæ istius eremi monasteria. En igitur pater mihi
uenerabilis Eustathie, quæ de sanctis illis patribus nostris,
dèque Laurensi cœnobio uestræ erga Deum charitati du-
xi insinuanda. & quidem conciso ac perbreui sermone.
Supersunt nuntia aliquot sanequàm læta, quorum fideli re-
latu & uestra & omnis synceriter christiani anima meri-
tò possit exhilarescere. Hæc igitur expromptus & alacer
annuntio uobis. Modestus sanctitatis eximiæ uir (de quo
non semel dictum) non eorū modò prouidam gerit curam
solicitus, quæ per hanc uastam eremum sparsim disiecta
sunt, monasteriorum: sed & moderandæ huic ciuitati ac
uniuersæ circum finitimæ regioni solerter prospicit, Deo
eidem

In suum Pandecten.

eidem coöperante in omnibus. Hic enim ad uiuum nobis ex-
primit imaginem noui cuiuspiam Bezeleëlis aut certè Zo-
robabelis. Gratia etenim plenus Spiritus sancti, tēpla Sal-
uatoris nostri Iesu Christi, quæ quidem barbarico igni con-
flagrarunt, in sublime erigit omni prorsus digna uenera-
tione, putà Aedes sanctæ Caluarie ac sanctæ Resurre-
ctionis, domum insuper dignam omni honore uenerandæ
Crucis, quæ mater Ecclesiarum est. Sed & sanctæ Assum-
ptioni ad eam à fundamentis exædificat, adeò ut per hæc
læta initia de futuris quoque spes amplissimas concipiamus,
idque uel ob eos maximè qui huc sperantur uenturi ab ex-
ternis regionibus, sancta hæc loca ut adorent, ut omnes in
commune glorificemus Deum. Ipsum addecet gloria in se-
cula seculorum, Amen.

Exodi. 31. 4
36. a.
Zach. 4. c.

* iij Eiusdem

DEIVSDEM SANCTI PATRIS

Antiochi Prologus siue uerius,
fragmentū Prologi.



Incipit in Canticis Salomon: Sexaginta sunt reginae & octoginta concubinae, & adolescentulae, quarum non est numerus. Sanè nos pro uirium modulo, per hasce sexaginta reginas astruimus insinuari selectos & auctoritatis præter ceteros eximia libros in uetere nouoque testamento reconditos. Octoginta concubinas eas esse scripturas intelligo, quæ in priorum classem neutiquàm accenturiatæ sunt, ac proinde minùs approbantur. Hinc dictæ sunt Apocryphæ, hoc est obscuræ nec satis compertæ auctoritatis. *παλαια*, hoc est concubinae eò nominantur, quòd quum illegitimæ sint, non queunt induci ad persuadendum cum liberiore omnium assensu. Iam uerò iuuençulas arbitror delineare nouæ dogmata prædicationis, nempe doctorum orthodoxæ Ecclesiæ, ob indelibatam & absolutam puritatem sermonis ipsorum. Etenim iuuençulæ nomenclaturam sortiuntur à mundicia uirginali. Ait enim scriptura, Querant regi adolescentulam uirginem. Et inuenerunt Sunamitem, quæ ipsum excalfaceret, hoc est cælestes prorçus sententias. Hoc itaque feruore redaccensus, ad melicam citharam emodulans dicebat: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Siquidem Sunamitis sua interpretatione sonat Cælestem. Et, Frumentum iuuençulis & uinum suauis

Dignitatē attendit, nō item numerū, quod satis est hominibus.

Sunamitis, uide præfationem.

suauis odore letificans uirgines. Incorrupti enim qui sunt, pluuio aluntur humore rorulenti illius panis, qui de cælo descendit, quique manet in æternam uitam. Istis potio hauritur ex cratère uinæ illius ueracis. Nam castorum uerba plena sunt pudoris. Et, Sermones iustorum mundi sunt, iuxta scripturam. Innumerabiles præterea asseruntur esse ob copiosam multitudinem sermonis doctrinæ illorum. Tam enim est multiplex, ut eam admetiri aut in numerum referre nemo queat. Ex tela igitur harum sexaginta reginarum sparsim selegi ac desumpsi stamina aliquot, orsurus cinctorium renum aut (si mauis) suffibulum, quo undecum fide circuncincti futuri lectores diuini amoris feruorem concipiant ac proinde recalescant. Ut enim tela ex multis conflata staminum particulis in unam & impartilem arte textoria coalescit tunicam: sic & uniuersa scripturæ diuinitus inspiratæ oracula in hunc finem conspirarunt, planè ut Dominicæ dispensationis inconsutilem tunicam præsignarent, quàm ex utero suscepit gloriosæ ac sanctæ Deiparæ, semper uirginis Mariæ pro tempore quidem corruptiuæ morti obnoxiam, quod similis nostri esse uoluit ad tolerandas corporis iniurias, eadem rursus nulli futura erat obnoxia corruptelæ, ut nos miserabili corruptelæ exemptos in pristinam reuocaret libertatem, ac demum iugo emancipatos diræ seruitutis ad incorruptionis gloriam transcriberet, uitæ insuper restitutos donatiuo conuestiret trabæ immortalitatis. Id quidem dixerim perizoma, non illud Iudaicum, quod iussus est Hieremias in

παλαια
μ.α.

Homœosis
elegans.

Hiere. 13.4

arcano

Fragment. epist. B. P. Antiochi ad Eustat. in suū Pand.

arcano quopiam loco recondere, & idem in Euphrate fluuio computruit: quin illud uerius intelligo quod ad nouæ gratiæ legem pertinet, quod nobis ipse Dominus suomet præmonstrauit exemplo.

Et principium Epistolæ, & finis istius
desyderatur Prologi.

❧ EPIGRAPHÆ HOMILIARVM
triginta supra centū, quas insigne hoc opus Sancti
Patris nostri Antiochi complectitur,
vnā cū Exomologesi, quæ co-
rônidis vice operis textu-
ram claudit.

❧ CATALOGVS

Homiliarū.	Lemmatum.	Folior.	Pag.
I	De Fide.	I.	I.
2	De Spe.	3.	2.
3	De Conuiuio.	4.	2.
4	De Ingluuiæ.	6.	I.
5	De Ebrietate.	7.	2.
6	De Abstinentia.	8.	2.
7	De Ieiunio.	10.	I.
8	De Philargyria.	12.	I.
9	De Acceptione manerum uitanda.	13.	2.
10	De Tenacitate illiberali.	14.	2.
11	Commodandū & mutuandū fratri.	15.	I.
12	De Vsuris.	16.	I.
13	De Auaritia.	17.	I.
14	De Occupatione importuna.	18.	I.
15	Mundum neutiquā diligendum.	18.	I.
16	De Fiducia loquendi præpropere.	20.	2.
17	A mulierum colloquiis abstinendū.	21.	2.

CATALOGVS

Homiliarū.	Lemmatum.	Folior.	Pag.
18	<i>Cantatriculis non assidendum.</i>	24.	1.
19	<i>De Fornicatione.</i>	26.	1.
20	<i>De Castitate.</i>	28.	1.
21	<i>De Virginitate.</i>	29.	2.
22	<i>De Linguae incontinentia</i>	32.	1.
23	<i>De Ira.</i>	33.	2.
24	<i>De Iracundia.</i>	34.	2.
25	<i>De Tristitia.</i>	35.	2.
26	<i>De Acedia.</i>	38.	1.
27	<i>De Desperatione.</i>	40.	2.
28	<i>De Murmuratione.</i>	44.	1.
29	<i>De Detractione.</i>	45.	1.
30	<i>De Sufuratione.</i>	46.	2.
31	<i>Delator ne sis.</i>	47.	2.
32	<i>De Contradictione.</i>	49.	1.
33	<i>De Otioso sermone.</i>	50.	1.
34	<i>De Otio. ^{otiose facit}</i>	50.	2.
35	<i>De Negligentia uel contemptu.</i>	51.	2.
36	<i>De Pigrizia.</i>	52.	2.
37	<i>Aduersus prelatos non contendendum.</i>	54.	1.
38	<i>De Inobedientia.</i>	54.	2.
39	<i>De Obedientia.</i>	56.	1.
40	<i>De Calumnia.</i>	57.	2.
41	<i>De Furto.</i>	58.	2.
42	<i>De Mendacio.</i>	60.	1.
43	<i>De Inani gloria.</i>	61.	1.

CATALOGVS

Homiliarū.	Lemmatum.	Folior.	Pag.
44	<i>De Superbia.</i>	63.	1.
45	<i>De teipso ne altum sapueris.</i>	65.	1.
46	<i>Ne quid de te magni concipias.</i>	66.	1.
47	<i>Neminem contemnendum.</i>	67.	2.
48	<i>Ne quem deriseris.</i>	68.	2.
49	<i>Neminem temere condemnandum.</i>	69.	2.
50	<i>Nemini obiciendam scandali occasionem.</i>	70.	2.
51	<i>Neminem probro uel contumelia afficiendum.</i>	71.	2.
52	<i>Malum malo non retaliandum.</i>	72.	2.
53	<i>De Memoria acceptae iniuriae.</i>	74.	1.
54	<i>Inimicitias in nullum prorsus exercendas.</i>	75.	1.
55	<i>Nemini inuideris.</i>	76.	2.
56	<i>Ne contendito.</i>	77.	2.
57	<i>Neminem oderis.</i>	78.	2.
58	<i>Nulli calamitose insultaueris.</i>	80.	1.
59	<i>Congaudendum alienae felicitati.</i>	81.	1.
60	<i>Ne quem contristaueris.</i>	82.	1.
61	<i>Attende tibiipsum.</i>	83.	1.
62	<i>De benigna allocutione fratrum.</i>	84.	2.
63	<i>Non iurandum.</i>	85.	2.
64	<i>De custodia secreti commisi.</i>	86.	2.
65	<i>Non cuius committendum secretum.</i>	87.	1.
66	<i>De Veritate.</i>	88.	1.
67	<i>Coarguendum discretè proximū.</i>	90.	1.

CATALOGVS

Homiliarũ.	Lemmatum,	Folior. Pag
68	Optes reprehendi.	91. 1.
69	De Verecundia.	91. 2.
70	De Humilitate.	93. 1.
71	Condonandum proximo.	94. 2.
72	Pro inimicis ex animo orandum.	95. 2.
73	Non quæ tua sunt, querito.	97. 1.
74	Concupiscentiam uitandam.	98. 1.
75	De Iusto iudicio.	100. 1.
76	De Iusta mensura.	101. 2.
77	De Pœnitentia.	102. 2.
78	De Patientia.	105. 2.
79	De Agone spirituali.	107. 1.
80	De Concordia.	109. 1.
81	De Cogitationibus.	110. 2.
82	De Disciplina.	113. 1.
83	De Consilio.	114. 1.
84	De Insomniis.	115. 2.
85	De Duplicitate animi.	117. 2.
86	De Labore secundum Deum.	120. 1.
87	De studiosa & alacri sollicitudine.	121. 2.
88	De Ministerio.	122. 2.
89	De Inopia.	123. 2.
90	De Luctu.	125. 1.
91	Opportunitatē semper captandā.	126. 1.
92	Calamitati alienæ indolescendum.	127. 1.
93	Non accipiendam personam.	128. 2.

CATALOGVS

Homiliarũ.	Lemmatum.	Folior. Pag.
94	Cohabitandum paucis, sed bonis.	129. 2.
95	Risum solutiorem uitandum.	131. 1.
96	De Dilectione proximi.	132. 2.
97	De Hospitalitate.	133. 2.
98	De Amore pauperum.	134. 1.
99	De Visitatione.	135. 2.
100	Spem in nullo hominũ ponendā.	136. 2.
101	Neutiquam fidendũ ppriis uiribus.	137. 2.
102	Familiaritatem uitandam, quæ importuna sit.	138. 2.
103	De Silentio.	141. 1.
104	De Vigilia.	142. 2.
105	De Psalmodia.	143. 2.
106	De Oratione.	146. 1.
107	De Compunctione.	148. 1.
108	De Honorandis parentibus.	150. 1.
109	Senibus reuerentiam deberi.	151. 2.
110	De Longanimitate & iracundia.	152. 2.
111	De His qui præsumunt.	154. 1.
112	De Renuntiatione.	157. 2.
113	De Subiectione.	159. 2.
114	De Observatione mandati.	160. 2.
115	De Mansuetudine.	162. 1.
116	Iniuriam ferto, nemini iniurius.	163. 1.
117	De Actione gratiarum.	164. 2.
118	De Latitia in Deo habenda.	166. 2.

CATALOGVS

Homiliarū.	Lemmatum.	Folior.	Pag.
119	Solitudinē intempestiuā uitādā.	167.	2.
120	De Primitiis exsoluendis.	168.	2.
121	De Propitiatione.	170.	1.
122	De dignitate Pontificis.	170.	2.
123	De ordinatione Cleri.	173.	2.
124	Reuerentiam deberi sacerdotibus.	174.	2.
125	De expectatione futurorum.	175.	2.
126	De Vocatione Dei.	177.	1.
127	De timore Dei.	178.	1.
128	De charitate siue dilectione Dei.	179.	2.
129	De Adoptione filiorum Dei.	181.	2.
130	De Regno.	183.	1.

Σκολάσθε καὶ γινώτε, ὅτι ἐγὼ εἰμὶ ὁ θεός.

Quam magna multitudo dulcedinis tue Domine.



Quam bonus est fidei Spiritus tuus.

Ἐπὶ τίνε ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τῷ ταπεινῷ καὶ
ἡσυχίῳ καὶ τρέμοντι σὸν λόγους
μου. Εἶα, 66.

PANDECTES SCRIPTURAE
DIVINITVS INSPIRATAE VENERANDI
Patris Antiochi, monachi quondam
in Laurenti cœnobio S. Sabæ Ab-
batis ad Eustathium: Godefri-
do Tilmáno Cartusię Pa-
riensis monacho
interprete.

De fide, homilia prima.

Fidē Omīno cōoperante, et sermonem cōfirmāte
aggredimur primū hunc qui de fide est, ser-
monē. atque ita deinceps qui sequentur serie
continenti. In primis necesse sit, ut credas in
Deū, quia est, et exquirentibus se remunerator sit. Fides
enim in seculū stabit. Et, Iustus ex fide uiuet. Iustus autē
qui ueraci fide nititur, fidem habet mirē efficacem, Fidē
inq̄, quotidiana accessione cōalescentem, fidem nulla ex
parte hæsītātem, fidem ad opera laude digna illustran-
tem: ut per ea glorificetur uniuersorum deus. Fides prin-
cipiū est diuinæ uocationis. Quisquis p̄fectē credit, la-
pis est templi dei, lapis est solerti apparatu leuigatus
et exæquatus in substructionem dei patris, lapis in su-
blime euectus machina quapiā admirabili Iesu Christi,
quæ crux eius est, p̄sidio adiutus funiculi, q̄ Spiritus San-
ctus est. Fides hominis, prædux uia est: Caritas ip̄a uia
est ad deum usque subuehens hoīem. Qui eiusmodi est,
Theophorus fit, siue Christophorus, tēplum in super dei

Fides scilicet, quæ per dilectionem operatur ergo aīo
vā s̄iōe-
tal.
Eccli. xl. b.

& sanctorū sedulus lustrator locorū, nulla non sui par
 te per obseruationē mādatorum Iesu Christi perpolitus
 & adornatus. Vitæ origo est ea, quæ per fidem & dile
 ctionē operatur cui nihil anteponitur. Fidem sanē dixerī
 non qualem cūque, sed opere ipso commendabilem. cum fi
 des sine operibus mortua in semetipsa sit. Opera proin
 de fidei istius operatorie sunt. Charitas, Gaudium, Boni
 tas, Humilitas. Exultatio in dño, fiducia erga deum. Præ
 terea. carnem affigere cruci est eam auocare ac sedare
 ab omnibus suis operibus, quemadmodū à suis interquie
 uisse legitur Deus. Tollere crucem suā & sectatorē esse
 crucis, est spiritualiter uiuere. Quod si præduce spiritu
 ingréderis, imputabitur tibi ad iusticiam. Hæc ea sunt effi
 cacia fidei opera. Qui se percurrit uia mādatorū, cœle
 stē illā assequetur Hierusalē. Planē si fidem habeamus,
 & in fide sumus, & in eadē solidi cōsistimus ac stabiles,
 in domino pulchrè habitamus. Etenim per pphetā loqui
 tur dominus: Oculi mei ad fideles terræ ut sedēāt mecū.
 Nec secus hierenias: Ecce domine, oculi tui respiciunt fi
 dem. Dicit & Petrus, Ministrare in fide uestra uirtutē
 & charitatē. Rursus: Super ædificantes uosmetipsos in
 fide, sobrii estote, uigilate: quia aduersarius uester dia
 bolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quē deuo
 ret, cui resistite fortes fide. Et Paulus: In quo cū credide
 ritis, signati estis Spū pmissionis sancto. Iterū, In omni
 bus sumentes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequis
 simi ignea extinguere. Rursus, Fides est sperādarū sub
 stantia rerū. In hac enim testimoniū consecuti sunt senio

res. Iuxta fidem enim defuncti sunt omnes hi, Itemque,
 Iusticiā autē dei per fidē in omnes qui credunt, ut promis
 sionē accipiamus Spūs p fidem. Et, Credidit Abraham
 deo, & reputatū est ei ad iusticiā. Si uerò ei qui nō ope
 ratur, credēti autē in eum qui iustificat impiū, imputatur
 fides ad iusticiam. Itaque iuducit: Propter hoc ex fide
 ut secundum gratiā firma esset pmissio omni semini, nō ei
 qui ex lege est solū, sed & ei qui ex fide est Abrabe. Nō
 est autem scriptum propter ipsum solum, sed etiam pro
 pter nos, quibus reputabitur credētibz in dominū nostrū
 Iesum christum. Iustificati igitur ex fide, pacem babea
 mus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum. Itē
 Timotheo, Sectare iusticiam, fidem, charitatē, pacē cum
 oibus, qui inuocant dominū. Et, Sine fide impossibile est
 placere deo. Ioannes etiamnum, Hoc est mandatū eius,
 ut credamus in nomine filij eius Iesu christi, & ut credē
 tes uitā æternā habeatis. Dominus aut noster Iesus chri
 stus q uerus est deus noster, ait: Qui credit in me, flumi
 na de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dicebat
 de spū quem accepturi erāt credentes in eū. Rursus idē,
 Qui spūtu fidelis est seruus & prudens? Alijs quoque
 dixit, Fides tua te saluū fecit, uade in pace. Martha itē,
 Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, uiuet. Discipulis
 ait, Amen, amen dico uobis, q credit in me, opera quæ e
 go facio, & ille faciet. Et, Qui credit in me, habet uitā
 æternā. Rursus, Creditis in deū? Et in me credite. Et qdē
 hætenus de fide abundē testimoniorum arbitror me de
 prōpsisse è locupletissimo penu diuinarū scripturarū.

Efficacia fidei opera.

Carnem cruci affigere

Tollere crucem suam.

Spiritualiter uiuere.

sepe dicitur in scriptis.

Astruimus porro fidem esse, qua ipsi credimus in patre,
 & filiū, & Spiritum Sanctum consubstātialem & uiui-
 ficantem trinitatem, cunctis supereminētem. Necessariū
 proinde sit diuinæ scripturæ usum ac testionia hac de re
 depromere ad illustrandas legentiū animas. Itaq; p̄ oēm
 qui de diuinis est, tractatum, augustissimam dei maiesta-
 tem sacris conspiciamus celebrari hymnis, nūc quidem ut
 singularem unitatem, propter simplicitatem impari-
 litatis illius natura omni superioris, eoque inenarrabilis
 per quam tanquā uirtutem unificā ipsi in unū cōalesci-
 mus & cōinimur. Nunc uero trinitatis noīe prædicatur,
 ut tanta illa maieestas qualicūque delineatiōe declaretur
 tribus subsistere personis alioqui prolificatiōis immēsa.
 Huiusce rei gratia diximus, quoniā theologi nomina om-
 nia quæ diuinā maiestatem insinuant, sua interpretatiōe
 referunt ad super substātialem simul & consubstantialē
 Trinitatē, ceu sunt Deus, Dominus, Bonus, Lux, Vita,
 Veritas, Imperator omniū, Omnipotēs, Dominus, Sabaoth
 quod interpretatur exercitūū & pleraque alia quæ ab
 ipsis Theologis depromūtur, qbus religiose collaudatur
 Deus, quatenus summur eam trinitatē p̄ modulo nostro
 intelligere, ab eadē edocti, dum seipsam edisserit: Quid
 me interrogas de bono? Nemo bonus, nisi unus Deus. Et
 his qui excolēdæ uinæ operas suas elocarāt, Quia ego
 bonus sum. Et, Spiritus tuus bonus, Et Moysi, Ego sum
 qui sum. Et Iohānes, Quod erat ab initio. Et, Qui uenit.
 Et, Imperator siue omnipotēs Dominus nomē illi, Et Spi-
 ritus ueritatis qui est, qui à patre procedit. Sed & Tho-

ma,

ma, Ego sum uia ueritas & uita. Et, Sāctifica eos in ueri-
 tate tua. Et, Verbum tuū ueritas est. Et, Cum autem ue-
 nerit paracletus quē ego mittā uobis à Patre Spiritum
 ueritatis qui à Patre procedit. Rursus, Cum autem ue-
 nerit ille spiritus ueritatis, ducet uos in omnem ueritatē.
 Ille me glorificabit quia de meo accipiet & annuntiabit
 uobis. Rursus, Quæcunque habet Pater, mea sunt, Pro-
 pterea dixi, quia de meo accipiet, & annūciabit uobis.
 Iterum, Sicut pater suscitāt mortuos & uiuificat, sic &
 Filius quos uult, uiuificat. Et, Spiritus est qui uiuificat:
 sed et Dominus Spiritus est. Et omnia ex deo, & p̄ ipsū
 & in ipso creatā sunt omnia, & omnia p̄ ipsum facta sunt
 Et, Emittes Spiritum tuū & creabuntur. Et, Verbo do-
 mini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius oīs uirtus eo-
 rum. Atque ut singula compendio perstringam ipsum di-
 uinæ maiestatē Verbū ait, Ego & Pater unum sumus.
 Et, Omnia mea tua sunt: & tua, mea. Itemque, Quæcū-
 que sunt & patris & ipsius filij, eadē prorsus Spiritui
 factō & in maiestate deitatis augustissimo ipse filius ad-
 scribit propter indiscretam parilitatem cōmunis & uni-
 us naturæ, putā propter reuerendam culturā diuine ope-
 ratiōis, fontanā ac perpetē creatricis potētiae caussam,
 dum dicit: Profecti docet omnes gentes, baptizantes eos
 in noīe Patris & Filij & Spiritus sancti. Itaq; per hæc
 superius dicta, declaratur: quia theologia omnis & uni-
 ta est & discreta, neque tamē quæ discreta sunt, quicq̄
 admittit cōfusionis. Et qdem ea q̄ unita sunt, siue quæ ad
 unitā pertinent theologiā, has habent nomenclaturas to-
 Theologia unita est & discreta

a iij tius

De his abū
de Dio. A=
reo. cap. ii.
dui noīm.

tius indices deitatis :puta, Superbonum, Pulchrum, Ens
Viuificans, Augustissima diuinitas, Perq̄ plenè extans
substantia, Quæ uiuunt, cuncta producens, Sapiens, &
quæcunque id genus nomenclaturæ ex quâ optima ipsi
us & munificentissima liberalitate p̄fectæ occurrunt,
quibus bonorum omnium auct̄or esse denominatur. Ad
discretâ uerò theologiam pertinent denominationes, cen
sunt, Super substantialitas atq; opulencia Patris : eadem
& filio & spiritui sancto peræquè sunt cōmunes, ut ni
bil in his debeat intelligi diuersi aut dissimilitudinis, præ
terquam sola parilis naturæ cōmunio inter sese cōalescēs
Per fidem itaque cum cœperimus cognoscere deum : ne
quæso, ignoremus q̄tum nobis indultum gratiæ sit, cuius
causa dominus ipse uerissimè passus est. Ob hoc enim si
uit ipse dominus caput suum myrro optimo perfundi, ut
suauissimæ immortalitatis fragrantiam, suæ aspiraret ec
clesiæ. Nemo igitur se illi permittat graueolenti putore
infidelitatis per principē seculi istius suggerendæ : nequã
do exerremus à calle rectitudinis, quò uel tandem spe p̄
frui cōtingat uitæ eternæ in Christo Iesu domino nostro
cui gloria in secula seculorum, Amen.

DE SPE, HOMILIA 2.



FIDE digressi ad eam progrediamur, quæ
secundas obtinet, Spem: quæ sanè, fidei rosci
da aspergine perfusa fructum adfert, unum
quidem trigesimum, alterum sexagesimum,
aliud rursum ceteris. Spe enim cōstabilita uix ulla a
lia uirtus peræquè sublimis. De charitate autē (quæ terti

am sortitur in classe uirtutum nomēclaturam, primiceria
alioqui cum sit, cæteras omneis anteuertens dignitate) po
steriore loco explicatiōis differemus. Primus Enos filius
Seth, iustus ex iusto, sperauit inuocare nomen domini
dei. Quicumque præsidio spei in deum cōstantis mixi ue
lut manu ducūtur: mirè hos deus ad sublimē & thēoricā
anagōgen subuehit ac propriæ lucis splendore corusco ir
radiat. Dauid eximius Rex senio defessus cum suis met
iustificationibus nullo pacto recalesceret, adsciuit sibi uir
gunculam unã, nempe sunamitem, quæ ipsum excalface
ret (Sunamitis proinde sua interpretatione sonat cœle
stem) cæterum non agnouit eã rex, hoc est nihil uitij aut
corruptelæ intulit spei suæ cœlesti. Mibi uide, num id scri
ptura illa insinuer. Si fuerint duo, utique calor illis neuti
quam defuturus est, nimirum si fidem uiuida constansque
comitabitur spes. Sed & peculiare spei opus est hoc, se
possidentē reddit præferuidū, iuxta beati Petri sentiē
am dicentis, Succincti lumbos mentis uestre, sobriij, perfe
ctè sperate in eam quæ offertur uobis gratiam, in reuela
tione Iesu Christi quasi filij obedientiæ. Eòdem spe
ctat illud Iesu filij Sirach, Quis sperauit in dominum, &
derelictus est? Aut quis permansit in timore eius, & de
spexit eū? Melicus insuper psalmorum cōcentor: Beatus
uir, cuius est nomen domini spes eius. Et, Letentur omnes,
qui sperant in te. Rursus, In ipso sperauit cor meum, &
adiutus sum: & resloruit caro mea, & ex propria uolun
tate, Sed & alios uelut manu ducens instituebat, inuitans
ad cōplexum solidæ spei: dum dicit, Sperate in eum om

ἡ λωισερ
επισικαλφ
δδ.

De Sunami
tide lege
Præfationē

omnis cōgregatio populorum, effundite coram illo corda uestra, quia Deus adiutor noster. Et, Spera in Dominum, & fac bonitatem. Et, Reuela domino uiam tuam & spera in eū, & ipse faciet. Esaias item, sperauimus in nomine tuo, & in memoria tui desiderium nostrum. Rursum Paulus, spe salui facti sumus. Spes autem quæ uideatur, non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus, speramus: per patientiam expectamus. Iterum, Forte solatium habemus, qui confuginus ad tenendam propositam spem, quam sicut ancoram habemus tutam ac firmam. Inducit, Quia debet in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Et in Lucae Euāgelio de Simeone, Acceperat enim responsum a Spiritu Sancto, non uisurum se mortem, priusquam uideret Christum Domini. Neque hic mortificauit spem, sed erat expectans rem quam magnopere desiderabat, nimirum ut uideret Redemptorem ac Saluatorem mundi. Cūque accepisset & astrinxisset ulnis, letitia perfusus dicebat, Dimitte me domine uenire ad te regem meum. Neque enim frustratus sum spe mea. Ipsi gloria in secula, Amen.

Eiusdem S. Antiochi de Conuiuio, Homilia 3.

DE epulari conuiuio Paræmiastes ait, Si sederis ad cœnandum in mensa potentium, attentè cōsidera quæ apponuntur tibi, & iniice manum tuam, sciens quoniam oportet te talia præparare. Quod si insatiabilior es, ne desideres cibos eius. Alter item, Ad mensam magnā sedisti, ne aperias guttur tuum super illam. memento quoniam

niam malum oculus neq̄. Quocunque inspexeris, ne extendas manum tuam: & ne coniungere ei in catino. Intellige quæ sunt proximi ex teipso: & quasi in omni re cogita. ἐπιπείθε= mede ut homo, quæ apponuntur tibi: & ne nimis deuores, τι πείθε= ut ne odio habearis. Desine prior gratia disciplinae, & ne sis insaturabilis: ne fortè offendas. Quod si in medio multorum sederis: prior illis ne extendas manum tuam. Quam sufficiens est homini erudito, exiguum? Moyses, Attende tibi ipsi, ne dum comederis & saturatus fueris, obliuiscaris Domini Dei tui. Cōcinit Apostolus, Siue comeditis, siue bibitis, siue quid aliud facitis: omnia ad gloriam Dei facite, non item ad disceptationes cogitationum. Ille quidem credit licere uesci omnibus, hic autem infirmus cum sit, holera mā ducat. Inducit, Qui manducat: non manducantem ne iudicet. Tu enim quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo Domino stat aut cadit. Iterum, Qui manducat, Domino manducat & gratias agit Deo. Rursus, Noli propter cibum perdere opus Dei. Inducit, Omnia quidem munda, sed malum est, propter offendiculum, manducare. Et, Beatus qui non Iudicat seipsum, in eo quod probat. Quia utem discernit, si comedat: damnationem incurrit, quia non ex fide. Veruntamen esca nos non commendat Deo. Neque si comedamus, abundabimus: neque si non comederimus, minus habebimus. Paræmiastes, Ne te decipiat saturitas uentris. Anima enim satura, illudit fauis: animæ autem esurienti etiam amara, dulcia uidentur. Apostolus insinuans nullū non cibi genus esse mundum ait, Quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & ijs qui agnouerūt ἐπιπείθε= ueritatem rectius= fra editio, calcabit, Prouerb. 27.

τὸ μετέ=
Χρῆσθαι
partici-
cipandi.

ueritatem: quia omnis creatura Dei bona est, & nihil abijciendum, quod cum gratiarum actione sumitur. Sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem. Et, Omnia munda mundis. Et, Ad manducandum inuicem expectate. Lex insuper, Dū comederis & saturatus fueris, benedicito Dominum Deum tuū. Dauid Deo neutiq̄ ingratus, Dedisti lætitiā in corde meo, à fructu frumētī, uini & olei. Iterum, Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem saturauit bonis. Cupiens porrò Dominus, modesti ut simus ac frugi homines ait, Quando inuitatus fueris ad prandium, ne eas discubitu in primo accubitu, ne fortè honoratior te ueniat inuitatus ab illo & ueniens qui te & illum inuitauit dicat tibi, Da huic locum, & tunc incipies cum pudore nouissimum locum tenere. Sed cum inuitatus fueris uade, discumbe in nouissimo loco: ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria corā omnibus tibi accumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Et hæc quidem quatenus ad intelligentiam ac spirituale commodum attinet, satis, sint: Non dissentaneum fuerit meminisse sententiæ illius Iob, Quod si bucellam meam solus comēdi & non pupillum participem feci: Quoniam ab adolescentia mea enutriui, ut pater. Iterum Dominus, Cum feceris prandium aut cœnam, ne uocaueris amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque uicinos diuites: ne fortè & ipsi reuincat te & fiat tibi retributio. Sed quando feceris conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. retribuetur autem tibi in

ἡμεῖς ἔσθωμεν
 ὡς ἄνθρωποι,
 pro quo
 Hebr. cā.
 xxxi. b ita,
 i. grandiuu
 adolescit uel
 creuit me-
 cum.

bi in resurrectione iustorum. Ipsi gloria in secula, Amen.

De edacitate siue uentris ingluuie,

Homilia 4.

Nulli nō hominum apprimè necessarium sit, uim inferre uentris edacitati, eamque iusta temperie moderari: in primis tamen eos addeceat, quibus curæ est, pia seruitute colere Deum. Honestum sanè sit prandium omne illud quod moderata transigitur quantitate. Nam citra ullam temperiem ac irretentè suffarcinare uentrem edulij, perq̄ simile est naui onere immodico degrauatæ, quo uelut Argumentum à simili oppressa nullo negotio undosis fluctibus imergitur & pessum it. Et quidem corpus alimonia eget, nō item cupediarijs lautitijsq; ferculis, quibus se ad uoluptatē inuitet & satiet. ciborum frugalitas illi opportunior, nō inamœna satietas. edulio opus quod satis sit, non item luxu profusiore qui artus collutilet corporis. Illa siquidem mirè iuuant & corpus & animam, quippe quæ sospitatem pariunt corpori, robur confirmant & habitudinem addunt pulchrè temperatam. Extrema uerò utrunque lædunt nec simpliciter. Neq; enim sanitati solūm noxia sunt genuina quadā sua ad corruptelā procliuitate: sed & morbos uix eluctabiles ac per molestos pariunt, Rei istius euidentis argumentum exhibent monachi, qui cum exiguo contenti abeant cibo, utique comperiuntur & acumine intellectus perspicaciores & corporis temperatura illis saniores, quos iuuat totos se immergere uitæ mollioris illecebris. Neque id boni solūm, sed & dū uentris frenas ingluuiem, animæ per hoc imminuis turbulenta affectiones. Nam qui se uinci sinit ciborum intemperie:

b ij.

utique.

Homœosis.

utique materiam exaggerat illicem atque incentiuam uoluptatum. Vt enim copiosam lignorum congeriē igni si admo-
ues, maiorem excitas flammam: ita & copia ciborum si in-
ditur uentri, alit concupiscentiam. Esculentorum splendi-
dus ac profusior luxus guttur quidem oblectat, sed & uer-
mem intemperantiæ alit irrequietum ac peruiilem. Quē-
admodum enim terra situ squalens & inarata suapte natu-
ra edit spinas: ita mens uentris studio addicti hominis inde
coras prorsus cogitationes progerminat atque obscenas.
Monachus iusto edacior, aliud nihil censendus quàm pro-
prii tributarius uentris. Et quidē is ad censum enumerat san-
ctos & eorum commemorat inter colloquia: re autem uera
intemperās cum sit, neutiquam illorum uitam æmulatur &
mores. Venti saturando addictior nulla alia re tam glo-
riatur aut ducit uenerationi, quàm quòd latissimo est uen-
tre & amplissimè capaci. Planè illi uenter fit promptua-
rium & bonorior stercorum apotheca, sed & halitus ip-
se qui in sic edaci habitat anxie interclusus, mirè turbulen-
tus est ac prætristis. Dūmque is ægerrimè fert, quam ex se
spirat, graueolentiam: à seipso si quā fieri possit, querit se
cedere, seque fugit. Vt enim fumus dirè angit apes & per-
sequitur: ita & exatiandæ gulæ studiosus gratiam à se re-
cellit Spiritus Sancti. Præstiterit igitur eiusmodi lautitias
condimentorum, uentris ingluuiem prolicientes prætercur-
rere, & per quæ tenui pabulo necessitatem declinare corpo-
ris, nequādo a similes deprehendamur fuisse populo illi, quæ
suo uentri tam anxie inseruisse legitur. Sedit enim, ait, po-
pulus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Dum
enim

Defit nega
ti o du mi =
u s r o r.

A simili.

enim & edunt & bibunt immoderatiūs, in obliuionem Di-
uini uenere mandati: nec solū, sed & in male suadam ac
uæsanientem impegerunt idololatriam. Rectè igitur succes-
soribus talium Apostolus scribit, Quorum deus uenter est,
& gloria in cōfusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Iterū,
Esca uentri & uenter escis: Deus autem & has & hunc
destruet. Rursus, Si propter cibum cōtristatur frater tuus
non iam secundum charitatem ambulat. Noli cibo tuo illum
perdere, pro quo Christus mortuus est. Inducit, Qui
enim tales sunt, Domino nostro nō seruiunt, sed suo uentri:
& per suauiloquium & benedictionem seducūt corda in-
nocentium. Rursum, Prudentia carnis, mors: prudentia ue-
rò Spiritus, uita & pax. Bonum enim est gratia stabilire
cor, non escis. Iterum, Non enim est regnum cælorum esca
& potus: sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu San-
cto. Sed ne quidem genialis uitæ splendor aut illecebrosa
uoluptas, ceu iam dictum mihi est, quæ in diem mortis pabu-
lum condit & thesaurizat uermibus. Ipsa enim indulgen-
tioris uitæ illecebra aliud nihil quàm molliculus, & epula-
ris cibus reptilium, uel teste Iacobo, qui opprobrians scribe-
bat suo uentri anxie nimis seruientibus, Deliciati estis su-
per terram & lasciuiistis, & enutristis corda uestra in die
occisionis. Dominus insuper incredulis Iudæis ait: Amen,
Amen dico uobis, queritis me, non quia uidistis signa: sed
quia comedistis ex panibus & saturati estis. Infert, Opera
mihi nō cibum qui perit: sed qui permanet in uitam æternā,
quem filius hominis dabit uobis. Ipsi gloria in secula secu-
lorum, Amen.

Eiusdem S. Antiochi de Ebrietate,

Homilia 5.



Brietas multò exuperat suapte grauitate edacitatē, & eius usu nobis prorsum scripturæ diuinæ sanctio interdixit. Nec enim fas cuiquā turpitudine istius gloriari ebrietatis, ceu quidā assolent qui nihil tam respiciunt atque mūdi prudentiam, se se hoc nomine uenditātes insolentiū, quòd pulchrè nentrem mero onerarint. Aliud plane temulentia nihil meribibulo cōfert, quā emotionem mentis atque paupertatem. Exolescit promde per eam corpus ac friatile redditur & enerue. Sa nequā bonum sit nec improbandum propter infirmitatem corporis modico uti uino. Vt enim terra moderato perfusa imbre semen quod in uiscera sua deiectum purum exceptit, multo cum scenore emicare cogit & emergere, è diuerso si immodicæ pluuiæ madescat illapsu & inebrietur, spinas profert solum & tribulos: ita & terra cordis nostri, si quidem cū temperie uino utemur, quæ suoapte genio semina pura accepit, reddit multiplici cum accessione, si tota uini humore permaduērit, seque mero copiosiore proluerit, iam uelis nolis, spinas & aliud nihil exeret, nempe improbas cogitationes. Neque id modò, sed & ebriacum illum efficit sui similibus, hoc est stultis deridiculum. prudentibus autem p commiserationem luctum extorquet. Noë enim, ait diuina scriptura, uir iustus biberat uinum, seque eo proluerat immodice & iacebat nudus, (nec tamen eò scribitur iustus, quòd uino immaduisset, sed eatenus expers usus uini) & ab imprudente illo Cham habitus ludibrio est, à prudentibus autem

autem filijs tecta est ignominia nuditatis. Vitemus igitur fratres ebrietatis Dæmonem, ut ne demum illi nos exhibeamus deridiculos, quinimò nos ipsos præmuniamus sobrietate, quæ hunc nostrum hominem incolumem seruet cum primaria eius portione, uidelicet mente, sicut & Paræmiastes suo præscribit mādato, Noli esse potator uini. Omnis enim ebrius, pauper est. Iterum, Cui uæ & cui tumultus, cui iudicia, cui insuauitas & nugæ? cui contritiones superflue, cuius liuidi oculi? Nonne ijs qui immorantur diutiū exbauriēdo uino? Nunquid non his qui peruestigant, ubi sunt compositiones? Inducit, Noli inebriari uino, sed conuersare cum hominibus iustis. Alius item, Ne esto uirilis in uino. Multos enim perdidit uinum. Iterum, Qui iucundus est in uini congressibus, in suis munitionibus derelinquet ignominia. Rursum, Noli esse potator uini. Non enim cōferunt stulto delicia. Et, Luxuriosa res & contumeliosa, ebrietas. Omnis autem qui se immiscet his, non erit sapiens. Ozeè propheta de uetere illo populo, Vinum & ebrietatem excepit cor meum. Esaias item miseris eos insinuās qui diutiū immorantur uino dicebat, Væ qui consurgunt mane & siceram

συγκάψ, Aldus habet, Esa. 5. συγκάψ = σα succendet.

sectantur manētes usque in serum, uinum deuorabit eos. Iterum Iōel nihil huic dissentaneus clamat, Euigilate ebrij à uino. Flete uos ipsos & lugete omnes qui bibitis uinum ad ebrietatem. Flere enim & lugere constitutum his qui artifices sunt & operarij uinolentia. Est enim ebrietas uitium istis peculiare qui pessimè uitam hanc transmittunt & à relicitudine in pudēdos errores deflexerunt, uel teste Iob qui quosdam percellens acriter dicit. Errauerunt sicut ebrij.

Quibus

Quibus autem cordi est pudicè ac probè cōuersari, ab ebrietate, omni studio sibi temperant: atque inoffensè per uia per gunt rectitudinis, per omnia morigeri apostolicæ sententiæ, Nolite inebriari uino in quo est luxuria, Iterum, Ebrii regnum dei non hæreditabunt. Et illud, uidua quæ in delicijs uiuit: uiuens mortua est. Inducit, Propterea nolite fieri insipientes, sed intelligentes quæ sit uoluntas Dei. Quotquot enim obscenæ sunt & ignominiose affectiões, ex unius ebrietatis stirpe prognascuntur & suppululant, ut & David astruit: Nox, ait, illuminatio mea in delicijs meis, hoc est Nox circumfundebat me timidulum & ignorabam. Delicias per hæc nominat noctem. Densa enim caligo quædam est temulentia ac tenebræ. Nam qui se immodico uino proluunt & immergunt, utique noctu se inebriant iuxta Apostoli Sententiam. Filiarum Lot historiam sciens uolensque transmittam. Dominus autè prius dicta priua autoritate fortiter astruens, omnibus in cōmune præscribit, Videte, ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate. Ipsi gloria in secula, Amen.

De abstinentia siue temperantia,

Homilia 6.



Abstinentia siue temperantia uniuerso hominum generi apprimè consentanea uirtus est, ijs tamen propius cōgruit, qui Deo magnopere student gratiosi esse & amabiles. Sanè Abstinentiam dicimus non eam modò qua comite ab esculentis abstinemus, sed & quæ cætera suo ambitu complectitur, hoc est abstinentiam omniũ, quorũ usu ipsi interdiciuntur. Necessum igitur sit iuxta Apostolicam doctrinam, ut is qui sedulò curat esse & dici abstinentis: ab

nens, ab omnibus sibi temperet & abstineat. Vt enim ab homine quopiam, quomodolibet tandem recisa si sunt membra aliquot, per hoc totus hominis habitus decolor demum fit ac deformatur: ita una aliqua uirtus si è membris cæterarum resecta comperietur, decus atque elegantiam abstinentiæ obscurat prorsus & intercipit. Oportet igitur non eas uirtutes solum industria qualicumque nostra cōsequi atque exercere, quæ circa moderationem temperiæque uersantur corporis: sed & ille nobis adsciscendæ ueniunt, quæ interiores nostri hominis cōcretas & inolitas faeces in sua efficaci præualent expurgare. Temperantiæ siquidem peculiaris functio est, tibi per eam ut temperes & contineas à pecunia ac rationis expertæ uoluptate, nihilque conficias operis quod diuinæ aduersetur uoluntati: Abstinentia frenum est impetum concupiscibilis potètiæ præproperum & alacrem frangens & quasi obtorto collo præfocans, quò quidem motu inuitamur ad exatiandos nos epulis præter modum, ad congerendas pecunias, ad parandam nominis proprii famam. Neque enim contingit, ut quippiam assequare de genere bonorum, nisi præduce paciètia & ea quæ in genere ambit cæteras atque amplectitur, nempe Abstinentia, siue Temperantia. In paciètia enim uestra possidebitis animas uestras. Quisquis igitur legitimè & cum laude cupit consequi Abstinentiæ uirtutem, is continenter oret. In desinenter orate, ait Apostolus. Oratio & abstinentia mentem auocant & amoliuntur ab intemperie mundialiũ uoluptatum, sed & omnem illarum uitiosam operationem à nobis semotiuim propellunt. Carnem enim & sanguinem dixit Apostolus carnales affectiones

A simili argumentum.

Etiones quae mentem proliciunt & pertrahunt ad earum cogitationes sensusque, & eod dicit, Quia caro & sanguis regnum Dei non possunt possidere. Caro eiusmodi, pabulum dæmonum est. Dum enim appropiant aduersum me nocentes, ut edant carnes meas. Itaque quisquis macerat carnes has & ad tabem nititur uirtute abstinentiae perducere: utique dæmones fame enecat, & ad procinctum conferendi aduersum se reddit multo imbelliores. Neesse igitur iuxta praescriptam sententiam, non ut per unum sensum abstinens sis, sed per omnes puta per uisum, per auditum, per odoratum, linguam, uentrem & tactum, per incessum indecorum & cetera id genus omnia. Oportet inquam abstinentem praesentiore esse animo ac sublimiore, quam aliquando manus ut det uictas ulli obscenae uoluptati aut concupiscentiae uitiosae. Amatores siquidem abstinentiae propalam conspicuntur, & corporis tueri incolumitatem, & secundum animam erga deum non mediocri perfundi gaudio: nimirum mens cum se a terrenis istis & caduiis extricauerit, & ad caelestia expetenda se tota expanderit. Ab omni enim cum se submouerint intemperie uoluptatis, deinceps fiunt eiusmodi uitiosarum affectionum ofores, Deo proinde accepti deprehenduntur. Oro item talium ad Dominum sincera est, eodemque studio cum angelis Deum praecipuo ueneratur honore. Sed & scriptura ait, Post concupiscentias tuas ne eas, & ab appetentibus tuis auertere. Ne lateris super multis delictis, neque te exaties in omnibus delictis neque te effuderis in multa fercula. In multis enim cibus erit morbus: qui autem attedit sibi, adijciat uitam. Beatus item David perfectionem

fectionem indicans abstinentiae ait, Percussus sum ut foenum & exaruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Et, A uoce gemitus mei adhaesit os meum carni meae. Iterum, Quia cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu temperabam. Paulus item, Mortificate membra uestra, quae sunt super terram. Rursus, Expurgemus nos ipsos charissimi ab omni inquinamento carnis ac spiritus, perfecti sanctificationem in timore Dei, ut efficiamur templum Dei uiui. Petrus, Subministrate in fide uestra uirtutem in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam. Iuxta igitur mandatum Dominicum neesse sit semper sobrii inueniamur ac perui-giles. Ait enim, Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes. Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur a nuptiis, ut cum uenerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Inducit, Beati serui illi quos cum uenerit Dominus, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis, quia praecinet se & faciet illos discumbere & transiens ministrabit illis. Ipsi gloria in secula, Amen.

De Ieiunio, Homilia. 7.

Onachus qui merito ieiunij syncerioris magno-pere cupit Dei gratiam emereri sibi que conciliare eam familiariter, prorsus is debet primum omnium sibi ieiunium adsciscere, non quaecumque, sed quod purissimum sit peccati omnis, secumque decreto immobili ceu trabali clauo constituat nulli dum in uiuis fuerit, seruire unquam uitioso affectui, Sed & silentij perpetis excolat taciturnitatem atque iugiter tueatur. Hic talis cum angelis per

cui quam

quàm familiariter congregatur mediòque in cœtu iustorum spiritualement agitur chorea. Siquidem liber iam strepitus terreni omnis, ad cœlestium rapitur cõtemplationem. hinc dum se macerat ieiunio, mœrenti similis conspicitur primum: at illic exhilarescit totus consideratione aeternorũ. Hinc etiã principio uim cogitur inferre pristinae cõsuetudini, sed idẽ animo refouetur & trãquilla perfruitur quiete. Qui sic Ieiunat, uideri possit asimilis flori eius palmae, quae à latios dicitur. Externè quidem colore interspergitur planè subtristi & inamœno: internè autem niueum candorem praefert. Sed & arbor admirabili fructuũ ubertate prægna est. Ad eum se habet modum quisquis synceriter ieiunat. Externè subtristis ipso prospectu uidetur: internè diuini luminis splendore illustratus, Deo colloquitur multa cum fiducia. Quantò enim noster hic homo exterior corrumpitur: tanto uerius interior renouatur de die in diem, ait Paulus. Ieiunium igitur est, non solum si cibum sumpseris solitò ferius, at ne si bis quidẽ comedas, (Tale enim ad exercitationẽ pertinet monasticam) sed prouidendũ magis, ne utare obsonijs tam uario apparatu concinnatis & instructis. Monachi exercitatio esse debet, ut mensulam suam ad uniformẽ cõtrabat cibum. Ieiuniũ porrò id dixerim, uacare prorsus ratione omni, si quidem ad sumptionem alimoniae, prefiniti temporis opperiris articulum, in ipsa autem hora cum immoderata atque effræni intemperie te inuitas ad mensam, atque adeo cum carne mentem etiamnum ad uoluptatem exatiandam his quae apponuntur, affigis & alligas, Est & illud opus, ut obserues in abstinentia, quae

circa

circa cibi sumptionem uersatur, ut ne quẽ cibum aliquando abominare. Hoc enim execrabile cumprimis ac damnum malignitati per quàm simile. Neque enim ab ullo ciborum genere nobis temperamus, quòd suapte natura mali sunt, (Absit hoc.) magis uero ut nos à pollucibiliore eduliorum uoluptate atque illecebra auulsi, membra hæc carnis nostrae quae facillè inflammatur & intumescunt, moderatè castigemus: ut si quidem sana sunt, cum decoro & honestate cõerceantur: si infirma, moderata indulgentia opimentur & pinguescant. Neque enim usque adeo delassandum corpus est eius qui in procinctu uersatur palestra spiritualis: sed quatenus sufficere possit ad legitime sustinendum semel arreptum agonem. Primaria illa lex dixit, Qui uotum uouerit, à uino & sicera sanctificabitur: & quaecumque ex uinea conficiuntur, non comedet omnibus diebus uoti sui, quia sanctus Domino est. Daniel insuper, Ego eram lugens tres hebdomadas dierum: panem desiderabile non comedi, neque uinum introiuit in os meum, sed nec unguento unctus sum. Quid ita se uir tãtus macerabat ieiunio, adeo ut nihil glisceret ministrari sibi esculentorum? Sanè quod esset uir desideriorũ, quae spiritum illustrat, hinc dignus habitus cui retrusa mysteria reuelarentur, eorumque fieret spectator quae eatenus nullidum reuelata fuerat, nec indignus qui cũ Gabriele Archangelo cõgrederetur familiariter. Nec secus trium puerorum epulares cibi ex semine prouenerant terrae illius & eorundem abstinentia, sed & charitas erga Deum ardentis camini ignẽ in roscidum uaporem permutauit. Moyses quoque per dies quadraginta dum Ieiunat,

Audi luthere cum tuis affectis.

αδωδ'ι =
 μωρ legē
 εδωδ'ι =
 μωρ.

c iii

nat,

Nō alatiō
 sed ἐλατῆ
 quæ &
 σωδῆ.
 Dioscor. c.
 cli. primi.

nat, legem promeruit accipere. Cōformiter & Helias toti dem dierum ieiunio, dominicæ gloriæ spectator effectus est. Anna Samuelē filium impetrauit præsidio freta orationis & ieiunij. Apostolus item, In laboribus, in uigilijs, in ieiunijs suū subigebat seruituti corpus. Sed & ppheta Ioël, Sanctificate ieiunium, prædicate curam & medelam, & clamate. Hei mihi, hei mihi, quia pp̄e est dies Domini. Idē post pauca, Et nunc dicit Dominus Deus noster: Cōuertimini ad me ex toto corde uestro, i ieiunio & fletu & planctu, & scindite corda uestra & conuertimini ad Dominū Deum uestrum, quia misericors & miserator est, longanimis & multæ misericordiæ & pœnitens super malicijs uestris. Dauid, Ego autem cum mihi molesti esset, induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Et, Genua mea infirmata sūt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. Ieiunium porro illud uerū est, non modo id, quo tuas ipsius carnes ad tabem & marcorem perducis, sed & si quantum detrabis priuæ expēsæ per tuam abstinentiam, quod alioqui insumpturus fueras edendo: tantum uiduæ impartiaris & pupillo, qua accepta exatiatur, & pro collatore beneficij exoret, p̄erque manus inopis Deo presentetur accepta eiusmodi uictima: quæadmodum & Esaias ait, Cum ieiunas, frange esurienti panem tuum. Benignissimus Dominus noster sui nos ut erudiret exemplo operis, primus ipse ieiunauit. Sed & de eo qui læuo dæmone miserè uexabatur, ait: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Inducit, Quum autem ieiunaueris, ne sis sicut hypocritæ. Et, Beati qui esuriunt nunc, quia saturabuntur.

tur. Ipsi gloria in secula, Amen.

De Philargyria, hoc est amore pecuniæ

Homilia 8.



Pecuniæ amor morbus est mirè pernicax, expugnatus difficilis, denique & perniciosus. Impossibile namque eum qui sit affectator uoluptatū simul & congerendæ pecuniæ cupientior, secū dum Deum uitam ut instituat suam. Planè siquādo hic morbus animam internanciscetur segni torpore lētescentem, & animam diffidentem Deo: mox illi suggerit commenta quædam excusandi sui cōsentanea, uel quæ umbram præferāt iustæ excusationis. Eiusmodi prætextus umbratilis secreta cogitatioe monacho se offert, senectutem proluxam esse, præterea infirmam esse ualitudinē corporis, Vt mare quātālibet in se incurrentium, fluminum excipiat multitudinē, nunquam tamen exatiatur aut impletur: haud secus auari concupiscentia. Neque enim quantislibet expletur diuitijs. Quisquis igitur uult istius cupiditatis excindere inexplibilem affectionem, ab radice eam conscindat ac renellat. Dū enim manet radix, casso labore refecas ramos. Alicunde enim rursus alij emergent ac renascuntur. Monachus inhians cumuladæ pecuniæ, enixissimè intendit operi: qui autem nullum quærit possidere peculium, nunc orationi strenuam commodat operam, nunc in lectione est totus. Monachus pecuniæ studiosus thesaurum corradit, & indit marsupio: qui sine peculio est, thesaurum colligit sibi & condit cœlo. Dicit enim scriptura, Maledictus qui facit idolum & ponit in occulto. Haud secus facit qui uitioso affectu labo-

Augmentum à simili.

h'uis lege
καὶ ἄλλοις pro
δ'ιοικενῶς,
μιάτηρ.
Attende ὁ
monache.

rat auariciæ. Ille quidē prōcidit idolo rubigine pallenti ac prorsum inutili: hic autem secum circumfert imaginem prorsus inanem, nempe diuitiarum ambitiosam cogitationem. Atque ut uenter suis uentricolis euadit in Deum: ita isti aurū pro Deo habetur. Dæmon hic tinea quædā efficitur in ossibus auari, per anxiam & irrequietam solitudinē & per uigiliū ipsū arrōdens ac depascens. Iure optimo in sacris literis pestilenti hac passione interdici-mur, ceu dictum nobis est, qua noscuntur laborare grauitè à fide spēque obtinendæ salutis alieni, in primis tamen uoluptati ac idololatriæ obnoxij, neq; enim superest illis quicquā spei erga Deum, sed in animalcula regia, qui cum à recto calle deflexerint, in precipitia erroris atque perditionis barathrū p̄no illapsu ferūtur, uel teste scriptura: Qui diligit aurū, nō iustificabitur. Rursus, Auaro nihil iniquius. Hic enim & suā animam uenalem habet. Et, Multi dati sunt in ruina-m propter aurum, ut & Iudas. Is enim per auariciā, nō apostolorū modò excidit cœtu, sed & p̄ditor factus est Domini, ac demum gulā sibi p̄afocauit laqueo. Iustè quidē, Scelus planè est & abominatio, lepra inquā, est auaritas pecuniæ ut & luculenter per Giezi domōstratum est. Non quòd uolētū neuiquam auferri possit, naturalis cum nō sit: sed cū electione liberæ uolūtatis illā quis inciderit, ab ea utiq; mūdari possit, nec difficile si quidē clamarit ad Dominū iesū: Domine si uis, potes me mūdare. Nolētū uerò sustis est & trabes offensionis iis qui hostias offerunt Domino. Sed & quisquis insipiens est, capietur auri cupiditate. Beatus itaque uir qui inuentus est sine macula, qui post aurum nō abiit,

abijt, iuxta scripturam. Ait hic enim Iacobus interminatus istis pecuniæ belluonibus, Aurum uestrum & argētum uestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium erit, & manducabit carnes uestras, sicut ignis. Item, Agite nunc diuites, plorate ululātes in miserijs, quæ aduenient uobis. His perquam similia propheta Abacuc dicit auaris istis opprobrians, Væ ei qui multiplicat sibi quæ sua non sunt: qui per auaritiā malam extorta congerit domui suæ. Sane quā eleganter dixit, Quæ sua nō sunt. Etenim iis qui tales sūt, omnibus suppetunt diuitiæ: ut & Dauid suomet astruit patrociniū, Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum & p̄cualuit in uanitate sua. Iob quoque, Si cōgregauerit peccator quasi terram, argentum: & quasi lutum, aurum: hæc omnia iusti acquirunt. Is de inculpata uitæ mundicia spem sumens dicebat, Si constitui aurum fortitudinē meam, si lætatus sum pro eo quòd multæ adessent diuitiæ. Melius igitur modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Sed & Paulus contestatur malorum omnium radicem esse pecuniæ concupiscentiam. Est enim qui cupiditate eiusmodi laborat, nihil indolenscens alienæ calamitati, prorsus immisericors. Dominus ipse, nostræque pararius salutis quū p̄bè nosset affectionem hanc auariciæ, p̄fētaneam esse animæ perniciem, congruam medelam adfert, dicens: Nolite possidere aurum, neque argentū, neque æs in zonis uestris: eoque inducit, Amē dico uobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum, cū interim nullius terrenæ rei possessio facile ac liberis alis in cælum transuolat & attollitur. Ipsi

d gloria

ἐπιπόσει
κτορα
πταβίλημ
λεγενα
πυιοεπιπόσει
σικου
ναλεμ.

gloria in secula, Amen.

De uitanda munerum acceptione. Homilia. 9.



Visquis captat munera, aut q̄ par sit, plus que rit possi dere, item pecuniæ auidus & scenerator, quatuor hi unum eundemque trahunt currum, sed eo præduce qui superbiæ auriga est & princeps. Atqui hic Domini imperio deiectus est. Eos attem hic impurus inquietat, qui ipsum ad animæ usque depulsionem sequuntur. Non igitur æquū fuerit, ut qui sanæ sunt mentis, tam cruenti hostis frenos patiantur, ne illius aurigatione cum suo auriga in puteum abripiantur supplicij: quim potius præitore Apostolo rectà contendite ad uitam, Habentes, inquit, uictum & quibus tegamur, his cōtenti simus. Qui enim uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli. Profecto qui Apostoli mādaturum reueretur, imò uerius Domini dicentis, Nolite possidere aurū aut argentum, & ne solliciti sitis quid manducetis aut bibatis: is aurigā superbiæ exturbat curru, atque suis proterit pedibus. Pulchrè igitur Paræmiastes per admonitiōē munerum captantibus dicit: Ne opprimas pauperem aut uim illi feceris. Pauper enim est. Item, Qui diligit pecuniam non implebitur pecunia. Propterea pauper facile nouit ingredi in conspectu Domini. Et, Ne sit manus tua extenta ad accipiendum, & ad reddendum cōtracta. Hoc ipsū & Paulus, Beatius est dare, quàm accipere. Lex item, Non iustificabis impium pro muneribus. Et, Nō accipies munera. Munera enim excacāt oculos uidentium. Samuel, Num de mānu cuiuspiam accepi munus aut calceamentum? Ecce testis

Dominus

Dominus. Propheta Amos aduersus populum indignabundus dicebat, Dona electa accepistis à pauperibus. Huic per omnia consentaneus Esaias ait, Principes tui diligunt munera, sequuntur retributiones. Tales qui sunt, miseros esse cōfirmans inducit, Væ qui iustificatis impium pro muneribus: qui aufertis à iusto, quod iustum est, & capitis xenia. Et, Dona excacāt oculos sapientium. Iterum, Perdit seipsum, qui accipit munera: qui autem odio habet acceptiones munerum, uiuet. Rursum, Accipiēs munera in simibus iniuste, non prosperatur in uis suis. Melius itaque nomen bonum quàm diuitiæ. Dauid proinde precatus Dominum, ut huic eximeretur noxæ, dicebat: Ne simul perdas cum impiis animam meam & cum uiris sanguinum uitam meam, in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorū repleta est muneribus. Impios, exléges siue iniquos atque uiros sanguinū dum nominatim perstringit, insinuat captatores munerum. Item, Insipiens & stultus peribunt. Et, Relinquent alienis diuitias suas. Ac si diceret illud, Stulte nocte hac repetent à te animam tuam. Quæ autem apparasti tibi, cuius erunt? Stultos planè eos nominat, qui scopum suæ spei diuitiis affigunt: eoque stulti, quum incōpertus sit nec certò deprehendi queat istius uitæ exitus. Rursum, Inclina cor meum in testimonia tua & non in auariciam. Iob quoque purū declarans se noxæ huius, Si manibus meis uel attingi dona. Sed & Dominus nostræ uindex salutis, Videte, ait, & caute ab omni auaricia, quia non ex eo quo quis abundat, uita eius est. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen:

dij De sordida

Idē & Paulus tribuit Domino, Act. xx. g. Βλεψοντωρ.

De sordida & illiberali parcitate: Homilia. 10.



D Arcitas aut si mauius, tenacitas ab radice progerminat pusillanimitatis, uerius proficiscitur ab infidelitate & desperatione. Etenim si circa hæc uisibilia, quæ in dies singulos abunde & opulenter nobis suggerit Domini benignitas, haudquam fidem habemus, sed uariè diducitur animus & uacillat dubius: quâ fiet, ut fide nihil hæsitante credamus ipsius uerbis de his, quæ minimè oculis subiacent, sed æterna sunt nec ullo unquam intercipienda fine, cum alioqui se ea nobis certò daturum pollicitus sit? Bona sanè quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nò igitur ab re diuina nos cõarguit scriptura, Virum pusillanimitè quis sustinebit? Itaque istius necessitatem corporis fide non dubia Deo permittamus, cui manifesti sumus, fidem habentes Spiritui sancto. Sanè rerum omnium curam in eũ transcribamus, illi uni assignemus, quia ipsi cura erit de nobis. Nouit ipse quorum tangamur necessitate, priusquam postulemus eum. Simpliciter gradiẽtũ diuitiæ Deus est, quẽ admodum astruit Sapiencia: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Rursus, Fidelis uiri est totus mundus diuitiarum: infidelis autem ne obolum quidẽ habet. Et, Benedictio Domini super caput iusti. Et, Benedicta aia simplex omnis est. Et, Qui seminat iustitiam, mercedem recipiet fidelium. Non enim enecabit fame Dominus animã iusti: qui autem confidit in diuitijs suis, corruet. Et, Substantia praeperero ac festinantiore studio quæsita per iniquitatem miuetur: qui autem cõaceruat sibi cum pietate, multiplicabitur.

Prouer. 18.
in additione
70. in uul.
gata secus
legitur.

tur. Dicit autem & Moses, Si fuerit inter te indigens quispiam ex fratribus tuis: non contrahes manum tuam ab eo, sed mutuo dabis quantocumque egerit. Psaltes item regius, Ecce oculi Domini super metuentes eum, ut eruat à morte animas eorum & alat eos in fame. Diuites enim pauperes facti sunt & esurierunt: inquirentes autem Dominũ non deficient omni bono. Et, Non uidi iustũ derelictum, neque semen eius quærens panes. Alter item, Qui miseretur pauperum, beatissimus. Et, Anima sua benefacit uir misericors. Concinit his Apostolus, Qui parcẽ seminat, parcẽ & metit, unusquisque prout destinauit in corde suo, non tamen ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Sed & animarum & bonorum omnium amantissimus Dominus. Respicite uolatilia cœli, quia nò seminant, neque metunt, neque cõgregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit ea. Inducit, Nolite ergo solliciti esse dicẽtes, Quid manducabimus, aut quo operiemur? Scit enim pater uester cœlestis, quia his omnibus indigetis. Quærite autem primũ regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Deut. 15. 6.

Psalm. 112.

1 Tim. 5. 4.

Fratrurn necessitati occurrendum mutuo uel commodato, Homilia II.

Ut uero aut comodato quid uerè dare fratribus, maxime qui germanitate fidei tibi iunguntur, suntque expectatione futurae hereditatis compares, magnopere conducit, iuxta præscriptũ legis: quod ait, Fratri tuo dabis mutuum, ei nimirum qui sub lege tecũ militat: alienigenæ autẽ nò comodabis, hoc est ex lege, quicquid à legis iugo

d iij extorris

extorris uiuit. Et hæc quidem lex ipsa suo astruit patrocini-
 o. Sed & Paræmiastes, Qui facit misericordiam, scene-
 ratur pximo suo. Et, Qui præualet manu sua, seruat mæ-
 data. Rursus, Fœnerare proximo tuo in tẽpore necessita-
 tis suæ: & ne abstineas benefacere indigenti, cum ad manũ
 habeas & possis auxiliari. Ne dicas, Reuertens redi &
 cras dabo. Peræquẽ his confinia dicit regius Psaltes, Lucũ-
 dus uir qui miseretur & commodat. Rursum, Tota die mi-
 seretur & commodat iustus, & semen eius in benedictione
 erit. Item, Mutuabitur peccator & non soluet: iustus autẽ
 miseretur & tribuet. Quem sibi præscribat scopũ nomine
 fœnoris scriptura, nosse cõuenit. *Δαυεισσαι* enim fœnerari p-
 benigne & misericorditer accipere proximum, ut plurimũ
 adscribitur: quemadmodum illud adscriptum est, Propter
 mandatum succurre pauperi: perde argentum propter fra-
 trem. Iterum, Quam speciosa misericordia in tempore tri-
 bulationis. Confortabis tibi concorporem atque consortẽ.
 Sed & hũc habiturus es die resurrectionis parariũ & cõ-
 ciliatorem. Vicem enim suã testabitur clemẽter indoluisse
 te: nec cõmisisse, ut aduersum te ingemisceret. Sanẽ non me-
 diocre emolumentum adferet tibi hoc. Ne igitur tam illibe-
 rales simus & inhumani ob aurum & qualiacumque escu-
 lenta, quorum rubigo & tinea in testimonium aduersũ nos
 futura alioqui sint. Quin Paulinæ magis sententiæ gera-
 mus morem, Qui tribuit, in simplicitate: qui miseretur, in bi-
 laritate. Et, Neccsitatibus sanctorum communicantes. Ali-
 bi item, Discãt autem & nostri, bonis operibus præesse ad
 usus necessarios, ut non sunt infructuosi. Zacharias in super
 propheta

Δαυεισσαι
 fœnerari
 scriptura
 pro miseri-
 corditer ac-
 cipere pro-
 ximum, iũ-
 pro xi =
Χρσν, id
 est, cõmo-
 dato & pre-
 cario pete-
 re & xi =
Χρσν, ac
 cipere quid
 utendum.

propheta, Iustum iudicium iudicate. Et, Misericordiam &
 miserationẽ facite unusquisque cũ proximo suo. Et Ioãnes,
 Qui habuerit substantiam mundi huius & uiderit fratrem
 suum necessitatem habere, & clauserit uiscera sua, quomo-
 dõ charitas Dei manet in eo? His consentiunt & astipulã-
 tur, quæ nostræ omnium prouisor salutis Dominus ut facia-
 mus, admonet, Omni petenti te tribue, & uolentem petere
 mutuum abs te, ne auerferis. Ipsi gloria in secula, Amen.

De usuris, Homilia .12.

Vndi huius homines ante tribunalia nõquam cõ-

M quiescent cõtrouertere & lites intẽdere proxi-
 mis eousque, dum accessorio perfruãtur, quod
 præter sortem cõtigit, dum maxime præter debitũ, usuras
 corradunt & colligunt, aded ut quod iustẽ ad illos perti-
 net, principũ fiat magnæ iniquitatis. Quapropter qui usu-
 ras exercent, non ab re ceu execrabiles & strigosi nomi-
 natim perstringũtur. Sunt plane corã Domino & hoĩbus
 abominatiõĩ cũ in genere nulli non Christiano iterdictũ sit
 artificio quouis exercendæ usuræ, sicut & de iniqua illa
 ciuitate ait propheta, Non defecit de plateis eius usura &
 dolus. Quum interim iusto hoc elogium reddat, Argentũ
 suum non dedit ad usuram. Item, Ex usura & ex iniquita-
 te redimet animas eorum. Paræmiastes quoque, Qui mul-
 tiplicat diuitias suas cum usuris & abundantijs, utique ei
 congregat, qui miseretur pauperis. Item, usuram super usu-
 ram & dolũ super dolũ. Noui ego aliquot, qui per immodi-
 cam auiditatem lucri, præter animæ detrimentũ, sortem e-
 locatæ pecuniæ perdidẽrũt. Dignẽ quidem, cũ lex præscri-
 bat

bat dicens, Fratri tuo non dabis ad usuram argentum, non cibos aut rem quamcumque. Rursus, Argentum tuum non dabis ad usuram. Et, Ad superabundantiam non dabis cibos tuos. Ecclesiastes de istis qui per iniquitatem usuris extortam locupletantur, edisserit hunc in modum: Est infirmitas grauis quam uidi sub sole, nempe eum qui diuitias custodit in malum proprium, & peribunt diuitiae illae in occupatione mala, & certè omnes dies illius in tenebris & luctu & in indignatione multa & infirmitate. Et labor istius in uetèrè ibit. Cōfētīt his illud Pauli ad Timotheū, Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum: sed in Deo, (qui præstat nobis oīa abundè ad fruendum.) bene agere, diuites esse in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentū bonum in futurum, ut apprehēdant ueram uitam. Auctoritate igitur persuasi fratres scripturæ diuinæ, ab inexplebili illa auuiditate congerendi diuitias auocemus mētem, longissimè submoueamus nos ab hac execrabili prorsus usurarum excogitatione: potius imitemur beati Zachæi pium zelum cum eodem dicentes, Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus & si quid aliquē defraudauī, red do quadruplum. Idque ut ab eo promereamur audire (qui cordium nostrorū arcanos recessus perspicuè nouit) Domino nostro ac saluatore, Hodie salus domui buic facta est. Ipsi gloria in secula, Amen:

De immoderata affectione conquirendi
sue de auaritia Homilia. 13.



It Dominus, Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum contemnet, & alterum sustinebit: aut unū oderit, & alterum diliget. Non potes Deo seruire & mammonæ. Liberati enim à peccato serui facti estis iustitiæ, nec iam potestis Deo seruire & Mamonæ cuius interpretatio est, Diuitiæ, sicut ille dicit, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quandoquidem iuxta legis præscriptum, pars una corporis lepra si aspergitur, altera autē sincera est: totū interi cēsetur immundum. Plane alienæ facultatis appetentior quantalibet pecuniæ exuberet copia, nunquàm exatiatur. Quum enim per multa indipiscetur, rursus alia tantò expetet auuidius: cūque sibi hæc conciliarit, alijs rursus expasso sinu concupiscentiæ inhiat cumulandis, nec unquàm uasaniētem hunc sedat appetitum. Nec enim is nouit, quia quantam habet materiam uitiosæ istius affectoinis secundum proportionem: tanto recedit à Deo, fitque particeps apostasiæ. Vtique talis nullū opperitur uitæ istius finē: neque intelligit in hac uita inclinum se esse atq; incolam, & quæ adeptus est, non esse sua. Planè is accensendus uenit ordini stultorū. Particeps enī illius est diuitis, cui suspecta erat loci sui angustia. De eiusmodi eleganter scriptura loquitur, Quemadmodum infernus & perditio non implentur: ita oculi hominum insatiabiles. Beatus itaque Iacobus cupiens morbo isti cupiditatis immensa adferre medelam, per epistolam dicit: Agite nunc diuites, plorate ululantes super miserijs quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt: uestimenta uestra à ti-

nea comesta sunt. Tales & Dauid perstringit, Verūtamē in imagine pertransit homo, sed frustra conturbatur. The saurizat & ignorat cui cōgregabit ea. Isti enim thesauro- rum congestores frustra sudasse comperiuntur, nec sibi un- quā, sed alijs laborasse. Qui enim uolūt diuites fieri, in- cidunt in tentationem & laqueum Diaboli, suāque ut plu- rimum experiuntur tādē cupiditatem inamānam esse at- que dispendiosā, quæ & iuxta Apostolum demergit ho- mines in perniciem ac perditionē. Iubet rursus is multa ut circūspectione uitemus superfluam hanc nec ullis finibus cir- cūscriptam auariciā, quæ est idolorum cultus, per quā ue- nit ira Dei in filios diffidentia. Sanequā decorum sit, ut expuncta ab animo iactantia citra rationē ullam proficiscē te ex diuitijs, oderis i super icētiua quæuis propria cōcupi- scētia, id quod est, Odisse animam suam & à se excussisse omne suum peculium pro gloria Euāgelij Dei. Quisquis e- nim cogitationem funditus amolitur & auocat ab omni su- peruacanea cupiditate: is non magno negotio deprehendit insidiosas Diaboli pedicas. Mens enim simulatque à se de- pulit anxias corporis curas, ueteratorias illas ac fallaces machinas inimicorum pro ratione uirium quas sortita est, perspicuē uidet. Ait proinde Paræmiastes, Non proderūt thesauri iniquis: iustitia autem à morte liberat. Et, Melius est nomen bonum quā diuitia multæ. Super argentum & aurum, gratia bona. Et, Continens frumentum, derelinquet ipsis gentibus. Et, Qui appreciat frumentum, maledictus in populis. Benedictio autem super caput dispertiētis. Et, Qui

Odisse ani-
mam & re-
nūciare om-
nibus quid.

τιμιούλ
κῶρ hoc ē
τιμῶν.

Qui cōfidit in diuitijs, corruet: qui autē benignē succurrit iustis, exorietur. Dominus itē de eo qui apud se cōstituerat suas demoliri ac solo adæquare apothecas quod āgustiores uiderētur, illisq; exædificare capaciores: Stulte, ait, hac nocte Angeli abs te repetēt animā tuā, quæ autē præpa- rasti, cuius erūt? Inducit, Sic oīs qui sibi ipsi thesaurizat, nō itē apud Deū recondit diuitias. Ipsi gloria in secula, Amē:

De distractione, aliās importuna occupatione,
Homilia. 14.

IT quidem de distractione luculenter admodū docet nos Ecclesiastes quidā hisce uerbis: De- di cor meum, ut exquirerem & considerarem sapiēter de omnibus quæ fiunt sub sole, quia oc- cupationem malam dedit Deus filijs hominum, ut occuparē tur in ea. Post pauca, Et uidi ego in omnibus operibus meis quæ fecerūt manus meæ, & in labore quo sudauī, ut face- rem: & ecce uniuersa uanitas. Rursus, Ante faciem homi- nis dedit sapientiam & scientiam & letitiam: peccatori autem dedit, (illud ἔδωκεν dedit, intelligi debet pro συν- χέρονεν permisit libero hominis arbitrio) ut addat & cō- greger: id quod uanitas quoque est. Omnia de puluere fa- cta sunt, & omnia in puluerem reuertentur. Inducit, Meli- us est repleti pugillo quietis, quā impleri duobus pugillis laboris. Iterum, In quibus dedi cor meum ut cognoscerē pec- catum meum, & ut uiderem tentationem quæ facta est su- per terram, quia nec inter diu, nec noctu somnum uidet ocu-

lus eius, & omnis uita in solitudine est. Principium enim malorum ipsa distractio est. Perspicue admodum diuinae docet litterae & rationibus & exemplis eiusmodi occupationem uitam esse impiorum & peccatorum hominum. Omnes quidem hanc uitare debemus, praeter ceteris autem maxime nos, qui quadantenus mundo huic ualediximus, & angelicam uitam ultronei suscepimus exercendam. Sane quies libera & expers negotij secularis, multo est clarior atque illustrior splendore isto nominis, qui paratur obeundis mundi negotijs, uel teste cum primis Apostolo, Nemo militans implicatur uitae huius negotijs, ut ei placeat cui se probauit. Rursum, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. His consentanea uotis omnibus expectendus Dominus nos per Martham edocet, dicens eidem: Martha sollicita es & turbaris circa multa. Cōsimiliter per parabolam de eo inductam qui seminat, quando dicit quoddam quidem cecidisse inter spinas, quae ubi ascenderunt, suffocauerunt illud, per interpretationem infert, Ille est qui uerbum quidem audit, sed sollicitudo seculi huius ac deceptio diuitiarum praefocant uerbum nec fructificat. Quod autem in terram bonam seminatum est, hi sunt qui audiunt uerbum corde bono, hoc est quieto & tranquillo, & isti fructum referunt Deo, ille quidem trigesimum, alter autem sexagesimum alius uero centesimum. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen:

Quod hic mundus neuiquam
ueniat diligendus, Homilia. 15.

Viri,



Viri, qui igne charitatis in Christum accensi parentes reliquimus, filios, fratres: denique omnia quae istius sunt seculi uelut stercora aestimauimus ut uel tandem Christum promereamur lucrifacere, ne quae in inanem aucupemur hic gloriam, ne curam carnis fecerimus, ne temporaria haec & obnoxia corruptela tantopere deamemus, ne in terra defodiamus talentum nobis concreditum, ne ue hic patriam inquiramus, magis uero futuram illam toto perquiramus pectore, tota animi cogitatione suspiciamus beatos illos mundi quidem ex professore osos, eoque amatores Dei, illos intueamur, qui mentem nusquam alio euariantem in aeterna illa domicilia transscripserunt, qui & circueuerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, afflicti, ut uel deliciaerentur, seque oblectarent contemplatione mundi istius opificis nulli non pio uotis omnibus expectendi, eoque & nos in admirabiles uiros oculis animi defixis, rectam illorum uestigijs ingrediamur, in nullam prorsus rem aliam attenti, non ad hominum de nobis aestimationem, non aliud item quiduis respectantes seculi istius: ut cum ipsis possimus aliquando bonis illis perfrui, quae preparata sunt diligentibus Deum. Fugiamus itaque mundum charissimum & quae in mundo sunt. Mundus enim hic totus in maligno positus est, prout diuinus praenunciauit sermo. Anima enim quae nondum se extricauit mundi istius perplexis curis et liberam reddidit, Deum germane ac synceriter non potest diligere, sed neque Diabolum praeter meretur, odisse & execrari: esto colorem praetexere qualemcunque possit tetricum & grauem, nempe solitudinem anxiam uitae istius. Sane

pro ἀπο
τάξις lego
ἀποταξίς =
παρ.

si deinceps eò uertamus mentem, ut quæ in mundo uidentur bona, aspernemur: possumus nobiscum dispensante Spiritu sancto appetentiam hanc animæ ad terrena propendentem cõcordem reddere rationali ipsius affectui. Quod si ut hospites habitamus hic, si ciuitas nostra lōgiore intercapedine disiuncta est & disparata ab hac quam incolimus, & planè nouimus ciuitatem illam, quã certò credimus nos inhabitaturos: quid ī aliena apparamus agros, substructiones ædificia, addo, magnificas ac splēdidas prolationes ædificiorū? Vtiq; quisquis in aliena ciuitate studiosius apparat hæc, re ipsa inuit nihil iã sibi spei superesse, ut aliquãdo delectat iter in eam quæ propria est, ciuitatem, nempe cœlestem illam Hierusalem. Ist hæc cogitatio imprudentium est hominum, nihil pensi de salute animæ habentium, eoque miserabilium. Nō enim intelligit exotica hæc alieni esse iuris. & potestati subesse alterius, nimirum istius seculi principis. Cum igitur hic habitemus ut inquilini & in alieno, nihil est quod nobis ipsis impendiõ apparemus præter frugalitatem uitæ ac uirtutem. Qui erga suum Dominum sincera charitate toti inardescunt, nullo non tempore circumferunt illum in cordibus suis & per ipsius mandata inoffensè gradiuntur, promissis eius fide nihil dubia acquiescūt, ac scopum expectationis suæ ijs affigunt. Bonum ergo ut pro istis facultatibus, pro peculio qualicumque, quæ hodie quidē penes nos sunt, at crastino aut perendie in alterius constituentur arbitrio, pro his inquam animas redimamus miserè afflictas, p cuiusque uirili uiduis pspiciēdo & pupillis, nō itē auersando illos. Vtque in monasterijs dispensantur, ita conueni-

conuenit per unumquēque pauperum rite disponere ac dispertiri diuitias quas quisque à Deo accepit in uita, & liberaliter insumere in indigos. In hunc siquidem usum eas nobis impertiuit clementia Domini, ut in obsequium insumantur pietatis, ac demum pro eiusmodi in pauperes liberalitate thesaurum reportemus nullo unquam æuo intercipiendū. Sanè multò præstiterit, nobis ut tales coëmamus agros, tale peculium quod æternū duret, nōsque rectà prouehat ad illam nobis promissam ciuitatem, quæ est mater nostra, quando ad illam quotidiana contendimus peregrinatione. Ne igitur dilectissimi, ceū dictum est, tam anxie mundi bona cogitemus, ut uel tãdem æternis detur perfrui. Mūdum hunc uelut cursu præcipiti trãsmittamus, quò ad mūdi opificem pertigamus beatifica fruitione. Siquidē mūdi istius figura ad imaginem transit in somnij. Tametsi ipso utimur mundo: ne sic quidem eo abutamur iuxta Beati Ioannis mandatum, Nolite diligere mūdum, neque ea quæ in mūdo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo, quia omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quæ nō sunt ex patre, sed ex mundo sunt. Et mundus transit & concupiscentia. Qui autem uoluntatem Dei facit, manet in æternum. Ait item Iacobus, Qui uoluerit amicus mūdi esse, inimicus Dei constituitur. Paulus quoque, Expoliantes ueterē hominem cum actibus suis induite nouum, qui renouatur. Infert, Nihil enim intulimus in mundum: manifestum est, quia nec efferre quid possumus. Habētes autem alimēta ac tegumenta, his cõtenti sumus. Et hæc postulat Salomō à Domino

mino, Diuitias & paupertatem ne dederis mihi: sed coordina mihi necessaria & quæ sufficiant. Rursum Paulus cupiens magnopere ut neglectis terrenis, cœlestia inambulemus, simulque uolens nos constituere cœlestis patriæ municipes admonet dicēs, Si igitur consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite: ubi Christus est in dextera Dei sedēs. Quæ sursum sunt, sapite: non quæ super terrā. Mortui enim estis cū Christo & uita uestra abscondita est cū Christo. Opto autē uos permutari eleganti admodū transmutatione, eoque inducit, Nolite cōformari huic seculo, sed reformamini in nouitate mētis uestræ. Clementissimus Dominus noster discipulorū suorū sermonem suæ pōdere maiestatis sanciens & corroborans, ait: Quid enim proderit homini, si lucretur uniuersum mūdum, animæ uerò suæ detrimentū patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Ipsi gloria in secula, Amen.

De immodica & audaciore fiducia loquendi,

Homilia, 16.

Causonem
accipe fe-
brem ex æ-
stiuatē, de
qua Gale.



Emeraria illa & impudens loquendi libertas uideri possit a simili Causoni magno, febris nimirum ex æstiuanti, cuius incendium ceteri nequitiam ferentes illinc se proripiunt, cursuque præcipiti in locum concedunt umbratilem, animæ refrigerandæ gratia. Umbra hæc refrigeratrix cęsetur esse is qui in loquēdo modestior est, eoque circumspectior. Nā ab illo quidem nec salutato defugiunt ut ab acri & nares obturante fumo linguæ procacis, sese commodū recipiētes ad captādam auram amœniū spirantē, ad suauē fragrantis incensi

De immodica & audaciori fiducia loquēdi. Homilia 16. 21
incensi exhalationem, quæ silentium est. Eius uitant graueolentiam, qui alijs nescitur, & ei se adiungunt propius, qui quopiam fragrat nobili unguēto, hoc est suauiloquo, qui sedula indagine perscrutatur uerbum bonū, qui casta Dei eloquia abundē effundit. Nihil enim sic obscurare consueuit & abolere splendorē uirtutis, ut blandiloqua atque urbanior scurrilitas, ut ludicra ac petulās nugacitas, ut otiosus sermo & expers frugis bonæ. Item, Nihil sic renouat & quodammodo repubescere facit animam alioqui inueteratam: ut timor Dei, ut oratio sanequā speciosa, ut perpes & indefessa meditatio eloquiorum Domini, ut si teipsum obarmes & communias iugi precatione, si sedulo ac ueluti per uestigia sciscitāre, quantum ex uigilijs resiliat compēdij. Illa porro audacior atque imperiosa libertas loquendi abominatio est, utque scriptura cōtinet Ecclesiaste, Execratio inq̄ apud Dominum, qui firmat oculum, sed & indocti intemperantis linguæ sunt. Si uerberaueris imprudentem in medio concilij illi opprobans, nunq̄ abstuleris stultitiam illius. Rursum, Sapientia hominis illustrat faciem eius: impudens autem facie, odibilis erit. Et in Prouerbijs, Rariū infer pedem tuum in domū amici, ne fortē satiatus oderit te. Auerte abs te sermones opprobrij. Iterum, Qui benedicit mane amicū exerta uoce, nihil differre uidetur ab eo qui maledicit. Rursum, Qui custodit os suum & linguam, conseruat à tribulatione animam suam. Et nos igitur pro iurili fratres toto nixu prouideamus, ne quem locum in nobis uitiosus hic nanciscatur affectus linguæ procacis, nequando aduersum nos inualescat imperiosius. Perquam molesta est

hæc animæ intemperies è qua ceu parète, cæteræ progermi-
nant & emergunt: eoque fructus exercitij huius nostri om-
neis putrilagine ac marcore perdit, uirtutes ipsas hominis
reddit inanes frugis bonæ. In eos cadit uitiosus hic affec-
tus, quos odit Deus infensissimè. Vnde & Ozan qui per
temeritatem exporrigerè manum ausus est, ut archa Dei
seruaretur incolumis: ut execrabilem ac prophanū in uesti-
gio morte multauit. Temerè ergo loqui ac sese efferre im-
potentiùs, utrunque apud Deum & homines caret gratia,
quod cum perspicuè nosset Dauid, dicebat: Bonū mihi quòd
humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Et, Confige ti-
more tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Sed &
Paulus, Datus est mihi stimulus carni angelus Satanae, qui
me colaphizet, ut ne extollar. Alius item, Quis gloriabitur
mundum se habere cor? Aut quis liberè loquetur coram eo?
Vnde & Dominus Petro audaciùs q̄ conueniebat, locuto.
Cū enim is dixisset, Propicius esto tibi Domine, nō erit tibi
hoc, acriter eum cōarguit, Vade retro Satana. Atqui idem
mox à resurrectione à Domino interrogatus, Petre diligis
me, omni cum timore ac reuerentia respondit, Certè Domi-
ne tu scis, quia amo te. Ipsi gloria in secula, Amen.

Quòd abstinendum sit à familiari colloquio
mulierum, Homilia. 17.

Aximopere accōmodum est ac rationi prorsus cō-
sentaneum, ut ij qui cupiunt uitā hanc transmittere
inculpatam nec ulla in parte defædatam, à fami-
liari mulierum congressu sibi temperent. Nihil enim minùs
conuenit, quàm ut qui semel mundū hūc fugerūt, mulieribus
se insinuēt

se insinuent familiari colloquio, aut per earum congressum
ac delicias, eneruent & inquinēt arreptū propositū. Qui-
dam enim prætextu à cōpassione frustra quæsito, religiosū
esse censent ac pium, uitam exigere cōmuniter cum mulie-
ribus. Quotquot hoc faciunt aggressi ex professo solitariā
uitam, utique suo hoc faciunt periculo, seq̄ ue ultrò trudent
in præcipitium, ydem ad ingerenda conuitia propensissimi,
& scandalorum nec mediocrium miri opifices. Cūque in
omnium oculis se usque adeo gerant indecorè: ne uel sic tan-
tillum suppudescunt. Quid non isti designēt flagitiorum in
occulto & quæ hominum fallant obtutus, quando in prof-
pectu omniū sic impudēter se uenditant & gloriātur? Quo-
nam pacto ad sobrietatem ac uitæ frugalitatem se recipi-
ent, qui deridiculis nec ferēdis sanis proscindunt eos, quos
uident sibi tēperare ac moderate uiuere? Qua quæso ra-
tione speres istos interquieturos & ab improbitate desitu-
ros qui quamlibet euidentibus argumentis conuicti, miserè
concerpunt ac lācinant se coarguentes? Aut quo tandē mo-
do diuina oracula indubia fide isti reuereantur & habere
possint uenerationi, qui fabularum loco sacra habent elo-
quia? Quī etiam nū iudicium illud formident, qui uel tenen-
dis memoria Dei mandatis suas operas tam oscitanter cō-
modāt, pro consuetudine suæ ex legis uitæ interim obambu-
lantes? id quod nec fas ulli Christiano, pius qui sit. Egregiū
proinde fuerit, à mulierum cōgressu si nos ipsos amolienmur
quam longissimè. Hoc enim Deo cum primis gratiosum &
hominibus per quam amabile. Ipse enim uel aspectus mulie-
ris telum est ueneno letali litum. Vt primum uulnus affixit

animæ ac misere sauciavit impressione sagittæ: quãtò diu-
 turniorem conficit moram, tanto periculosiorem putrilagi-
 nem in ea operatur. Qui autem uitabundus se à mulieris
 submouet consortio, is nõ facile in id incurrerit periculi, ne-
 que telo mulieris saucius aliquando cõcidet. Quemadmo-
 dum enim splendorem lucernæ alit oleum, sic & colloquiũ
 mulieris ignem redaccedit uoluptatis. Vtique scintilla diu-
 tius si immoretur adbærescens paleis, erumpit in flammam:
 sic memoria cuiuspiam mulierculæ, si uel tantillum duret,
 incendium excitat concupiscentiæ. Sicut item lapides illi in
 monte Aeoam plagam respiciẽte è uenulis suis, attritu aut
 contiguitate ei aculantur ignem: ita mas & fœmina si ab i-
 uicem semotiũs disparentur, neuiquam exardescet ignis:
 sin mari se fœmina propius admouerit, ignis conflagrabit,
 atque uniuersa depascet incedio. Ad eum modum se habet
 animal illud rationale, uir sed effœminatus. Fugiamus itaq;
 charissimi illarũ consortia, sunt enim aliud nihil, uiro quã
 uirus præsenteum, et quæ animas nostras pcliuiter ad-
 modum suis irretiant pedicis, ceu plagis uenaticis. Audia-
 mus interim quid de eisde diuina iubeat scriptura. Primus
 in areã prodeat Parcemiastes, A muliere principium pecca-
 ti, & per eã morimur omnes. Inducit, Ne des aquæ exitũ,
 & mulieri malæ fiduciam loquendi aduersum te. Et, Ne
 impegeris in pulchritudinem mulieris, & mulierem ne cõ-
 cupiscas. Rursus, Oculi tui recta uideant, quia coram ocu-
 lis Dei uicæ hominis sunt: rectas orbitas facito pedibus tuis.
 Non declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Auerte
 pedem tuũ à uia mala. Rursum, Fili, ne te superet pulchri-
 tudo

A simili ar-
gumentũ.Homoeosis
altera.Similitudo
tertia.Εμωσις
lege εμω-
σις.

tudo cõcupiscentiæ, neue capiaris pupillis tuis: quia mulier
 animas uenatur uirorum honorabilium. Implanat hominem
 multa colloquutione, & laqueis labiorum illicit eum & ir-
 retiuit. Ille autem secutus est eam & exterritus, quasi bos
 qui ducitur ad uictimã, & quasi canis ad uincula nesciens
 quia pro anima currit. Ne igitur declinet in uias illius cor-
 tuum. Multos enim postquã uulnerauit, deiecit: & innu-
 merabiles sunt, quos interfecit. Via enim inferi, domus eius
 deducet in prõptuaria mortis. Et hæc quidẽ Salomõ. Sed
 quid? Nunquid non ægyptia illa Ioseph concupiuit perfrui
 pulchritudine, carnali desyderio exardescẽs, cũ ille castis-
 simus esset? Cum abnuisset adulteræ explere concupiscen-
 tiam, tribulatione ac multiingua necessitate per delationem
 mēdacio adumbratam, pium illũ ea transfixit & uelut in-
 subulauit, planè usque ad mortem. Num uides, ut uaga illa
 nec secum cõsistens motio carnis Aegyptiæ quantam pepe-
 rerit iusto tribulationem? Vel ob hoc sanè modis omnibus
 profuerit, ab eiusmodi ut abstineamus. Nihil enim adferũt
 commodi harum mutuae confabulationes nobis cupientibus
 lumbum præcingere. An non audisti de Sampson Nazara-
 ræo, quo cum inambulabat Spiritus domini? Et hunc sic san-
 ctum mulier ad extremam usque uitæ cladem perduxit per
 molestam hanc carnem ac nefariam concupiscentiam. Ob-
 hoc nullo pacto nobis ipsis permittamus, ut cum muliere uel
 sedisse comperiamur, & ut compendio absoluam, nullam
 cum illis ineamus consuetudinẽ. Nec secus de Dauide quem
 & erudiuit & inuenit Deus uirum secundum cor suum,
 quo modo cõcupierit perfrui mulieris illius Bethsabeæ di-

Antigra-
phũ habet,
 καὶ φοβῶ-
 θεία Græca
 editio, κα-
 τὰ φωνήν
 ὁ Ζέωσ ἐ-
 λαυνομέ-
 νοσ argutẽ
 illisus & im-
 pactus, p̄sa
 nocius.

co, decore incredibili. Hic beatus in quot tandem deuolutus est mala? Hæc cum uidisset sanctus alioqui se lauante[m] & concupiscentia carnis illius exarsisset, quantam flagitiorum lernam hic operatus est modis licet omnibus maximus? Peccauit in Deum, non e[st] solūm quod in mœchiam sit prolapsus, sed quod uirum illius iusserit interfici. Vides, quantam hic unctus Domini rex Dauid cōfecerit tragœdiam, ut uel conceptã expleret concupiscentiam? Doceamur & nos hoc exemplo non cōcupiscere. Si enim uiri illi tales cum essent, illicibus tamē lenociniis mulierū demulcti capti; sunt, & nos inter pericula incedentes, & in medio laqueorū positi adhuc, effugiamus expassa retia. Nec alia ratione Ammon sororis suæ Thamar inescatus specie, uita miserè priuatus est. Similem in modum Salomon cum is alioqui sapientiam haberet, prudētiam, profusissimam cordis latitudinem, diuitias insuper & gloriam tantam, quantam nemo hominum alius. Et hic tantus per mulieres periclitatus est, p[er]que earum male suadum amorem apostata à Domino factus est. Seniores illi qui iudicium exercuerunt aduersus Susannam, ij per assiduam cōgressionem cum alienam pulchritudinem essent edocti, ac demū abiissent præcipites in immensum pelagus concupiscentiæ, insurrexerunt in beatam illam Susannam. Hæc quidem de concupiscentia sat sint. Sed & illarum nequitiam, Iesus Sirach filius conspicuam reddit, & omnibus perspectissimã, dicens: Omnem nequitiam & non nequitiam mulieris. Cohabitare leoni & draconi melius, quàm habitare cum muliere nequam. Rursus, Parua omnis malitia ad malitiam mulieris. Paræ-

miastes,

miastes, Procul ab ea facito uiam. Ne appropies foribus domus eius, ne impleantur alieni robore tuo, & pœniteat te in nouissimis tuis. Satiùs igitur eius sequi consilium, qui dicit: Qui sine uxore est, cogitat quæ domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui uerò uxore[m] habet: cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Clementissimus quoque hominum amator Dominus, cum is clarissimè nosset, quãtam perniciem, quãq[ue] ue ineluctabilem corruptelam uitiosus hic affectus concupiscentiæ inueberet animabus nostris, tali sciuit decreto, aduersusq[ue] hunc pronunciauit: Omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendū eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Deum nostrum adde-
cet gloria in secula, Amen.

Quod minimè conueniat crebrò assidère
cantatriculis. Homilia. 18.



Rebrò assidère cantillantibus mulierculis, uix æquè nobis incōmodum aliud occurrit. Ob hoc domus hæc dictæ Monasteria nomine ipso arcent nos ab earum colloquijs. iure quidem. Sola siquidem apprehensio uultus fæminei, initio statim nescio: quàm ingerit cordi hominis turbulētam intēperiem, à tranquillitate in diuersum auocat mentem, ac transfert aliò: cū ipsa inter orandum deinceps hiulca fauce oblatret, nec requietē uacet diuinis laudibus, quin potiùs huic uni incumbit curæ, nempe de istis cogitans. Qui earum colloquijs creber incubuit monachus, simillima in corde tacitus cōminiscitur, ut in ligno uermis, ut tinea in uestimento. Fuge igitur illa-

rum:

rum familiares congressus, neue illas permiseris audaciam sumere aduersum te. Principio quidem, reuerentiæ non nihil præferunt, atque ita suam tegunt nequitiam pallio hypocriseos, deinceps nihil non audent impudenter imperiosæ. In ipso enim aditu primæ confabulationis multa cum lenitate loquuntur, et prono in terram uultu, continenter illachrymantur, reuerenter admodum habitum motumque corporis ementiuntur, suspiria attollunt amarulentiæ plena, de sanctimonia aut castitate etiamnum interrogant, magna cum uoluptate auscultant differentem. Alter à primo, congressus superiora illa sensim recellit ac repudiat. In tertio, Quid ita ardentibus oculis ac renidente uultu arrisisti? Ad hæc, illa in risum effusissimè soluitur. Tum deinceps sermones texunt, qui præmolli quodam lenocinio demulceant atque inuitent affectionem turpitudinis. Et hæc planè aliud nihil sunt quàm irritamenta, quæ te inescant ac proliciant ad mortem: quare præstiterit ardenti igni propius se admouere, quàm mulieri: præsertim iuuenis uterque si est. Etenim excusso igne tametsi uehementi dolore affectus, ocyus in terram desilis. At muliebri blandiloquentia præmollitus, non iam paruo negotio te ab illa excutere potueris ac secedere. Bonum igitur, sed et Deo atque hominibus cum primis acceptum, ut nos ab illarum consuetudine extricemus uitabundi, nec eis continenter asideamus, nequando earum retribus impliciti periclitemur, quin libertatè quàm ocyssimè nobis uindicemus ceu assolent animalcula quæ uis semet telæ Arachnæe illapsa. Nos omnium maximè, qui relicto peculio totos nos Deo consecrauimus: nihil impofterum necesse sit cum illis

vel hinc dis
ce Luther a
ne uota reli
giosorū nō
essenouitia.

congrredi

congrredi familiarius, quarum quidem cōfabulatio et plena est uanitatis et animabus mirè detrimetosa. Eas igitur defugiamus, ne flagitij quippiam adhærescat animabus nostris. Ipse enim Dæmon peccati amantissimus commenta aduersum nos non pauca excogitat ac molitur insidiosè. Istis mulierculis suggerit, orent nos cum lachrymis et obtestatione, eas ut assiduè uisitemus, illarum saluti ut consulamus, spe mercedis à Domino obtinendæ. Ab istis interim persuasi auferimus remunerationè, bulcera nimirum animæ uix ullis curada antidotis, salaces scilicet et obscenas cogitationes. Aded deinceps cor tot agitatū intemperijs pœnas luit merito suo dignas, dum mens atque affectio concepti facinoris, cor miserū distrabunt, inque carnificum morem nunc huc ille, nunc illuc alter plusquam tragicè concerpunt. Omnem igitur superat uanitatem, nos quum parentes reliquerimus et fratres, conciliare uelle eiusmodi mulierum consuetudinem in apertam perditionem animæ. Prorsus rationi dissentaneū uidetur, ut homo cupiat exercitationem monasticam profiteri et idem cum muliere uel comedat uel bibat, aut certè à muliere expetat sibi ministrari, siue ipsarum gerere curam, utque absoluam cuncta compedio, ad earum pertingere cognitionem. Pari iure incōgruum sit eas quæ se canonicas profitentur, communem cum uiris tolerare uitam, ut ne quid scandali exoriatur nostri causa, quin studeamus potius exhibere nos cæteris omnibus irreprehensibiles. Scientes, ait Apostolus, timorem Domini suademus hominibus, Deo autem manifesti sumus. Metuendum sanè nobis, ceu dictum est, ne qui per nos scan-

g

dalum

dalum ullum incidant, cum dicat Dominus, quia. Melius est ut lapis molaris pendeat à collo, & is proñciatur in mare, quam ut scandalizet unum ex his pusillis. Itaque ut à facie serpentis, & à perplexo quopiam peccato: ita & ab istis porrò secedendum, quòd præsentaneam adferat mortem illarũ consuetudo ijs, qui uitam exercent monasticam. Nec illarum declinanda solum colloquia, sed & de eis cogitationem ab radice cõuelli oportere docet Paræmiastes, Ne des diuitias mulieri, mētem tuam, uitam denique & consiliū. Alius, Cum cantatrice assiduus ne esto, nequando capiaris in argutis operibus illius. Quin & Esaiam de istis arbitror loqui: Pro eo, quòd exaltatæ sunt filia tuæ Syon, & ambulauerunt extento collo, & nictibus oculorum, & quæ sequuntur. Eò inducit, Et Dominus reuelabit habitum illarum in die illa. id quod nunc temporis contigisse arbitror per aduētum Chaldaeorum. Dicit autem & alio loco, Virginem ne contempleris, ne fortè scandalizeris in increpationibus illius. Rursus, Vinum & mulieres apostatare faciunt corda intelligentium. Proinde Ecclesiastes, Amariū morte est conuersari cū muliere. Ipsa enim laqueus uenatoris est & sagena cor illius, uinculum in manus eius. Bonus ante faciem Dei, submouebitur ab ea: qui peccat, cõprehendetur in ea. Infert, Lætare iuuenis in adolescentiã tua, & ambula in uis innocens & immaculatus & in cõtuitu oculorum tuorum, & scito quia pro his omnibus adducet te Deus in iudiciũ. Nec aliter Apostolus, Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, quæ gessit, siue bonum

siue

siue malum. Nos igitur qui cæteris scripturarum cognitionem administramus, nec tamem eas explemus opere: multò præ ignaris istis atrocius manet iudicium, iuxta uerbũ Domini dicentis, Quia seruus qui nouit uolūtatem domini sui, nec fecit secundum illam, uapulabit multis. Inducit, Ab omni cui multum donatum est, plus repetent ab eo. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

De fornicatione, Homilia. 19.



Ornicationis affectus multifidus quidem ex familiari cooritur & surgit mulierum cõsuetudine. Nullo enim negotio assentatrix illa & illex congressio procacium mulierum se hominis inserit cordi, illecebra ueteratoris artis perquam plena. Neque id simplex malum, cum fornicationis Dæmonē duplicem esse constet. Est enim qui aduersus animam, est & qui aduersum corpus conspiret. Istius rei gratia agone duplex nobis excipiendus aduersus impurum hunc. Neque enim sustinendo huic conflictui satis fuerit corporale ieiunium, solum si adsit: ut hoste triumphato palmariũ reportes perfectæ sobrietatis & castimonie. Etenim necesse sit, adsint hæc comites, cordis cõtritio, deprecatio iugis ad Deũ, crebra meditatio scripturarũ. His adde laborem & manuariam industriam. Sanè possunt hæc insolescentes atque importunos animæ motus suppressere. Præ his omnibus plurimum adfert emolumentum animæ sese deijcientis humiliatio, qua sine non fornicationem, non ullam aliarum passionum peruincere quis potuerit. Peruigili itaque custodia as-

g ij

seruandum

seruandum cor, ne quid insynceræ cogitationis irrêpat all-
cûde. Iuxta enim Dominicam uocem, ex corde exeunt co-
gitationes malæ. Tametsi in nostra repositû potestate est,
iuxta Apostoli sententiam, ut agonem hunc sustineamus le-
gitimè & coronemur: siquando tamen dabitur aduersus
hunc spurcissimum fornicationis spiritum uictricem palmâ
obtinere, non eò pertingere nos potuisse confidendum pro-
prijs uiribus, aut monastica exercitatione, sed Domini au-
xilium. Neque enim homini contingit requietum esse ab impu-
gnatione istius impuri spiritus, donec uerissimè crediderit
se nullo pacto aut studio aut laboribus proprijs emanci-
pari posse ab eiusmodi morbo, sed Dei solùm protectione
ac præsidio. Non igitur malum fuerit ad depulsionem ad-
uersarij, corporisque tuendam castitatem, priusquam uos
sopor premat, hanc ut ad Deum effundatis in cubili ora-
tionem.

S. P. Antiochi ante somnum dicenda oratio:

AD quietem soporis nobis concedentibus indulge mi
Domine requiem corporis, tuere nos ne tenebricosa
peccati istius inuoluamur caligine, eripe nos ab omni iniqui-
tamento carnis & spiritus, concede in timore tuo ritè ut
corporis perficiamus sanctificationem. Submoue nos ab om-
ni demulcète lenocinio illecebrosæ uoluptatis per tenebras
noctis huius. Impetus passionum seda ac iube conuiescere.
Ignitam extingue tentationem corporis istius. Rebellionem
carnis acrius insolescentem disijce. Vitiosam affectionem
corporis & carnis prudētiam consôpi, & fac in nobis ob-
dormiscere. Da nobis tranquilli soporis cubile. Peruigiles
concede

concede cogitationes ac mentem sobriam, ne nos gratis op-
primat sopor: sed qui nos reddat excitatiores ad exhiben-
dum tibi munus nocturnæ ac matutinæ liturgiæ. Peruigiliû
noctis nobis clementi impartire gratia tua, ad illustrandam
hymnis gloriâ magnificentissimi tui nominis, Patris, filij &
Spiritus Sancti in secula. Amen. Egregiû planè, uti prius Finitur
dictum est, sagenas illas atque irritamenta mulierum nos oratio,
ad se prolicientium auersari, & ab earum se submouere
colloquijs. Hoc enim sapientissimus alioqui Salomon doctri-
cæ experiētia cum didicisset, omnes nos in commune admo-
net dicens, Ne attende ad mulierem malâ. Mel enim distil-
lat à labijs mulieris fornicariæ, & ad tempus impinguat
guttur suum, in nouissimo autem felle amarius quid inue-
nies. Ne igitur oculum tuum intendas in eam. Rursum, Ne
obuiam procedas mulieri meretrici, ne fortè incidas in la-
queos illius. Inducit, Quis alligabit ignem in sinu, uestimen-
ta uero non comburet? Aut ambulabit aliquis super carbo-
nes ignis, & pedes illi non ardebunt? Sic non innocens erit
omnis qui tangit eam. Sed & lex dicit, Non fornicaberis.
Qui fornicatus fuerit cum uxore proximi sui, morte mo-
riatur. Dauid item, Nolite fieri, sicut equus & mulus, qui-
bus non est intellectus. Propheta Osee aduersus populi
peccata se scrutans dicebat, Spiritu fornicationis sedu-
cti sunt. Et populus intelligens adhæsit meretrici. Rursum,
Fornicantes exfornicati sunt, dilexerunt ignominiam. Ite-
rum, Spiritus fornicationis est in eis: Dominum autem non
cognouerunt. Apostolus per epistolâ dicit, Fugite fornicationem. Omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus
g iij est.

Desit hic
du, non.

est. Qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat. Infert, Nescitis, quia corpora uestra templum sunt Spiritus Sancti qui habitat in uobis, quod habetis à Deo, & non estis uestri? Empti enim estis pretio. Qui enim fidem de deo genuinam habent ac synceram, utique & Spiritum habent Dei, & nihil esse in illis potest carnale, cuiusmodi sunt fornicatio, immunditia, impudicitia & cætera. Neque enim qui propriam domum corrumpunt, hæreditabunt regnum Dei. Qui enim talia agunt, mortui iam sunt. Sed & Paræmistes, Auerte oculum à muliere formosa. In specie enim mulierum multi exerrauerunt. Et, Ne uelis cum illa accumbere in uino, ne fortè declinet anima tua ad illam, & spiritus tuus labatur in perditionem. Alius item, fornicatio mulieris in extollentia oculorum. Scito, quia in medio laqueorum habitas. Iterum Paulus, Nescitis, quia corpora uestra, membra sunt Christi? Tollam ergo membra Christi, faciã membra meretricis? Nunquid nõ scitis quia qui adhæret meretrici, unum corpus est? Rursus, Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in uobis? Sed & acrimonia asperiore usus inducit, Si quis templum Dei corruerit, corrumpet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Iterum, Fornicatio autẽ & immunditia ne nominetur quidem in uobis. Hæc enim uoluntas Dei est, sanctificatio uestra. Abstinetes uos à fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum suum uas possidere in sanctificatione & honore. Rursum, Et sanctimoniam corporis, sine qua, nemo uidebit Dominum. Dominus item, Qui reliquerit uxorem suam nisi causa fornicationis, & duxerit aliã: mœchatur.

Et

Et, Qui repudiatam duxerit, mœchatur. Deum nostrum addecet gloria in secula, Amen.

De castitate. Homilia. 20.



Castitas honoris præcipui ac laude digna, & quæ apud Deum & homines plurimum obinet ingenuæ libertatis ac fiducia, extra omnem inuidiæ aleam cõsistens: tametsi comperiantur nonnulli qui consueuerint infensis linguis traducere ac sugillare eos qui hac comite contendunt Diuinæ gratiæ sibi conciliare fauorem. Veritas dicti luculenter declaratur exemplo Ioseph ac beatæ illius Susannæ apud Danielẽ. Maluit enim hæc tẽporariæ mortis discrimẽ adire, quàm ut coronæ suæ castitatis ulla ex parte inferret cõtumeliam & detrimentum. Et iudicium Dei, hoc est Daniel iudices damnauit inuidiæ, (Hæc enim nominis istius est interpretatio,) castimoniam uerò pudicæ mulieris re ipsa docuit esse intentati flagitij liberam, eãque subduxit morti. Nec secus contigit Beato Ioseph, qui intoleranda calumnia appetitus per Aegyptiam, eoque in carceris ergastulo conclusus, nec adeò post multum tẽporis uelut sortitò accepit Aegypti gubernacula. Nec istis solum qui ea ætate supererant uirtus tantæ castitatis inclaruit, sed & ea prodita memoriæ est & adscripta sacris biblijs tanquàm columna ac monumentum ad memoriã posteritatis in omnes futuras generationes. Sareptana illa uidua merito castimoniæ atque hospitalitatis pudica cum esset ac sancta, magnũ illum Heliam promeruit excipere hospitio, utque filius suus ad uitam postlimitiõ reuocaretur precibus prophete. Similem in modum ma-

Castitas
Ioseph &
Susannæ.Sareptana
pudicitia.

gnus

Gregorius Neocæsariensis episcopus, gentiles alioqui parentes cum haberet, ipse etiam dum gentilis, ab ipso ætatis flore, intemeratæ castitatis pudorem custodiuit, cuius gratia dignus habitus est qui doctricæ matre Domini atque Euangelistâ Ioanne mysterium condisceret fidei. Denique hic orbi inclaruit mirabilium opifex operum. Amatores siquidem pudicitiae & integritatis non in hac modò uita laudem referunt: sed & coronam decoris & palliũ castitatis reportabunt de manu Domini, secũmque dicent, Exulta nũc anima mea in Domino. Induit enim me pallio salutari & indumento lætitiæ: quasi sponso circumposuit mihi nitram, & quasi sponsam adornauit me mundo. Hi fulgebũt in regno patris, si modò nihil fidei reliquas sibi conciliarint uirtutes, quibus pulchrè conueniat cum una hac castitate. Illic istis uidebitur uita & longiturnitas dierũ tranquilla prorsus & ab omni submota intemperie. Ab eo enim regno procul fugit dolor, mœror ac gemitus longissimè seiuncta sunt. Perfectè castus omni ex parte communit & custodit se. Audiui enim de rege quopiam à fide alieno. Is Ephesi cum uidisset sacrificulam quandam decore admirabili præcellentem, ex Epheso eam confestim emisit, ueritus nequid illam uiolèta impressione subigeret, & indecori in illã quidpiam admitteretur. Cyrus proinde Persarum rex tympanistrum, (cui omnium testimonio admirabilis et supra quàm credi posset, tribuebatur elegãtia corporis,) ne uidere quidem sustinuit. Quòd si talia suo asseuerant testimonio à fide exoticici, & à salutari unctiõne alieni, quid nos nõ conueniat præ illis tantò efficere, qui Christi ex professò discipuli

cupuli sumus? Necessè igitur sit, temperemus nobis non à colloquutione modò, sed & ab aspectu, qui quidem uia est rectà deducens ad operationem flagitij. Esto ad opus usque non progrediatur, aliquousque tamen descedat cogitationem ac mœchum efficit talem captiuum. Quis quæso eõusque temeritatis prouectus est, qui cum in alienam pulchritudinẽ continenter & pressius defigat oculos, dicere ausit, nulla hinc se ex parte ledi? Hoc perquam difficile sit. Maximè quidem omnium uitandi sunt mulierum congressus assidui. Quòd si necesse fuerit, oculi quoque dispalantes ac uagi uelut iniecto freno coercendi sunt. Hoc se fecisse Iob irreprehensibilis & pudicus cum amicis suis differens ait, Si secutum est cor meum mulierem uiri alterius, & si insidiator fui ad ianuas eius: placeat utique uxor mea alteri. Furor enim iræ irretentibilis est cõtaminare uxorem uiri. Ignis enim est oēs consumens partes. Quemcũque adorietur, ab radice ipsa hunc perdet. Beatus insuper Paulus per epistolã admonet dicens, Obsecro igitur uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã sanctam, Deo bene placentem. Et ad Titum, Presbyteros, sobrii ut sint, pudici, casti. Anus similiter ut sint in habitu decenii, bene docentes, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut uiros suos ament, filios diligant, prudentes, castas. Rursum, Ut abnegantes impietate & secularia desideria, sobriè & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Timotheo quoq;, Viduas honora quæ uerè uiduæ sunt, Inducit, Quæ autem uerè uidua est & desolata: speret in Deum & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die, quemad-

Sine scis,
oculi sunt
in amore
duces.

Vel, ut ab-
negata im-
pietate &
seculari-
bus deside-
riis etc.
σωπρόως
videtur
hic nõ pro
sobriè sed
castèet pu-
dicè sumi.

modum Sancta illa Anna filia Phanuel, quæ cum uiro castè uixerat annis septem à uirginitate sua, iuxta Euangelicam narrationem. Et hæc uidua ad annos usque octoginta quatuor prouecta non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens Deo, & prophetico spiritu pro uitæ merito illustrata eadem hora superueniens confitebatur Domino, & loquebatur omnibus expectantibus redemptionem Hierusalem de Domino ac Deo & saluatore nostro Iesu Christo, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De uirginitate, Homilia. 21.

Irginitas propinqua germanitate cohæret castitati. Est autem hac & cæteris partibus

continentiæ superior, quippe quæ cum angelis ipsi proximè concreditur, ac Deo propinquat per integritatem ac mundiciam. Non igitur mediocris prærogatiua est possessio uirginitatis, angelicæ puritatis æmula cū sit, eoque cælestis. Huiusce dicti mei argumentum est quod non usque ad eò promptum sit, in diuinis literis quempiam inuenisse, qui perpeti tenore secundum eam, uitam instituerit aut ipsam illustrarit uirtutis nomine, ante legem. Sed ne legis quidem tempore facile quis ullum enumeret, nisi angelum illum terrestrem ac planè cælestem hominem Heliam Thesbitem, & huius discipulum Helizæum. His fortè accensendus uenit Hieremias. Alios item quis fortasse adnumeret, sed inter prophetas. Adde his eximium illum in mulierum natis, ueteris nouique testamenti mediatorem. Hic integer ac uerus corpore simul & spiritu uirgo cum esset,

ob

ob uita sinceritatem ac mundiciam non uocari solum promeruit, amicus sponsi, sed & dignus habitus qui ipsum Dominum lymphis tingeret sacri baptismatis. Hos præternemo argumentis euicerit ullum per uirginitatem probasse se Deo, eorum qui uel legislationem præiuerint, uel uixerint sub lege. Proinde apud Gentiles, adde & eos qui in his Philosophi dicuntur, non solum uirginitas sincera nunquam suum exeruit splendorem, sed nec credunt ullum hominum corporis fragilitate circumdatum proprijs illam perspexisse oculis. Iure id. Quo enim pacto isti fidem commodent de uirginitate differenti, qui deos suos totius spurcitiæ & obscænitatis tutelares patronos constituunt: qui porcorum instar per omnem impuritatem traducunt uitam flagitiosissime? Iudæi usque hodie ne salute quidem dignantur uirginitatem, ad eò non exercent. Atqui cum apud nos Christianos perspiciant toto terrarum orbe eam suaue fragrantem & per amænos flores exerere, ac per omnem ætatem pulchrè regi & officio fungi, isti per inuidiam eliquantur miserè & contabescunt iuxta prophetæ sententiam, Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet. Ex quo tempore Dominus noster Iesus Christus Dei filius, sua solius erga nos benignitate ex utero uoluit sanctæ & intemeratæ Deiparæ semper uirginis Mariæ suo ad nos aduentu inclarescere mundo, simulque uires suggessit, quibus obluemur Diabolo: facile deinceps sit uirtutè perficere uirginitatis, modò is ex animo uelit, ut ardua sit functio uirtutis istius, sed & quæ bonis toto pectore Deum diligētibus per repromissionem reposita sunt, nulli obscurum longè esse

hæc præstantiora.

Ἑπιτομή

Virginitas
integritas =
te ceteris
præcminetIoa: media
tor, lex enim
usque ad
Ioannem.

præstantiora. Nulli tamen possibile ad tantæ uirtutis per-
tingere fastigium, nisi præsidio iuuetur & erga Deū cha-
ritatis, & animi de se quàm modestissimè sentientis iuxta
testimonium Deiparæ omni laudum genere celeberrimæ,
nulli obnoxie uitio, sed gloria omni dignissimæ in hūc mo-
dum emodulatis, Magnificat anima mea dominum, & ex-
ultauit Spiritus meus in Deo salutari meo, cum per hæc
subindicet suam erga Deum charitatem. Mox enim addit,
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Rursus, Deposuit
potentes de sede, & exaltauit humiles, & quæ ordine se-
quuntur. Sed & aliquantò prius Gabrieli respöderat, Ec-
ce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. His
igitur clarissimè explicatum reor, quia per summam humi-
litem & erga Deum charitatem, plena cum esset gratiæ,
promeruit sibi uestem pertexere uirginitatis nulla ruga
decolorè, nulli obnoxiam reatui. Qui autè ad excurrèdum
stadium eiusmodi, omnibus se extricauit rémoris, secūdum
apostolicam sententiam, necesse est legitime ut certet & ad
palmam usque suum promoueat agonem. Neque enim isti
aduersus sanguinem modò & carnem adornatur collucta-
tio: sed & aduersus inuisibiles potestates. Itaque adolescen-
tulus qui se propter cælorum regnū castrauit, similiter &
uirgo quæpiã, nisi per omnia sese præstiterint, cen addecet,
ueros imitatores Christi, nequiquam ad portū puebentur
salutis. Vt enim uirgo una aliqua dicatur, nec interim cæ-
teras curet indipisci uirtutes quæ uirginitati proximè re-
spondeant, quæ tuendæ uirginitati faciant plurimum &
quadrent: eiusmodi uirginem stultam dixit Dominus, quip-

pe

pe quæ nullum præ se ferat illustre lumen, nihil secum ge-
stet olei. Talis quæ est, aditu excluditur regni cælorum
neutiquam admissa gaudio ut perfruatur sponsi: sed in ea-
rum deputabitur collegium, quæ sponsum oderint. Quæ e-
nim est talis, per æquè se habet, ac si nihil boni confecerit
operis, sed imprudenter seipsam seduxit. Opus itaque suū
probet unusquisque & exploret, seque agnoscat. Alioqui
obseruatio omnis uitæ quanlibet religiosæ, infrugi futura
est & inanis. eorū nempe qui penes se esse profitentur uir-
ginitatem ac temperare sibi à carnis illecebris, cum re ipsa
uirtutem eius negent. Nam quæ tantopere cōmendatur ca-
stratio à lenocinijs carnis ac uera planè in Domino uirgi-
nitas, sancta est & corpore & spiritu, indiulse & per-
peti tenore Domino seruiens in spiritu Dei, synceriter ac
procul omni spurcitijs se probans Domino, secum conferens
iugiter, quibus studijs possit ei gratiosa esse & amabilis:
eoque unus cum Domino efficitur spiritus, sicut scriptum
est, Sancti eritis, quia ego sanctus sum, dicit Dominus. Ne-
que enim is nominè tenus (tanquã prærogatiua insigniatur
sublimioris nomenclaturæ) Sanctus dicitur: sed per omnia
Sanctus est & corpore & spiritu. Si igitur affectionibus
renunciasti carnis, sedulò tecum reputa, quæ subieris ueræ
uirginitatis agonem. Quum te ab istis mundi illecebris ca-
strasti, si quidem id feceris propter regnum cælorū: magna
cum cautione fac retineas ac tuearis susceptū semel ago-
nem hunc propositi monastici. Animo præsentis & arrecto
fac, uigiles aduersus oēs colluctatoris tui uiolètos assultus,
imitatus prudentis naucleri solertiam qui contra fluctiuo-

Dominus.
Christus
uidelicet
& corpo-
re & spū
sanctus.

b. iij.

mos.

uos undarū uortices per dius stat & pernox. Præduce Dei gratia, animi tui impetus, aurigæ in morem frena ac moderare, nequãdo à recto calle exeres deuius. Indiuulsam ac iugem da operam, Deo ut toto seruias pectore, & proinde gratiofus illi inueniaris, dum te illi probas in sanctimonia corporis & spiritus: ut strenuæ conuersationis ac uitæ ornamentis uirtutum perpolitæ assequaris gloriam. Eluctare pro uirili aduersus hostem agone legitimo, ut corona quam ardentibus uotis expetisti & adamasti, aliquando potiaris, ac palmari redimitus corona in illam cælestem Hierusalem celebri cum pompa subueharis uictor: cuius obinenda gratia, prudentiam hanc carnis à te excussisti. Atqui uide, gratiam tuæ istius sanctimonie ut ad Dei gloriam referas, qui minimè fuit te in eorum deuolui & concludi manus, qui uoluntatem explent carnis & sanguinis & ad hæc corruptelæ atque obscenæ turpitudinis opera toti propendunt: sed te sua dextera præmuniuit. Magnum planè fuerit, si citra iactantiam, ad honorem solum Domine carnis perpetuò te continueris in sanctimonia ac puritate. Quisquis interim ob eam gloriatus hinc fuerit, isti intercipiatur fructus ois ac deperiet. Proinde ut iam dictum est, necesse sit, tibi ut concilies uirtutes reliquas, quæ sua proportione comites assident uni uirginitati: Ipsa enim sublimiore gradu ceteras antegreditur. In utero siquidem uirginis, Dei uerbum sibi domicilium delegit ac mansitauit, qua una ex re agnosce, quanta præpolleat gloria uirginitas. Quotquot autem se consecrant Deo, Christum necesse est, imitentur. Ait enim Paulus, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

s cilicet mū
dicia & pu
ritate.

sti. In talibus proinde ne uestigiū quidem inuenire sit prudentiæ carnis. Sane omni circumspectione providendum est proprii cordis custodia, nec sibi ulla prorsus ratione permittat uirgo, cum adolescentulo quouis, ut aliquid communiceat & conspiret arcani. Virgines uerò cōsecratione Dei uenerabiles, sed & etate prouectiores in unum si cōperientur conuenisse, necessitas insuper appetat administrandi ferculi: uos uirguncule manus uestras suo quæque obuoluite palliolo. Haud secus uiris arbitror faciendum ut cum pudore rectà cōtuentes, castè & modestè in Domino suas ipsorum manus circumtectas toga cum habuerint, illinc secedāt. Sed & ante omnia uirginem addecet, (ut ne priuetur sponsi gaudio ac lætitia) suam ut concinnet lampadem ac oleum infundat, oleum planè morigeræ obedientiæ, idque iuxta Dominicam parabolam qua dicitur, Prudentes acceperunt oleum in uasis suis, simulque conuenerunt cum sponso sanèquã desiderabili. Et clausa est ianua, At hæc interim perpeti gaudio perfruuntur sui sponsi. Ipsi gloria in secula, Amen.

De effreni incontinentia linguæ, Homilia. 22.

UEX dicit, Si testimonium tulerint aduersus illum, & ipse non occiderit eum: pœnã luet. Contingit nonnunquam ut inter epulandum hilariter, cogitatio quædam exoriat ac subsiltet gloriæ inanis uolens intempestiuiter in sermonem erumpere. Aduersus hæc, bonæ aliæ suo se obijciunt testimonio cogitationes, quæ reclamant ac protestantur non debere te cogitationem illam nimisquã nugacem in publicum depro-
mere.

mere. Hæc igitur nisi freno silentij in os iniecto suppresseris, sed effreniter & intempestiue sueris illam prodire in apricum: deinceps lues quam promereris, panam, aut certe exigente iustitia in atrox aliquod & graue peccatū prolabere. Sermonem enim aut rebus ipsis temerarius qui est, mire is est turbulentus & agitur intemperijs. Atqui idē magna cum uoluptate studet cæteris sancire leges ac iura cuique præscribere, alijs contentiosius adnititur palmariū præripere & euincere: quemque sermonem semel ore protulerit, ratum facit priua auctoritate, firmat & sancit. Qui eiusmodi est, uehementer se comprobatur imprudentem. Audi enim tu, sed à Parcmiaſte, Qui confidit in audacia cordis, imprudens est: sapientes autem abscondent sensum. Et, Os procacis propinquat contritioni: qui uerò parcat labijs, intelligens erit. Rursus, Qui custodit os suum, seruat animam suam: qui autem temerarius est labijs, perdet seipsum. Itemque, Qui respōdet sermonem, priusquam audiat, imprudentia erit illi & opprobrium. Iterum, Si uideris uirum uelocem ad loquendum: scito, quia præ illo spem habet stultus. Et, Sermonem procax & temerarius, odibilis erit. Iacobus, Si quis uerbo nō offendit, hic perfectus est uir, potens frenare etiam totum corpus. Rursus, Sit omnis homo uelox ad audiendum: tardus ad loquendum. Inducit, Si quis autem uidetur religiosus esse, non refrenans linguam suā: huius uana est religio. Iterum, Nolite multi esse magistri fratres mei, scientes quia maius iudiciū sumemus. In multis enim offendimus omnes. Paulus item, Vt in nobis discatis non supra ea quæ scripta sunt, sapere: ut ne unus

pro

pro uno inflatur aduersus alterum. Et illud, Caritas non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa. Et infert, Puto enim quod Deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Et illud, Nos stulti propter Christi. Satius igitur, ut sileas & sis: quam ut loquaris, nec interim sis. Egregiū fateor est docere: modò quæ quis dicit, faciat. Sanè unus fuit magister: qui quæ dixit, fuit. Nam uel tacens digna gessit patre suo. Qui uerbum Iesu Christi penes se tenet ac recōdit, (si quidem perfectus iam est) uerè is potest uel silentium Christi intelligere: usque aded ut per ea quæ silentio premit Christus, se tamen prodatur & agnoscat. Nihil uspiam est, quod Domini fugiat cognitionem: quin arcana pectoris uestri in conspicuo illi sunt proximè. Iudicium itaque quod manet doctores eiusmodi, terrorem nobis incutiat. Abundantius etenim iudicium ijs imminet qui quæ dicunt, nec faciunt: docentes falsi nominis scientiam, nullo fructu suam doctrinam serentes, at interrim sensu carnis extuberantes ac præurgidi. Cæci cum sint, uiam præstruunt cæcis: ut utrique in foueam abeant præcipites. Ab exitu enim sermonis sui cognoscetur uir. Qui tales sunt, perstringit Apostolus, Hi sunt incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, inflati, uoluptatum amatores magis quam Dei. Sed & effrenis ille linguā ac præproperus Iudas cognomento Iscariotes dicebat, Vt quid unguentum hoc non uenijt trecentis denarijs, & datum est pauperibus? Dixit autem hoc nō quod pauperes haberet curæ, sed quia fur erat, potius uerò implacabilis cum esset suæ regendæ uolūtati quædam in spe-

οὐκ ἴστωσαν
πεύεσθαι
non loquitur
procaciter
οὐκ ἀχρησ-
ταὶ οὐκ
nihil
admittit in-
decorum.

Pius hic pa-
ter neutiq̃
piè & ui-
uentes &
docentes
perstringit.

ciem

ciem decentia prætexebat homo nefarius. At Dominus longanimiter cuncta hæc perferens respondit mitissimus, Sinite eam, in diem sepulture mee seruaui sibi. Ipsi gloria in secula, Amen.

De Ira, Homilia. 23.

Necessè sit, nõ mediocrem uim sibi inferat homo & eluctetur, turbulentam hanc ut frenet affectionem iræ, uimque animæ ad iram propendentem ut cõtineat in officio per longanimum tolerantiam, per orationem ac sui quàm humillimam deiectionem, adeo ut se nec fucate iudicet, qui in aliorum censu numeretur, esse indignum. Innumeris siquidẽ modis iræ Dæmon hic incentor ac multiformi cõsictu hominem adoritur & oppugnat, eos potissimum qui ad sustinendũ agonem hũc in procinctu iam sunt: ut quos ingenti cum labore cõgeris fructus siue ieiunio, siue peruigilio noctis, oratione, & decantatione psalmodiũ, aut certè administrandi officio, ad unum dispergat oēs ac dissipet, omnium maximè si quem uiderit parum orationi attentum atq; exerrãtem. Suggestit enim hominis menti Dæmon hic totius malignitatis artifex, quot fructus eãtenus coegerit, tanto nimirum tempore: eos ut uel momento intercipiat & disperdat. Atqui homo talis deinceps inuenitur ebrius, nõ itẽm à uino. Huic asimiles deplorat miserè propheta dicens, Væ qui ebrii estis sine uino. Homini igitur semel in seffo passione hac iræ opus admodum sit, multum eluctetur præsidio extentæ orationis, eam à se ut ableget & agat in exilium. Sanè cui est cordi perfectionis scopus,

cui

cui magnopere placet agon spiritualis: ab omni turbulento defectu iræ se reddat extorrem. Interdum enim spiritus hic iræ cordi asidens, tenebricosus suis intemperijs oculum mentis excæcat, aded ut in reliquum quæ saluti parandæ commodent & conferant, nequeamus discernere, nõ ullam deprehendere intelligentiam scientiæ spiritualis, non ullius obtinere salutaris consilij perfectionem, exortes prorsus efficimur uitæ fœlicioris, non iam capax aut idonea fuerit mens diuinæ lucis contemplationi, non denique sapientiæ reddimur participes, sed nec ullum admittimus salutare consilium aduersus perplexam animi hæsitacionem, non iustitia moderatrice iam possimus in sobrietate premere cordis intemperiem. Nulla igitur ex causa par est conciri nos per iram aduersus fidei comparis uirum, præterquam aduersus proprias affectiones, contra cogitationes improbas, quæ eò deurgunt pronò cursu, ut nos à reëtitudine auocent ueræ uia. Ob hoc iubet Ecclesiastes, Auerte indignacionem à te, quia iuentus & ignorantia: uanitas. Et, Memor esto creatoris tui, in die iuuetutis tuæ. Rursus, Ira perdit etiam prudentes: sermo durus suscit at iras. Et, Ira patris, filius imprudens: iracundiam autem uiri mitigat famulus sapiens. Rursum, Grauis quidem lapis, grauis item portatu arena: sed ira stulti utroque grauior. Item, Ne respõdeas stulto iuxta stultitiam eius, ne sibi uideatur esse prudens. Iterum, Stultus statim prodit iram: qui autem astutus est, conseruat eam. Et, Terribile uerbum conturbat cor uiri. Et, Sicut aqua mouetur ui uentorum: ita uir iracundus turbatur cogitationibus iræ plenis. Monachus ira-

eundus aper est eremiticus. Quosdam mox ut uiderit, infrendens dentibus exertis uulnus affigit. Iacobus item pulchre nos docet, Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim uiri iustitiam Dei non operatur. Item, unde bella? Vnde pugnae inter uos? Nonne hinc ex uoluptatibus uestris? Paulus item, Non uos ipsos uindicantes charissimi, sed date locum irae. Rursum, Omnis amaritudo & iracundia & clamor & blasphemia tollatur à uobis cū omni malitia. Concinit Dauid, Desine ab ira & derelinque furorem. Et, Irascimini & nolite peccare. Sed & Dominus nostrarum prouidus curator animarū sententiam hāc tulit, Omnis qui irascitur fratri suo sine causa: reus erit iudicio. Qui autē dixerit, fatue: reus erit Geēnnæ ignis. Ipsi gloria in secula, Amen.

De iracundia siue indignatione & animositate, Homilia. 24.

Am de acriore illo impetu animi incandescentis, Si quando te adoriatur tentatio quæpiam pita contradictio aut irritatio, quæ tibi aduersus unum aliquem cōciat animos: fac, memineris orationis Dominicæ atque ipsius iudicij, & confestim inordinatus effervescentis animi motus residebit & cōquiescet. Isthac enim præseruida intemperies animi præter cæteras uitiosas affectiones plus concit turbarum, Nec hoc solum, sed & animam premit miserè & afflictat continenter. Duo isti affectus, nempe ira & indignatio, nepotes utique sunt matris uini, eius quæ stultitia uocatur siue imprudētia. Ait enim, Totum animum suum profert stultus. Et, Stultus ipso die

prodit.

prodit iram. Qui igitur ab hac inuisa & hostili parente, (quæ istos progenuit factus) disparari uult ac seiungi, seipsum ut uincat necesse est in multa patientia & cordis lenitate, supplici prece ad Deum, sui que ipsius abnegatione, is iugo illo mox emancipatur, fitque filius sapientiæ. Quid enim? Dei constituitur amicus, Deū obseruat uenerabili cum timore. Initium siquidem sapientiæ, timor Domini. Et, Qui diligitis Dominum, odite mala. A timore enim Dei, ad eius dilectionem ordo est progressiuus. Sed & Ecclesiastes, Aufer iracundiā à corde tuo: & remoue malitiam à carne tua. In parabolis quoque, Mansueti animi & placabilis uir, cordis est medicus: tinea autem ossium, cor sensituum. Rursum, Responso mollis auertit iram: qui præceps est ad iram, operatur sine consilio. Rursum, Vir prudens multa suffert. Et longanimis uir multæ est prudētia: pusillanimis autem fortis est stultitiā. Et, Vir iracundus neuitquam pulcher. Et, Totum animum suum profert stultus: sapiens autē reseruat per partem. Iterū, Ne sis uelox spiritu ad irascendum, quia ira in sinu stultorum requiescit. Homo iracundus incendit pugna. Non enim poterit iracūdu iustificari. Vir peccator turbabit amicos: & in medium pacem habentium immittet calumniā. Inducit, Ne fueris socius uiro iracūdo: amico quoq; furioso ne cohabites, ne fortè discas uia eius. De eiusmodi etiam Dauid, Furor illis secundū similitudinē serpētis, sicut aspidis surdæ & obturātis aures suas. Quæ admodum enim uiperæ foetus matrē arrōdunt suā: sic iracundi hominis cogitationes cor excedūt. Vt thymiana inuacenum & execrabile: ita istius cōcentus psalmorū, sonus

insuavis. *Quemadmodū Leo in uiuario continuè mouetur obliquis flexibus: ita iracūdus secū uersat cogitationes iræ. Sicut currus turrim munitam nō mouet loco: sic animū irascibilem nō abripit iracundia. Apostolus admonens ait, Deponite & uos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore uestro. Infert, In pace enim uocauit nos Deus. Iracundi enim pro Christi inimicis habentur, ceu in alio dictum loco, Ceperunt animo moueri principes. Sed & Herodes uidens quod illusus esset à Magis, iratus est ualde, & missis satellitibus occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, propter longè pretiosissimum margaritum, cui uitam inuidebat, nempe Dominum ac Deum nostrum Iesum Christum, cui gloria in secula, Amen.*

De tristitia, Homilia. 25.

*Q*uod quis intempestiuo conficitur mœrore, ab ipso nostræ salutis æmulo dæmone proficiscitur. In hoc enim instillat cordi importunam tristitiam, ut mentem à proposito auocet & amoliatur orandi, ac proinde hominem ipsum infrugi reddat atque inutilem. Neutiquam igitur admittenda est tristitia, nec eiusmodi suscipienda importuna ægritudo animi, ut ne inimicum expleas gaudio, quin potius calces obijciendi & reluctandū aduersus insidias furie istius incentoris tristitiæ demonis. Si quando enim malignus hic spiritus clanculario quodam ambitu menti tuæ se insinuauerit: totam eam tetra caligine obscurabit, nec iam sinet preces absolueret tecum alacritate

lacritate spiritus, non sacræ lectioni permittet, fixius ut assideas, idque magno tuo incommodo. Sic ægrescentem non sinit cum mansuetudine inserere se fratrum sodalitiis, quin odium uerius menti sic uitiatæ instillat & ingignit aduersus propositi semel arrepti professionem. Omnia denique consilia quanlibet ea sint consentanea parandæ salutis & accommoda, semel ubi permiscuerit mœror hic animam circumfundens: hominem reddit perinde ac uesaniem, mentēque ac stupore captum, illi interdicens bona omni consuetudine ac fratrum congressu, adeo, ut nec à germanè amicis exhibiti consilij salutaris sinat excipere sermones ullos, sed ne etiam responso pacifico ac modesto dignatur, quin sic omnes animæ uires circumplexa semel tristitia, totam amarulentia complet atque insuauis intemperie. Persuadet proinde, homines ut uitabundus defugiat quasi authores suæ istius turbulentia. Neque enim permittit, ut agnoscat ægritudinem quæ se urget, ab intimo prosilire animi recessu, sed externè. Tunc elucescit primum ueritas, cum tentationes quæ miserum inuasent, in apertam se proferunt lucem, quod sola contingit exercitatione. Tristitia igitur, anima est mœrentis deiectio. Os autem leonis, belluonis ritu non magno negotio absorbet mœrore tali confectum. Tristitia uermis est cordis, suamet exedens matrem. Neutiquam hæc experimēto didicit, suauis quam sit gustus mellis. Monachus mœrore intabescens assimilis est ei qui exstuantem febre laborat. Qui continenti tristitia laborat: monachus, nullo hic pacto mentem ad contemplationis surriget studium, neque ad orationem sincerā, quæ ad Deum desti-

Tristitia fit
nitio.

destinetur, mentem reflectet. Victor passionum, utique uictor tristitiæ est. Quem uicit uoluptas: is non facile effugerit tristitiæ uincula. Qui continenti tristitia conficitur, cumque hac perfectam animæ tranquillitatem, sibi ut comparet, admittitur: assimilis ei est, qui ægrescit quidem, sed simulatione ementitur habere se sanitatem. Quemadmodum uel colore quis se prodit, morbo si premitur: ita qui perturbatione animi quapiam agitur, tristitiæ conuincitur argumento. Qui mundum diligit, is necesse sit, ut subinde contristetur & mœreat: qui autem quæ in mûdo sunt bona, ne tantilli quidem ducit, iugi letitia perfruetur. Quemadmodum conflatória ars ex plumbi materia detrahit iugi conflatione & immittit: ita & tristitia mundi istus mentem atterit. Vt argentum alioqui reprobū collustrat conflatórium ac purius reddit: sic tristitia quæ secundū Deum est, cor expiat, licet occalluerit peccati scoria. Sanè egregium sed & animæ conducit non mediocriter omnē inuictā afflictionem forti perferre animo, siue improbitate hominum ea infligatur impressio, siue assultus hic incentore dæmone irrogetur. Sed & nosse te exactiùs cõuenit nos istius debitores esse ærumnæ & afflictionis. Opus igitur, huic ut obluemur sæuo dæmoni præsidio subdixi & orationis & patientiæ. Nã qui tentationū iacula à se depellere quidem uult, nec fulcit se armis orationis & patientiæ: adeo à se nõ profligat eas, ut etiã illis perplexiùs inuoluatur. Nos igitur cū beato Dauid tolerantibus afflictionū psallamus, Vt quid tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam cõfitebor ei, salutare uultus mei & Deus

meus.

meus. Neque enim qui tentationum uibramentis eruditur, possibile sit, quin mœreat ac tristetur. Atqui patienter tolerato agone, tales non mediocri perfunduntur gaudio, maxime si se ipsos armis communierint orationis, patientiæ & dulcium lachrymarum, necnon intelligētia diuinæ scripturæ. Quancunque enim sunt, quos labor & afflictio exercuere, in cordibus suis? Iure quidem. Coronæ enim, agonem fortiter sustinentibus concinnantur. Quod si mens inertia animi eneruetur: mox tristitia arroderet incipit hominis cor, iuxta sententiam superiorem, ceu assolet pallium exedere tineæ, uermis lignum in ligni ossibus prognatus. Deprehenditur homo tunc in densissima uersari caligine cogitationum. Ob hoc unum admonet scriptura, dicens: Tristitiam longè auerte à te. Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Et, Ex tristitia prouenit mors. Et, Tristitia cordis inclinabit & emolliet robur. Inducit, Ne des in tristitiam cor tuum, sed aufer eam abs te. Memento nouissimorum eius. Auerte igitur abs te tristitiam banc: & ne contristes Spiritum sanctum qui in te habitat, ne forte interpellet Deum & recedat à te. Spiritus enim Dei qui in hanc etiam carnem se effudit, tristitiam non fert, neque animi angustiam. Circunda igitur tibi hilaritatem, quæ omni tempore promeretur apud Dominū, gratiam, & delectare in ea. Hilaris enim uir bona quidem operatur & nihili ducit tristitiam: uir autem turbulentus ac tristis, malignè agit semper. Et quidem primū, malignè agit, Spiritū sanctum mœstificat, qui homini datus est hilaris. Huc accedit, quia præter hoc, iniquitatem is operatur dum, Domino

E

non

A simili argumentum

Disimile.

non confitetur. Neque enim uiri istius sic turbulenti interpellatio uim ullam obtinet diutius persistendi ante altare Dei. Assidet enim interpellationi eius spiritus tristitiæ, non sinens puram esse diutius eius interpellationem ante altare Dei. Ut enim acetum uino unâ si immisceatur, nihil adfert iucundi gustus: ad eundem modum tristitia mistim inserta Spiritus Sancti domicilio, colloctionem reddit inamœnâ. Profuerit igitur tristitiam eiusmodi à se excutere, seque amicare totius indumento hilaritatis. Itaque ab hac tristitia extorres nos studio omni constituamus, quæ tristitia est mundi. Quæ autem secundum Deum est tristitia, iuxta Apostoli Pauli sententiâ, pœnitentiâ operatur ad salutem nec sanè pœnitendâ aut aspernabilem: Tristitia mûdi è diuerso operatur mortē. Parœmiastes, Benedictio Domini sup caput iusti, nec apponetur ei tristitia in corde. Rursus, Cor gaudens & hilare, bonam parit ualetudinem: tristis autem uiri exiccantur ossa. Paulus item, Non enim uos uolumus ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est nobis in Asia, quia supra modum grauati sumus, supra uirtutem: ita ut tæderet nos etiam uiuere. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos, Deus. Cum beato igitur Dauid dicendum nobis, Miserere mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, quoniam afflictus sum & humiliatus sum nimis. Rugiebam à gemitu cordis mei. Et, Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à uoce inimici & à tribulatione peccatoris. Sed saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est sub-

substãtia. Et, Ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniã tribulor, uelociter exaudi me. Tu enim refugium meum es à tribulatione, quæ circundedit me. Introëat in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad preccm meam. Is tristitiæ iugo exemptus cum esset, multa cum alacritate dicebat, Dominus de cælo in terram aspexit, ut audiret gemitus compeditorum, ut solueret filios hominum. Et, Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Quia de tribulatione inuocaui eum, & exaudiuit me in latitudine. Sed & Dominus discipulis suis dicebat, Amen dico uobis, quia plorabitis & lugebitis uos: mundus autem gaudebit. Quin & parabolicè de puerpera, quod tristitiam habeat, inducit, Sic & uos nûc quidem tristitiam habebitis, iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrû, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Ipsi gloria in secula, Amen.

De Accedia, Homilia. 26.

Ic etiamnum demon acediæ planè intolerandus, coöperarius cum sit, & nihilo dispar spiritui tristitiæ: est alioqui ea, sua grauitate molestior, ut cû circa horam sextam uelut ex insidijs assilit monacho, tædiosam ac formidabilem agoniam illi incutiens, usque ad eò ut uel locum oderit, uerius autem fratres ipsos inuisos habet, quibus cum uiuit cõmuniter. Quid? Ad opus quodlibet, ad diuinæ scripturæ lectionem nescio quam illi ingerit insuauem & hiulcam oscitationem. His adde, esuriem suggerit tempore prolixiore sustinendam.

Ad eum modum supinus ille ac securus boni operis scopum unicum spectat, nempe horam sumendæ alimonie. Interim tamen sumpto in manus libro legit nonnihil, quem & ordine suo locat. Mox oculorum aciem intendere incipit, inque fenestras propius defigit. Quidam rursus legit. Deinde suos admetitur & enumerat quaterniones. Plicato mox libro obdormiscit. Somni aliquantū ubi decerpfit, rursus assurgit experrectus. Hæc eò facit, ut horas deterat ac tēporis fallat prolixitudinem. Atqui audito primum signifero & indice prandij, quàm alacer, quàm expromptus eò prouolat? Inuenitur proinde & is ad ministrandum haud segnis, certò sibi promittens eiusmodi munus loco mandati imputatum iri. Subin tali suggerit dæmon hic acediae cogitationum intemperiem, nempe aliò ut emigret: & quia tēpus omne, labor omnis uacua sibi erunt frugis bonæ & inania, nisi se ad alia conferat loca. Consilium rursus nouat misero isti, quia alio nullo pacto potest morbi sic perniciosi defungi intemperie, nisi continenter euagetur & commeët, seque recipiat ad fratres, quasi uerò fiat id ob publicam utilitatem procurandam, aut certè infirmos ut interuisat. Is tandem nihil dissimilis comperitur uirgulto deserti, quod ubi aliquantum interquieuit, rursus huc illuc aspiratione uentorum perpellitur. Aut certè, quemadmodum planta quæpiam procerior & exolefscens genitali loco emota: ita & monachus gyrouagus ne uini quidem uirtutis frugem referet. Quemadmodum item nubes nullo aquæ humore cōcreta uenti agitatione percellitur: ita monachus spiritu agitatius acediae, nullam habet solidam requiem. Si quan-

Argumē-
tū & simili.

Altera si-
militudo.

do

do dæmon hic ex adyto cellæ illum quiuerit extrudere, tunc hora maximè communionis ipsum adoritur, ut eius mentem dissipet & in diuersa abripiat. Secum interim admurmurat. Hoc incommodè nec suo loco positum est: illud tem aliud nihil necesse, ut hîc sit. Dùmque miserum auocat à laudibus diuinis, quo pacto eius mentem reddit uacua bonæ operationis & ab omni fruge alienā? Cuncta hæc quid aliud operatur, quàm iners otium ac socordia animi lentescantis? Monachus enim acediae spiritu agitatus, ordine concinno nullū unquam opus clausurit. Ad orationem totus cum desideat, quàm ppendet ad otium? Sanè dæmonem hunc quisquis insigni triumpho à se ablegare uult, in omni suo opere modum sibi præscribat ordine certo, nec prius desciscat à cœpto opere, quàm finem imposuerit. Cōtineret proinde oret ac magna animi contentione: atq; ita demum ab eo se quàm longissimè submouebit spiritus hic acediae. Istæ enim turbulenta affectio subuertitur, attentè si ores, si te auoces ab otioso sermone, si (quantum sinunt uires) uni cuiquam operi admoliaris manum, si diuinis eloquijs accomodes mentem, si demique nihil ægè feras tentationum assaultus. Nos enim ni compererit communitos istiusmodi armis, suis iaculis saucios, uacillantes reddet & instabiles. Dùmque è locis loca permutamus, aliud nihil anxie uel cogitare faciet uel circumspicere: quàm ubi locorum symposia celebrantur aut sanctorum memoria. Mens interim sic acedia deiecti aliud nihil imaginatur & secum admurmurat, quàm ut per hæc eleuetur in sublime, & gloriolam hinc aucupetur.

Agapas
intelligit.

k ij

Hoc

εὐδὲν ἔ
 μοναδῶ
 κού ἐπαγ
 γιλμα-
 τῶ.

Hoc genere studij fit, ut talem in posterum mundi negotijs
 curet obstringendum, atque ita irretitum uelut offa porre-
 eta, sensim inescat ac decipit istis occupationibus mirè de-
 trimentoſis, quousque tandem prorsus deturbet è fastigio
 monasticæ professionis. Rectè quidem Apostolus perinde
 ac medicæ artis quispian absolutus professor magnopere
 cupiens morbi istius ab radice excidere causas, è quibus
 prognata acedia est, admonet, dicens. Fratres, ipsi scitis
 quomodo oporteat imitari nos, quoniam nõ inquieti fuimus
 inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo: sed
 in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem
 uestrum grauaremus. Inducit, Non quòd, non habuerimus
 potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad
 imitandum nos. Prorsus itaque conducibile fuerit nobis, ut
 operi cuiuspiam manuaria commodemus operam, nõ acediæ
 solùm gratia à nobis depellendæ, atque in exiliũ ablegandæ:
 sed & ut hinc nobis alimonia suppetat, & eadẽ opera a-
 lienæ inopiæ cõsulamus. Iugiter proinde illud meditemur
 B. Dauidis, Velociter exaudi me Domine, Defecit spiritus
 meus. Quia humiliavit inimicus animam meam. Collocauit
 me in obscuris, sicut mortuos seculi, & anxiatuſ est super
 me spiritus meus. Sed ne auertas faciem tuam à me ò beni-
 gne, quia ad te leuauit animam meam. Exaudi me Domine,
 quia anima in angustijs est, & spiritus præ tædio clamauit
 ad te. Ne sinas præterquàm possum, me tentari: sed fac
 cum tentatione etiam exitum, ut possim sustinere. Eripe me
 ab istis indecentium atque improbarum cogitationum ui-
 bramentis. Conuerte me in uiam rectam, qua ad agnitio-

nem

nem prouehar ueritatis. Concede mihi in synceritate con-
 scientiæ, cùmque omni fiducia, puram tibi exhibere serui-
 utem corde indiuiso, omnibus diebus uitæ meæ. Etiam
 Domine mi Iesu Christe, figura & splendor benedicti pa-
 ris tui, qui cordibus nostris diuina eloquia quasi semina
 nspersisti, misericors & clemens hominum amator, qui de
 nobis solus quàm optimè mereris, nihil interi n per elatio-
 nem tibi arrogans, qui nos solus donas salute, solus insuper
 iustus, qui semper es & in omnibus & ubique præsens, qui
 ambis uniuersa complexu tuo ac imples Iesu Christe idem
 Dominus, idem & Deus Tu nos tuis propugna donis, tua
 misericordia tuere: qui in te unum spem animæ omuem re-
 clinamus. Exactissimè enim nosti commenta hostis infen-
 sissimi nullo non loco obuia. Impressiones ueteratorias qui-
 bus nos ex insidijs adoritur, quis te uno Domine intelligit
 perspicaciùs? I u solus Domine auxiliare nobis uisitatione
 tua sancta. Ab hac animi ægitudine absolutus iam ac
 liber dic, Noui mi Domine animarum amator, quia dum
 anxaretur cor meum, in petra exaltasti me & in uiam
 reuocasti: quia factus es spes mea & turris fortitudinis à
 facie inimici. Deinceps habitabo in tabernaculo tuo in se-
 cula: & protegar in uelamento alarum tuarum, quia tu
 Deus exaudisti orationes meas. Etenim, Dormitauit ani-
 ma mea præ tædio, sed tu Domine confirmasti me in uerbis
 tuis. Si ad hunc modum unà cum cordis synceritate preces
 ad Dominum fuderimus, qui flagitiosissima quæque se a-
 gnoscentium perpeti obliuione indulgenter abolet: utique
 audire ab eodem promerebimur, quia, Omnis qui petit, ac-

cipit.

cipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Et, Fides tua te saluum fecit. Vade in pacifica & tranquilla cogitatione. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De desperatione, Hom. 27.

Esperationis perturbatio ceteras prae se dit
D Etas facile anteit & grauitate & inexplebili angore. Hominem enim recta praecipitat in infidelitatis barathrum, adeo inclemeter, ut nihil illi reliquum faciat sperandae salutis. Elocatum siquidem ac miserrime proditum committit exitialium demonum torture, quo fit, ut in cibum illis iam uertatur ac deridicula insultationem. Ut enim fidelis uir speque quam optima nitens suauis fit Christo edulium (Meus enim cibus est, ait, ut faciam uoluntatem patris mei. Voluntas autem patris est, ut per eum saluetur homo omnis) ita & nostrae omnium salutis aemuli atque homicidae diaboli uoluntas peculiariter una haec hominem ut laqueo implicet desperationis, denique & perdat. Nos igitur qui Christum induimus, qui concorporales ei sumus, qui ipso doctore didicimus: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam, certatim contendamus praesidio subnixi poenitentiae, tam exorabilem placare Dominum, qui mala omnia obliuione interlinet. Id facto nobis opus, ne illud Hieremiae audire contingat, Nunquid cadens non resurgit, aut conuertens non conuertetur? Rursus, Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi, quia auersus est populus hic auersione imprudenti? Itaque fratres cum habeamus prouidum curatorem Deum
 ad

ad omnia ipsi accolemur glutino charitatis, non item ut re fugae a tam benigno desciscamus. Appropinquate mihi, ait, & appropinquabo uobis. Ipsi enim cura futura est nostri, ut qui nos tanti aestimauit, quos proprio redimeret sanguine. Animae praestantis prorsus ac generosae peculiaris conditio ea est, ut quantacunque tandem inundent calamitatum procellae, nullo unquam pacto smat a se auelli spei solidae ancorae. Ob hoc enim hominis uita ~~ωδρα τήσιν~~ dicitur hoc est tentationum siue piratarum domicilium. At nos ne sic quidem a Domino deficiamus, quousque tentator em iubeat semotius a nobis secedere & per tolerantiam atque immobilem animi rigorem, uitae restituamur tranquilliori. Quod enim peccati genus usquam inueniatur atrocius desperatione? Iudas ille Domini proditor, quam pusilli erat & abiecti animi? Quam rudis & expers conflictus tentationum? Ob hoc enim spem omnem a se cum abiicisset, insiliente in eum inimico, funiculo sibi praefocauit gulam. At Petrus, solida illa petra, nunquid non in peccatum impegit nec mediocre? Verum is tanquam qui tales conflictus doctrice experientia didicisset, ob maleloquam negationem spem neuiquam abiicit, sed lachrymas adhibuit pararias apud Dominum & conciliatrices. Quasnam? Sanè plenas amaritudinis & quae ex corde prosilierint deflagrante incendio charitatis. Hanc Petri magnanimitatem hostis cum uidisset, nulli dubium sit, quin se illinc concitus proripuerit ingenti cum eulatu, ac si igni illi facies conflagrasset. Ne igitur charissimi a nobis spem abijciamus impetrandae illius beatae uitae: magis uero quantulacunque est, neruos intendamus, omni-

que ex parte eam communicamus lumine fidei. Aduersus malignum incentorem multa cum fiducia uociferemur, Quid tibi & nobis commune est, à Dei consortio extorris & cælestis municipij refuga perditissime, serue nequàm? Nihil enim in nos obtines iuris. Christus enim Dei filius, nostri ille, denique & omnium plena solus perfruitur potestate. Illi peccauimus, coram illo nos etiamnum purgabimus. A nobis tu quàm longissimè exitialis ac pestilens secede. Siquidem nos Domini crucem omni honore dignam cum retineamus pignoris loco, quàmlibet sublime illud caput tuum calce proterimus ò serpens uenenate. Ad hunc sanè modum aduersus colluctatorem & aduersarium nostrū spe audaci nitentes depræliemur ac repugnemus, nec ullo unquàm pacto sinamus nos intercipi laqueo desperationis per deditioem. Dæmones enim ipsi ne in abyssum præcipitarentur, cum obsecrarunt Dominum, sua petitione fraudati non sunt. Quanto dignius est eū exaudiri, Christum qui per fidem induit, suppliciter deprecantem à spiritali morte ut liberetur? Ne igitur spe abiecta despōdeamus animum: magis autem perseueremus in confessione solidi ac stabiles, & cum compunctione dicamus, Here mi, Domine cæli & terræ, Rex seculorū, quæso mihi uelis aperire pœnitentiæ ianuam. Siquidem tota afflictione animæ obsecro te uerum Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi, qui lumen est mundi, ut uideam tua solius exuberanti misericordia. Admitte quæso meam hęc supplicationem. Ne meam deprecationem repudies: sed condona mihi sic miserè intercepto in multiplici præuaricatione mandatorum

S. Antiochi
oratio in-
uitans ad
pœnitentiã.

torum tuorum. Inclina aurem tuam ad precem meam, mihi que cuncta indulge quæ admisi nequiter ut homo propria uictus uoluntate. Quæro enim requiem, nec uspiam inuenio, eò quòd minimè indulgeas conscientiæ meæ tranquillitatem. Expecto pacem, & ecce non est pax mihi, sed hoc facit abyssus immensa iniquitatum mearum. Audi Domine cor meum, ad te enim uoce querula suspirat. Neu aures accommoda operibus meis planè improbis & flagitiosis, quin potius ad animæ meæ dolorem respice, nec cuncteris medicam manum tuam mihi adhibere atrociter saucio. Tempus proinde resipiscēdi tua solius benignitate impartire mihi. Extrica quæso, me istis pedicis, quæ aduersum me consistunt, operum meorū. Ne ad tuæ æquilibrium iustitiæ mecum admetiaris, neu digna factis requiras in me: ut ne totus in nihilū redigar. Audi Domine in periculo me constitutum desperationis. Omni enim destitutus sum alacritate atque intelligentia spiritali, qua meipsum ad rectitudinem reuocare possim. Tuis præcido & aduoluo supplex miserationibus, mei ut miserearis in humū miserè deiecti, dum ipse me a peccata accuso & damno. Reuoca me Here mi eiectionum, in operibus proprijs deprehensum, & quasi catena quapiam constrictum. Tu enim solus nosti cōpedibus adstrictos absoluere, uulneribus nulli dum perspectis aut cognitis certissimam adferre medelam, quæ sanè solus tu clarissimè perspicias, ut pote arcanorum cognitor. Quantæcunque enim mihi imminent uitiosæ affectiones, unum te comperio quem nominatim opplorem ad eas omneis curandas, medicum nempe malè habentium, eorum

ianuam qui pro uestibuli aditu querula ac lúgubri uoce cō-
plorant, uiam à recto calle exorbitantium, inter tenebras
obambulantium præfulgidum lumen, eorum redemptorem
qui rapiuntur ad dependendam pœnam. Manum pròinde
premis & cobibes tuam, nec facillè iram alioqui aduersus
peccatores paratam exeris & contorques: tempus magis
indulges, ipsi ut resipiscamus, & hoc nimisquàm multa er-
ga nos tua fit benignitate. Exórere tandem & affulge
mibi Domine miserè collapsò, utique tu ad misericordiam
festinus, tardus ad irrogandã pœnam. Manum quæso, tuã
in me exporrigere tua digneris clementia, & me è lacustri
fouea iniquitatum mearum subleua & árrige. Tu enim
solus Deus noster, qui nihil minùs quàm ut oblectéris per-
euntium peccatorum depulsione, faciem neuiquàm auer-
tis ab eo qui in te unum cum lachrymis pressius mentis a-
ciem defigit. Exaudi. Domine serui tui uocem clamantis
ad te, luménque tuum illustra atque irradiã in me, qui ex-
tinctus iam sum, rorulentam asperginem sancti tui Spiri-
tus instilla in me, expromptam animi alacritatem impar-
tire mihi uel gratuito, ut qui à me spem alioqui abieci, cor-
roborem meipsum in te uebementer & confirmem. Verte
mi Domine planctum meum in gaudium mihi. Disrumpe
saccum meum & circumcinge me letitia. Complaceat ali-
quando ut desinam & ab occiduis atque uestertinis meis
operibus interquiescam, ac demum diluculari & matutina
perfruar requie, qua tu tuos electos tràquillissimè réfoves.
Domine, à quibus porrò dolor fugit ac gemitus. Regni tui
ianua mihi quæso, adaperiatur, ut eam ingressus cum his

qui

qui lumine uultus tui Domine perfruuntur, demum ipse e-
tiam beatifica fruitione doner æternæ illius tuæ uitæ, in
Christo Iesu Domino nostro.

Ad eum modum si deiecto & humili corde ipsi proci-
demus: utique nostrã admittet deprecationem. In omni igi-
tur affulgentia lucis diuinæ qua illustrari nos sentimus &
circumfundi, hymnorum laudumque iubilis necesse sit ip-
sum ut celebremus. Ipse enim bonorum omnium author est,
origo, uita, essentia. Idem eorũ quoque qui ab ipso desciue-
runt, reuocatio & resurrectio: qui autem & defluerunt
atque prolapsi sunt, restauratio ac reformatio: stantium
pròinde firmitas & tutelaris protectio. Dicit Ecclesiastes,
Est spes, quia canis uiuus melior est leone mortuo. Qui e-
nim uiuunt, utique nouerunt se esse morituros: mortui uerò
ne canem quidè deploratũ sciunt. Sed & Paulus de eò qui
Corinthi in graue impegerat delictum, per epistolã dicit,
Ita ut è cõtrario magis donetis & consolemini, ne fortè a-
bundantiori tristitia absorbeat is. Propter quod obsecro
uos, ut confirmetis in illum charitatem, ut ne circumuenia-
mur à Satana. Nõ enim ignoramus cogitationes eius. Nos
itaque cũ Paulo parilem agonem sustineamus, dicentes: In
omnibus tribulationè patimur, sed non angustiamur: aporia-
mur, sed non destituimur: persecutionè patimur, sed nõ de-
relinquimur: deijcitur, sed nõ perimus. Semper mortifica-
tionem Iesu in corpore circumferentes: ut & uita Iesu ma-
nifestetur in carne nostra mortali. Rursus, Pater miseri-
cordiarũ & Deus totius cõsolationis, qui consolatur nos in
omni tribulatione per consolationem qua cõsolamur à Deo:

l. iij

quia

quia sicut abundant passiones Iesu, ita per Christum abundat & consolatio nostra. Siue tribulamur, pro uestra exhortatione & salute: siue ipsi consolamur, per uestram consolationem quæ efficaciter operatur in tolerantia passionum ipsius, quas & nos patimur, & spes nostra firma est. Ne igitur charissimi, truculentissimi istius dæmonis, nempe desperationis unquam admiserimus consilium, ut ne qua ex parte comperiat aditum quo se menti nostræ blandissimus ueterator insinuet clamue irrêpat (Aliud enim nihil desperatio quàm perfectum diaboli gaudium) quin potius nos ipsos recipiamus ad sobriæ ac melioris uitæ frugem, exemplo filij prodigi. Cum reuerentia simul & gaudio ad clementissimum patrem cõuertamur, cui & dicamus, Pater, peccavi in cælum & corã te. Suscipe me ut unum aliquem è mercenarijs tuis, mèque introduc in caulam gregis tui ouiculam hanc miserè perditã, ut ne extra caulæ tuæ septa inuentam hiulca fauce absorbeat lupus ille truculentus corruptor. Planè noui ego mi Here bonum te esse pastorem, ac eorum esse tutissimum portum qui quauis tempestate miserè percelluntur, spem certissimã de se desperantium, immedicabili morbo desperationis laborantium præsentissimum medicum. Cura ò Domine olei ac uini infusio-
Εωιδη=
σopalliga,
αstringe, le
ge εωινη
δ'ησop.
 ne uulnera mea, quibus prædones isti me inclementer con-
 sauciarunt. Certè Domine ipse dixisti, Non egent qui sani
 sunt, medicò: sed qui malè habent. Hoc pacto cum oraueris,
 iacentem te ut illum paralyticum eriget, dicetque tibi, Ecce
 sanus factus es. Iam amplius noli peccare. Idem namque
 Dominus de uidua illa parabolicè & de iudice iniquita-

tis

tis dixit oportere nos semper orare, neque unquam defatisci aut defatigari, eoque inducit, Deus autem non faciet ultionem electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & longanimitèr patietur? Dico uobis, quia prope diem faciet ultionem eorum. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De murmuratione, Homilia. 28.



T quidem murmurare (siue prætextus aliquis rationi in speciem cõsentaneus ferat, siue citra ullum prætextum, ut cunque res habet) uirorum est contaminatæ & piacularis uitæ. Recta enim uitæ constitutio ac Deo cum primis accepta est eorũ, qui quacunque de re ad eò non oblatrant, ut etiam referant gratiarum actionem. Talis qui nulla de re obmurmurat imaginem refert aquæ lymphidioris ac pellucidæ: è diuerso obstreperus murmurator mirè turbulentus quotidianis intemperijs agitatur. Ille cum actione gratiarum uiuit gratiosus: hic planè ingratus. Nescius murmurationis nulli non se exhibet amabilem: murmurator nulli non se reddit inuisum & execrabilem. Ille nulli per uis uituperationi: hic nulli non conspicitur uituperabilis. Ille conuuiatur nemini: hic uehementer impudens ac temerarius deprehenditur, quò fit, ut talem insensè oderit Deus. Isthæc affectio ex uita enascitur planè impura ac flagitijs contaminata & ex eò quòd à te excusseris Dei timorem. Quemadmodum diuinæ est uoluntatis, ut homo per hominem seruetur: ita Satanus magnopere contendit hominem per hominem in laqueum protrudere perditionis. Næ igitur tali adhæresca-

tis,

theologus
quidã in il-
lud Sap. 1.

Custodite
uos à mur-
murationi-
bus definit
murmura-
tionem, Est
enim que=
rela cū im-
patientia.

Eccl. 10.

Avisp è=

ωισιμωπ

oū γογυ=

σd, ur pru

dēs siue pe

ritus non

murmura-

bit. & Nō

cōtristabit

iustū, quic=

quid ei ac-

ciderit.

Prouerb.

12. c.

tis, qui in hoc uitium propendet decliuor, nec linguæ præ-
 cipitium ullo remoratur freno, ne cum ipso præceps ruas
 ad supplicium. Sanè non indecorum sit uitare eiusmodi, qui
 nullã norunt linguæ adhibere tēperiem, qui nihil tam spirāt
 quàm pugnas uerborum, qui suis agitationibus tam internis
 quàm externis turbas cōciunt. Qui talis est, cōperitur par-
 ticeps esse & consors exitialibus illis ac planè ingratis Iu-
 daeis, qui in erēmo leguntur murmurasse aduersus Deum,
 iuxta quòd scriptū est, Et erat populus murmurans aduer-
 sus Moysē. Et dixit Moyses, Non enim aduersum nos
 est murmur uestrum, sed aduersus Deum. Rursus, Quid
 iurgamini cōtra me & tentatis Dominū? Ait item Esaias,
 Qui dicunt quod dulce est, amarum: & quod amarum est,
 dulce. Inducit, Murmuratores discite obedientiam. Dauid
 ad eundem modulum de istis dicit, Non crediderunt uerbo
 eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis. Rursus,
 Quorum os locutum est uanitates, & dextera eorū, dex-
 tera iniquitatis. Dicit autem & Iudas Iacobi frater, Hi
 sunt murmuratores, querulosi, secundum proprias concu-
 piscencias ambulantes, & os eorum loquitur superba. Nos
 igitur fratres ipsi interquiescamus à murmuratione, &
 quid Philippensibus Paulus scribat audiamus, Omnia fa-
 cite sine murmurationibus & hæsitationibus, ut sitis sine
 querela & simplices filij Dei sine reprehensione. Meritò
 proinde dictum est, Arbor uitæ est linguæ sanitas. Qui e-
 nim eam custodit, propinquabit spiritui, iuxta scripturam.
 Parcemiastes quoque mādāt dicens, Custodite igitur uos à
 murmuratione quæ nihil prodest, & à detractiōe par-
 ticeps

August. in
 10. annē, De
 nullarema-
 gis offen-
 disse Deum
 dicitur iu-
 daicus ille
 populus, q̄
 cōtra Deū
 murmurauit
 do.

cite linguæ. Ne dixeris, Quid factum est, quia dies prio-
 res fuerunt meliores his? Quia non in sapientia, hac de re
 interrogauerunt. Eiusmodi enim murmuratorum nepotes,
 Scribæ & Pharisei aduersus Domini discipulos pro more
 auito murmurabāt dicentes, Vt quid cum peccatoribus &
 publicanis manducat & bibit? Isti igitur pressius tuentes
 paternam traditionem, quasi reprobi hæredes improbatæ
 hæreditatis atque turpissimæ aduersus etiamnum salutis
 nostræ uindicem obmurmurabāt, quòd is dixerat, Ego sum
 panis, qui descendi de cælo. Dominus autem ad eos, Quid
 murmuratis inter uos? Nemo potest ad me uenire, nisi pa-
 ter qui misit me, traxerit eum. Murmurabant & primi illi
 operarij aduersus patrem familias propter eos qui circa
 decimam horam uenerant, dicentes: Hi una hora fece-
 runt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus
 diei & æstum? Hoc proinde audierunt, Amice, non facio
 tibi iniuriam. Nōne ex denario conuenisti mecum? Tolle
 quod tuum est, & uade. Volo & huic nouissimo dare sicut
 & tibi: An non licet mihi facere quod uolo? Indicans autem
 eorum æmulam inuidiam atque malignitatem inducit, An
 non oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Ipsi gloria
 in secula seculorum, Amen.

τὸν κῆρον
 σοφῶν.

De detractiōe, Homilia. 29.



Detractio & murmuratio germana quadam
 propinquitate confines sunt, ac mutuo fœdere
 copulantur. Vtraque porrò aliud nihil quàm
 rami incōsiderationis & stultitiæ. Etenim mur-
 murator seipsum perdit, Detractor & seipsum it perdi-

tum nec solum sed & audientes. Siquidem is hoc unum spe-
 ctat, sua ut detractiōe conciat & alios, proinde & con-
 turbet, suæ que stultitiæ adsciscat sibi ac paret complices.
 Duplex uno hoc peccato sibi congerit debitum, & sibi qui-
 dem obnoxius primùm fit, deinde istis quos detrahendo in-
 sententiam suam adduxit. Quod si nos continget audire
 improbandos sermones: non tam eum qui protulit, quàm nos
 ipsos coarguamus. Pro uoluntate enim nostra & delatores
 sermonis uel admittuntur uel reijciuntur. Nihil igitur oportet
 ob ea quæ in nos recidunt aduersa, in alios detorquere
 reprehendendo aut detrahendo, ut ne decidamus à discre-
 tione rei per se honestæ ac decentis: in nos ipsos potius si
 quid reprehensibile occurrit, recellamus. Hoc enim per-
 quàm acceptum Deo est. Sanè decorum sit nemini prorsus
 obrectare, at ne etiã detrahentem audire cū suauis pruritu
 aurium, ne uæ ulli detractiōi fidem commodes. Qui enim
 fidem adhibuit detractiōi, is imposteriũ aduersus fratrem
 suum iniquiore afficitur animo. Talis igitur efficitur reus
 peccati cum detractore. Non enim cõuenit quicquàm pro-
 loqui aduersus fratrem ullum absentem, calumniandi præ-
 sertim intentione, siue illi ut inuras notam, id quod proprie
 est καταλαλία. i. detractiō, tametsi uera sint quæ dicuntur.
 Debes potius auersari detrabentẽ, & aliò iter defletere.
 Nunquid non maligna hæc est detractiō & irrequietum
 dæmonium, nec ulla unquàm tẽperie pacificum? Perpetuò
 siquidem mansitat ac moratur inter uelitareis uerborum
 pugnas aut seditiōes. Conuenit igitur à se excutere uitio-
 sum illud fermentum & diuturna detrahendi ac murmu-
 randi

randi consuetudine inueteratum, seque transferre ad as-
 sumptionem nouæ conspersiōis, obedientiæ nimirum &
 gratiarum actiōis. Neque enim decet nos populo illi inue-
 niri assimilicis, qui tam fuit malè gratus Deo: ut in eremo
 aduersus eum & murmurarit & detraxerit. Sanctos
 imitemur potius, qui ad fulgorẽ prælucentis gratiæ uitam
 moderantur suam. Obedientes simus, nec ingrati. De illis
 quippe scriptum est, qui & aduersus Deum locuti sunt, &
 dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam in deser-
 to. Sed & Aaron & Maria detraxerunt Moysi: Dixe-
 runt enim, Num Moysi soli locutus est Deus? In illos pro-
 inde ira Dei exarsit, & ecce Maria lepra percussa est.
 Paræmiastes ait, Laqueus fortis uiro, propria labia sunt:
 qui autem irretentibiliter uacat labijs, supplantabitur. Rur-
 sus, Gloria uiro auertenti se à conuitijs, stultus autem his
 implicatur. Iterum, uir conuitiator ad tumultum pugnae:
 qui uerò custodit os suum & linguam, conseruat à tribula-
 tione animam suam. Et, Qui diligit uitam, parcat ori suo.
 Rursum, Quæ uiderunt oculi tui, dic: ut ne impingas in pu-
 gnam, ne te pœniteat in nouissimis. Iob item amicis suis, Lo-
 quimini aduersum me, nec erubescitis aduersum me consi-
 stere. Psaltes quoque regius, Detrahentem secretò proximo
 suo, hunc persequerbar. Rursum, Os tuum abundauit mali-
 tia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fra-
 trem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ po-
 nebas scandalum. Quia dilexisti malitiam super benigni-
 tatem, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. Dilexisti
 omnia uerba præcipitationis lingua dolosa. Et, Qui loqui-
 m ij tur

tur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Etenim sederunt principes & aduersum me loquebantur. Iacobus quoque admonet dicens, Nolite detrabere alterutrum fratres, Qui enim detrabit fratri, & iudicat fratrem suum: detrabit legi & iudicat legem. Petrus item, Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum & simulationes & inuidias & omnes detractiones. Affectionem hanc detractionis omnium odio dignissimam iusto plane odio persequamur, nequando deprehendamus Iudaeis illis detractoribus nihilo dissimiles, qui & dicebant: Hic non eijcit daemonia, nisi in Beëzebul principe demoniorum. Dominus autem mitissimus & longanimis quid ad haec? Si ego in Beëzebul eijcio. Daemonia, profecto peruenit in uos regnum Dei. Ipsi gloria in secula, Amen.

De susurratione, Homilia. 30.

Rursus Susurro & Detractor coplices cum sint, in extremam suam operationem conspirant. Par siquidem & una est utriusque operatio, utrumque recta in uiam abripiens perditionis, utrumque cum infense oderint & Deus & homines. Execrandis enim detractionis scelus atque susurrij in iisdem cooperiuntur, cotubernaes quum sint, quae res facile indicat taliu uitam longe esse cotaminatissimam atque impuram maxime. Ne igitur in istiusmodi uiuendi ratione nobis prorsus interdicta ac nefaria perseueremus, ut ne deprehendat Dei iudicium nos sine foedere ullo & concordie compagine charitatis fuisse erga nobis congenerem. Cauet enim interdicitur lex id fieri, Non admittes auditionem uanam. Non sede-

bis

bis simul cum iniquo, ut sis testis iniquus. Omne uerbum improbum execratio est apud Dominum. Salomon item, Susurrionem & bilinguem maledicti dignum est. Multos enim perdidit pacem habentes. Rursus, Lingua duplex multos commouit pacem habentes. Qui attendit ei, non inueniet requiem. Iterum, Plaga linguae coterit ossa. Mors enim mala, mors eius. Propbeta quoque Abacuc, Viri pacifici tui posuerunt insidias aduersum te. Hieremias item ait, Iaculum uulnerans, lingua eorum. Dauid insuper istos auocare cupiens ab hac immanitate plusquam hostili precipiendo dicit, Auerte linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Quodque perspectam haberet efferatam atque minacem uoluntatis istorum ferociam, inducit, Sepulchrum patens est guttur eorum: Linguis suis dolose agebat. Iudica illos Deus. Quia, Venenum aspidum sub labijs eorum. Etenim aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me. Sed & Induantur qui detrahunt mihi, pudore. Et Induantur sicut diploide confusione sua, qui dicunt mihi Euge, Euge. Sibi que apprecatur dices, Domine libera animam meam a labijs iniquis & a lingua dolosa. Sed & me ipsum ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo, ut immaculatus efficiar. Iubet quoque Paroemiastes, Ne uoceris susurro, & lingua tua ne cui moliaris insidias. Sua enim ipsius animam inquinat susurro. Vir enim incontinentis linguae ruet in mala. Rursum, Mors & uita in manu linguae: qui autem dominatur eius, comedent fructus eius. Iacobus, Si quis uidetur religiosus esse, non refrenans linguam

m iij suam

Beelzebub
Coud lege
Beelzebub
idolū muf-
66.

Ἀπόλλω
σερλεγε ἔ
πώλισσαυ

Ἐκδοσιος,
uide Oecumenium in
7. Canon.

suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Inducit: Ecce quantus ignis, quam magnam syluam incendit? Et lingua ignis est, uniuersitas iniquitatis. Et, Lingua constituitur in membris nostris, quae maculat totum corpus, & inflamat rotam natiuitatis nostrae. Liquet per hoc intelligi temporaria istius uitae momenta quibus ipsa sursum deorsum proouoluitur. Quid enim hominis uita aliud, quam rota, quae perpeti rotatu uersatur? Sed & eadem inflamatur a geenna. Susurratione itaque fratres quam maxime fugiamus, ut ne nos amoenitate priuet paradisi, nosque transmittat in geennam ignis. Suo enim susurrio serpens ille Euam tranquillitate exclusit paradisi: Ad eam formulam quidam sapiens, Beatus, qui non est lapsus lingua. Et, Beatus qui protectus est a facie linguae. Et, In humum labi praestat, quam a lingua. Paulus proinde, Ne forte inter uos sint contentio, emulationes, animositates, dissentiones, detractiones, susurrationes, inflationes, & quae ordine sequuntur. Dominus porrò ait, Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: malus autem homo de malo thesauro eicit mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Immortali Deo sit gloria in secula, Amen.

Vt ne delator querulus sis, aut importunus
reprehensor, Homilia. 31.

NE quempiam incuses, aut deferas intempester, neu de re ulla dequeraris, non satis aequo examine perpensa: interdicto scriptura cauit. nisi forte si quis aduersus proximum querimonia uti uolet,

ut

ut is ad uiae rectitudinem se recipiat. Qui enim Dei illud mandatum reueretur quod est, Nolite condemnare, ut ne condemnemini, suos ipse defectus non oscitanter perspicit. Vix credibile, quam sit homini detrimentosum, tam attentum esse & alacrem ad aliorum contuenda atque expedenda errata, suis interim debitis per oscitantiam neglectis. Dum enim tam es aliorum reprehensor querulus aut delator, nihil dubijs argumentis teipsum declaras inculpatum esse & irreprehensibilem. Hunc (quisquis eiusmodi est) infensissimè auersatur Deus, & a se recellit quam longissimè. Quod si quidpiam te adorietur aduersae tribulationis a proximo excitatae, hanc uide ut feras quasi tuam, non ut alienam. Etenim dum impatientius conflictaris aduersum eas quae te uehementer alioqui premunt, uiolentas impressiones & alios interim incusas, quasi qui non noris eas Dei iudicio contigisse: iam tu diuinae reuictaris admonitioni. Sin tu eas aequo toleras animo, planè liquet te sustinere Dominum. Hac de re docet nos Paræmiastes, Priusquam examinaueris, ne reprehendas quenquam de his quae aure didicisti: sed intellige primum & tunc increpa. Priusquam audieris, ne respondeas: & in medio sermonum, ne interferas uerbum, quia mors & uita in manu linguae. Et, Ad aures stulti nihil dic: ne forte subsannet eruditos tuos sermones. Alter item sapiens, Cor excipiet madata: qui autem intolerabiliter uacat labijs, supplantabitur. Dicit autem & Ecclesiastes, Ad omnia uerba, quae loquentur impij, ne apponas cor tuum: & in conclau cubilis tui, ne malè dixeris diuiti, Quia auis caeli portabit uocem tuam. Paulus item per

τὸν ἄνθρωπον
καὶ τὸν θεόν.

episto-

epistolam dicit, Fratres, supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Christus donauit uobis, sic & uos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est uinculum perfectionis. Mos sanè gerendus paulinæ isti doctrinæ, qua nos ad subeundam palestram ceu ceromate limit additque uires, nequando in nos audiatur contorta illa Iudæ fratris Iacobi sententia, Hi sunt murmuratores, querulosi & os eorū loquitur superba, admirantes personas quæstus causa. Nemini itaque conuenit sic esse querulum, nisi Pharisæis & solis, quippe qui seipsos iustitiæ nomine uenditant. Vnde & discipuli Domini acri fame quum urgerentur cæpissentque primum spicas conuellere, & inediam qua laborabant, uel tantillo leuare: Pharisæi dixerunt Domino, Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbathis. Isti quam promeruere, sententiam condemnationis retulerunt: quod illos falsa delatione suggillassent qui nulli erant culpæ obnoxij. Dominus siquidem iniuriæ omnis immemor respondit, Num legistis, quid fecerit Dauid, cum esuriret ipse & qui cum eo erant? Quomodo ingressus sit domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat edere, nisi solis sacerdotibus? illos istis uerbis cum erudiret, ut ne in posterum aduersus infontes intempesti uiter deque- rerentur, induxit, Si sciretis quid est, Misericordiam uolo & nō sacrificium, utique hos non cōdemassetis innoxios. Dominus enim est filius hominis etiā sabbathi. Ipsi gloria in secula, Amen.

De con-

De contradictione, Homilia. 32.



Contradictio & contumacia parili constringuntur malitiæ iugo. Qui enim contradicit, utique contendit inueniri ei compar robore, qui sua temeritate contumax est & rebellis. Huic siquidem studium est perpes, ueritati ut controuertat, eamque impugnet. Dum enim cæteros ut antecæat authoritate, committitur pro uirili, frequentes admodum concit turbas, illorum exemplo de quibus in lege scriptū est, nempe, Korè, Dathàn & Abiròn quādo in faciem restiterunt Moysi. Et iratus est furore Dominus, subque illorum uestigijs ad aperta terra est & eos absorpsit simulq; illorū domicilia. Hi enim propria nixi uirtute, non item Dei decreto, ambiciosius expetebant populi principatum, eoque reclamantes magistratui diuina ordinatione instituto, istiusmodi subiacuere pænis. Scribit autem & Apostolus de istis qui cōtumaciter cōtradiciunt, Quemadmodum Iannes & Ambres restiterūt Moysi: ita & hi resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Ad eundem modum Helymas magus restitit Paulo & Barnabæ, quærens auertere proconsulem à fide. Is confestim excæcatus est, iuxta relationem Apostolicorum actuum. Sed & Apostolus per epistolam dicit Timotheo, Alexander ærarius multa mala ostendit mihi. Reddet ei Dominus, quem & tu deuita. Multum enim restitit uerbis nostris: & hic dignam reportauit sua contradictione uicissitudinem ac mercedem. Michæas propheta lugens efferatam populi rebellionem ait, Lingua eorum eleuata est in ore ipsorū. Hei mihi anima, quia per-

ΙΑΝΝΗΣ ΗΡΩΔΗΣ
ΑΜΒΡΟΣΙΟΣ

ijt pius à terra. Alius item, Cōtradictiones suscitāt omnis malus: Dominus autem angelum immisericordem immittet ei. Rursum, Sapientia hominis illustrat faciem eius: impudens autem facie odibilis erit. Et, Qui loquitur iniqua, non effugiet. Qui sibi est nequam, cui bonus erit? Similem in modum Salomon, Malus cum contumelia perpetrāt mala: qui autem seipsum explorāt & agnoscunt, sapientes sunt. Terrorem nobis sacra hęc incutiat scriptura, ac proinde ab omni temeritate & contradictione desciscamus, ut ne eadem de nobis illud pronunciet, Curauimus Babylonem, & nō est sanata. Quis potius illud ex Esaia ipsi audire promereamur, Si uolueritis & exaudieritis me: bona terrae comedetis. Itaque nos ipsos communiāmus in primis humilitate & silentio, sacrāmque secuti scripturam, in eorum sortem redigamur, quibus curae est sedare contradictiones. Sanè ut Deo consuescas loqui plurimum, cum hominibus autem quā rarissimè: hęc monastica exercitatio ingens est animae scutum. Die ac nocte ad extremam usque exitus horam intenta acie mentis spectandum est, nequando comperiamur ludæorum sacerdotibus assimiles, qui quidem cōsuetudine execrabili, Domino restiterunt semper. Accesserunt enim principes sacerdotum ad Iesum dicētes, In qua potestate hęc facis? Aut quis tibi dedit hanc potestatem? Longanimis Dominus quā illis respondit mansuetè? Interrogabo & ego uos unum uerbum: quod si dixeritis mihi, & ego dicam uobis in qua potestate hęc facio. Ipsi gloria in secula, Amen.

De otioso

De otioso sermone, Homilia. 33.



Tiofiloquium ex eo ingignitur tibi, quod per otium uitā transmittis, & à te excusisti certam futuræ uitæ spem. Si enim æterni illius supplicij formidabilis horror, & contra, beati regni desiderium mētem occuparet nostram, nullo unquam momēto sic per inaniloquia traduceremus uitam, idque eò maxime quia Dominicum urget mandatum, quo significat rationem reposituros nos esse die illo iudicij de uerbo otioso. Quæcunque porrò animæ tuæ nihil adferunt emolumentum, uerba otiosa sunt. Operæ igitur pretium sit, ut ipsi ab immodicis colloquijs intenta cura nobis tēperemus, ne quis resideat locus otioso sermone. Qui enim facile sinit intercipi se ac uinci à re permodica: à magnis necesse sit hunc in seruitutem redigi. Qui parua hęc contemptim negligit: & illis oblectatur, quæ alioqui apud Dominum magni sunt momenti. Omni igitur custodia custodiendum cor & corpus, nec laxiùs quā decet perfectos, loquendum nobis, maxime qui mundi homines uidemur erudire, ac uicæ salutaris esse illis præduces, nequando contingat audire nos: Qui alium doces, te ipsum non doces? Temeritatis planè euidens est argumentum sic otiose uerba effundere & nugari, quæ admodum & in Prouerbijs scriptum est, Fili ne æmuleris uiros malos, neue concupiscas esse cum eis. Et inducit, Oꝛ quod non habet operculum, parit seditiones. Et, Stultus multiplicat uerba. Qui abundat sermone, abominabilis erit. Ex multiloquio non effugiet peccatū: parcens autem labijs, intelligens erit. Rursum, Apud amicum & inimi-

Αρρολογία

τοῦ κυρίου
ἐν τῷ λόγῳ

cum ne enarres uitam alienam. Et, Si non adsit tibi peccatum, ne reuelés. Iob quoque amicis suis, Vtinam obmutesceretis, ut contingeret uobis sapientia. Alter, Beatus uir qui nō est lapsus linguā suā. Rursus, Qui moderatur linguam, sine iurgijs uiuet. Qui odit loquacitatem, minuit malitiam. Sed & ecclesiastes garrula ista loquacitate interdicit nobis, Sermones oris sapientis, gratia: labia stulti demergent eum. Principium enim oris eius stultitia. Et, Stultus multiplicat sermones. Inducit, Qui diligit uitam, parcat ori suo. His concinit Apostolus, Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat: sed si quis bonus ad aedificationem, ut det gratiam audientibus. Quum igitur charissimi tot aded moneamur scripturae testimonijs, omni studio uitabundi desugiamus otiosos sermones, non inutiles modo sed & magno-pere animabus nostris detrimento sos, atque ut dictum iam est, uocem illam Domini, terroris & fortitudinis plenam perpetim cogitemus, qua pœnam interminatur, Amen dico uobis, quia omne uerbum otiosum, quodcunque locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ipsi gloria in secula, Amen.

De otio, Homilia. 34. de curiositate

Rerum alienarū satagere curiosus & quæ superuacanea sunt nec ullius frugis moliri, prorsus dissentaneum uidetur nec conuenire ei, qui Deo contendit quàm maximè esse gratosus. Qui enim sanctimoniam profiteri uult uitæ, atque mundiciam: necesse sit petiti tenore uitam instituat suam, hoc est sibi

Αἰὼς αἰ-
νῶς μαρ-
τύριον, ἡ
πίστις.

Κυριόστοι
χος, ἀν-
τος ἐαυτοῦ
προσέχων
Phaouri-
nus.

sibi ut attendat, Deoque quàm proximè potest, cōgrediatur omni cum tranquillitate, nec istis externis occupata cogitatione, affectu item simplici. Sic enim gratia Spiritus sancti opulētioris perfunditur. Scriptum nāque est, in Pro- uerbijs, Profundiora te ne scruteris, & fortiora te ne exquiras. Quæ autem præcepta sunt tibi, illa cogita. Non enim necesse est tibi, ut quæ occulta sunt, uideas oculis. Rursus, Mulge lac & erit butyrum. Si autem expresseris nares, exhibit sanguis. Quòd si elicueris sermones, exhibunt iudicia & pugnae. In pluribus operibus tuis curiosus ne sis: scientiam autem rerum innumerabilium ne promitte. Pupillas enim oculorum qui non habet, priuabitur lumine. Sed & Petrus, Hoc primum scientes, quòd uenient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes & dicentes, Vbi est pmissio aduentus eius? Et infert, Propter quod charissimi, satagite immaculati & inuiolati ei inueniri, & Domini longanimitatē, salutem arbitramini. Similem in modū Paulus apostolus per epistolā ait, Sunt enim multi inobedientes, uaniloqui & seductores: quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet. Alio item loco, Etenim quādo eramus apud uos, hoc denunciabamus, quia si quis non uult operari, nec manducet. Audimus enim quosdā inter uos ambulantes inordinatè, nihil operantes, sed curiose agentes. Sed & hypocritæ atque curiosuli illi Pharisei Dominum adierūt dicētes, Quid tibi uidetur, licet censum dare Cæsari, an nō? Dabimus, an non dabimus. At Dominus illorum superflua & curiosam hypocrisim merito dedecore asper-

καὶ ἡσυχία
βοῦ τῶν ποσῶν

ἡ ἡσυχία
ἐστὶν ὁ ὀφθαλμὸς
ὁ ὁκλήσας ὁ
κλῆσας ὁ
κλῆσας ὁ

gēs respōdit, Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi
 νόμισμα nomisma census. Illi autē protulerunt ei denariū, & ait illis,
 Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris.
 Dicit eis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ
 sunt Dei, Deo. Isti se illinc proripuerunt ingenti cum dede-
 core. Curiosum enim confusio circumuēlat & operit. Be-
 nigno & clementi Deo nostro gloria in secula seculorum,
 Amen.

De contemptu, Homilia. 35.



Nihil non contemptum fastidire & aspernari, nõ
 mediocre est peccatum, in his maximè qui Deo
 quærunt adhærescere propius. Ne igitur ultrò
 nos ipsos dedamus ceu uilia mǎcipia isti ignauia & aliorū
 contemptui, ut ne in imprecationem incidamus Hieremiæ
 dicentis, Maledictus homo qui facit opus Domini negligē-
 ter. Etenim ordinem habent omnia, iuxta Apostoli doctri-
 nam dicentis, Omnia honestè & secundum ordinem fiant.
 Ozias ille, Nunquid non insolens quiddam ac indecorum
 molitus est, Deo dum adolet incensum? Saul dum immolat,
 regiæ maiestatis gradu deturbari promeruit. Non igitur
 mediocri circumspectione opus, sibi ut quisque attendat, nec
 quicquam supra uiriculas proprias secum constituat ag-
 gredi, nequãdo illud Abacuc in se audiat detorqueri, Ar-
 rogans & contemptor, insolens & superbus nihil ad finem
 usque perducet. Alio item loco, Viuo ego dicit Dominus,
 nisi glorificantes glorificabo: qui autem cõtempnit me, erit
 ignobilis. Paræmiastes, Qui rem qualemcunque cõtemnit,
 contemnetur ab ea: qui autem ueretur prætergredi manda-

tum

tum, sanus est. Michæas item, Filius glorificat patrem, &
 seruus Dominum suum, Quòd si pater ego sum, ubi est glo-
 ria mea? Et, Si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Eodè
 spectat illud Dauidis, Dixit iniustus, ut delinquat in se-
 metipso, non est timor Dei ante oculos eius. Petrus quoque,
 Iam tempus est, ut incipiat iudicium à domo Dei. Quòd si
 à nobis primùm, quis finis eorum, qui non credunt? Et si iu-
 stus uiu saluatur, impius & peccator ubi parebūr? Paulus
 Corinthijs, Propter hoc inter uos multi infirmi & imbe-
 cilles & dormiunt multi. Si enim nos ipsos iudicaremus,
 non utique iudicaremur. Dum autem iudicamur, à Do-
 mino corripimur: ut non cum hoc mundo dannemur. Rur-
 sus, Dies Domini tãquam fur in nocte, ita ueniet. Quum
 autē dixerint, Pax & securitas: tunc repentinus superue-
 niet eis interitus. Sed & alius, Ne dixeris, quia miseratio
 Domini multa, multitudini peccatorum meorum propitia-
 bitur. Misericordia & ira apud eum sunt. Iterum, Ne tar-
 das conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.
 Secundū multitudinem misericordiæ eius: ita & increpa-
 tio ipsius. Virum secundum opera iudicat. Ezeiel, Si auer-
 sus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, om-
 nes iustitiæ eius non recordabuntur. In peccato suo morie-
 tur. Vnumquemque iuxta uiam suam in qua inuenero eum,
 iudicabo, dicit Dominus. Paulus item, Itaque ne dormia-
 mus, sed uigilemus & sobrii simus. Qui enim dormiunt,
 nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Inducit,
 Sicut filij lucis ambulate, redimentes tempus, quia dies ma-
 li sunt. Sed & Dominus, Vigilate, quia nescitis qua hora
 Domi-

Domi-

Sententia
 hæc nõ ui-
 detur con-
 gruere lo-
 co istius.

κατοίχη
 80.

Die, Ma-
 achias.

Dominus uester uenturus sit. Illud autem scitote, quia si sciret pater familias qua uigilia fur ueniret, uigilaret utique & non sineret perfodi domum suam. Quapropter & uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Ipsi gloria in secula, Amen.

De pigritia, Homilia. 36.

Pigritia conuincta nequitiae est & affinis. Serue nequam & piger, ait Dominus. Quum itaque robur abunde suppeditet Dominus, uirisque suggerat: multam re ipsa ostentemus alacritatem animi, atque a nobis porro expungamus omnimodam cunctationem siue pigritiam, inque ueraci uinea impigre operemur per exactam mandatorum Domini obseruationem, tanquam ingenui ac legitimi filij, non item ut serui improbi siue ut operarij mercenarij, qui pietatem aliud esse nihil promittunt quam quæstum, suo interim seruietes uentri, per suaues sermones & benedictiones dum decipiunt corda innocentium. Ne (iuxta Pauli doctrinam) abutamur Christi nomine quasi in mundanis negociantes, neue ad congerendam pecuniam simus auidiores, & operarij dolosi, transfigurantes nos in ministros lucis, cum interim opere ipso simus tenebrae: quin potius dignè uocatione conuersemur & professione hac nostra, sanctè uiuentes, iuste, ac piè, prouidentes bona non solum coram Domino, sed etiam coram hominibus (hoc enim iustum) ut glorificetur Deus in omnibus. Excutiamus a nobis quam longissimè lentorem animi. Ut fideles serui diem præstolemur aduentus Domini nostri,

nostri, quo die caeli soluentur, terra autem efferuescet, & euomet eos qui a condito primùm orbe obdormierint. Montes atque arida omnis obstupescunt a facie eius. Quum uenerit iudex cū nubibus, tunc uniuersa corripiet tremor, & caelorum uirtutes mouebuntur. Multa etenim ualde series est castrorum eius, quia fortia opera quæ solo uerbo eius fient. In cōsummatione & commotione uia eius, & nubes pedum eius. Interminatur mari & exiccat illud. Adueniet enim Dominus cum furore suo, quasi ignis, & quasi tempestas inundans currus eius. Ignis præcedet faciem eius. Qui comperientur strenui fuisse & impigri in operibus bonis, ad uitam emigrabunt æternam: contra, qui deprehendentur pigro lentore intepuisse ac flagitiose uixisse, ad supplicium æternum rapiuntur. Et quidē uisuri sunt horrendū illud ac formidabile iudicis tribunal, ubi & sedes in hoc iudicium apparatus cōspicientur. Ignis proinde fluminis in morem præterfluens in conspectu iudicis tanti. Libri insuper aperti. Hinc omnibus palam fient hominum actiones & perspicua. Quare diei illius sedulo memores, ne quæso lentescamus, ne cunctemur ea explere, quæ ad arreptum uitæ æternis mentem affigamus. Docet hoc nos Paræmiastes, Si impiger fueris, ueniet quasi fons messis tua: egestas autem tanquam uir malus fugiet a te. Rursum, Qui operatur terram suam, implebitur panibus: qui uerò sectatur otium, replebitur paupertate. Iterum, In pigritia humiliabitur contignatio: & in otio manuū ingemiscet domus. Rursum, Paupertas uirum humiliat: manus autem fortium ditescunt.

si uerè
fortè scilicet
perstillabit

Iterum, Desideria occidunt pigrum. Non enim uolunt manus eius quicquam operari. Itemque, Vade ad formicam ò piger, & imitare uias eius, & illa sapietor. Illa enim cū ei nō suppetat ulla agricolatio, neque habens qui se eò laboris adigat, parat messis tēpore cibum. Iterum, Perge ad apiculam ò piger, & disce quāmb. ec solerter ac strenuè operetur. Opus facit sanequāmundiciæ & honestatis plenum, cuius labores reges iuxta ac idiotæ adhibent tuendæ sanitati. Item, Vsq̄uequo piger dormies? Quādo de somno expergiscēris? Postea adueniet tibi paupertas, & egestas tanquam bonus cursor. Hieremias quoque, Dormiuimus in cōfusione nostra, & operuit nos ignominia nostra. Væ nobis quia miseri facti sumus. Alius item, Lapidum polluto exa-quatus est piger, & omnis exhibabit super ignominia eius. Iterum, Piger etsi opprobrijs appetitur, nihil tamen suppudescit. Bouum enim stercorei comparatus est piger. Toto igitur conatu fratres submoueamus nos ab hac inertis socordia atque otio, ne nos regno illo priuet, inque geēmam ignis agat præcipites ac deturbet. Audiamus Apostoli consilium dicentis, Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruietes. Dauid quoque hunc in modum concinentem auscultemus, Benedictus Dominus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Terrorem nobis incutiat serui illius exemplum qui sibi creditum talentum infudit humo & occuluit, nequando audire contingat à nostræ omnium uindice salutis, Serue male & piger. Et, Tollite ab eo talentum. Et, Hūc inutilem seruum eycite in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Festinemus pro uirili,

Eccle. 22.
mirè uariāt
exempla-
ria Græca.

uirili, aliquando ut audire contingat, Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui. Ipsi gloria in secula.

Aduersus optimates & præfectos non esse contendendum, Homilia. 37.

Diuinis literis erudimur, ne cum eo qui publica fungitur auctoritate, uelitaribus uerbis aut libris conflitemur. Eiusmodi enim contentiosa uelitatio cū potente quopiam ad eò nihil adfert cōmodi, ut incommodet plurimū. Inidonei enim nos nec sufficientes qui causam iudicio experiamur cum incomparabiliter nobis eminentiore. Ut enim pisces qui iam adoleuerunt iusta corporis magnitudine, ex insidijs imminent nondum per ætatem adultis, quò illos parent in suam alimoniam: ita & isti primores ac magistratus nullo suo negotio iniurijs sunt in imbelles, & opprimunt, qui si quid obtinuerint, indemne illis cedit & impune, neque hinc quicquam sentiunt doloris: ad eò ut cum rapto uiuant, rapinam à pauperibus ui extortam, suam deputant uenationem, neque enim secum reputare norunt, uita hæc quā sit incerta. Vtique si nossent, nunquā superuacaneæ isti suæ copię fuerant adiecturi indigorum inopimue penuriam. In hoc studia locant sua, ut Apostolico illi mandato auctoritatem detrahant & abrogent: Vestra abundantia pauperum suppleat inopiam. Rectè igitur diuina nos admonet scriptura, istorum congressum ut uitemus.

Argumentum à simili
ex Arist.

Dicit enim, Ne te extendas usque ad diuitem, pauper cum sis. Diues enim quempiam si iniuria affecit, interminatur ac frendet ira: pauper uero iniuriam si sustinuit, insuper & minis deterretur. Quid enim (ait scriptura) comunicabit olla ad cacabum? Ipsa utique impinget & eadem conteretur. Et, Ne comederis cum eo offulam tuam. Euomet enim illam & disperdet sermones tuos bonos. De his & Amos propheta, Pugnis tundebant capita pauperum, & uiam humilium declinauerunt. Vinum calumniantium bibebat. Pulchre & doctor Gētium Apostolus Corinthijs scribens, Vt quid non magis fraudem patimini? quare non magis iniuriam accipitis? Sed uos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus. Inducit, Omnino delictum est inter uos. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Dominus item de scribis & pharisæis ait, Alligat onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem nolunt ea mouere. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De inobedientia, Homilia. 38.

Obediētia,
uitā: inobe-
diētia, mor-
tem ope-
ratur.

Ab exem-
plis petita
probatio.

Quemadmodum uitam obedientia: ita & inobedientia efficaciter mortem operatur. Meo huic sermoni testimonium facile reddit homo, is qui primus Dei manu formatus est. Dum enim sui opificis mandato gessit morem, neuiquam ligni uitalis priuatus est usu: contra, à paradisi amœnitate in hanc complorationis ac miseriam uallem per inobedientiam relegatus, se suamque posteritatem æternæ addixit morti. Audiuit enim: Terra es & in terrā ibis. Sed & Iudæi profecti ex Aegypto quo-

rum

rum cadauera in eremo prostrata sunt, non exaudierunt uocem Domini, & in lege eius noluerunt ambulare. Dei enim mandato iuebantur singuli quique uno quodque die Manna ut uescerentur, nec quicquam ex eo relinquerent in crastinum. Cūque istorum nonnulli in alterum diluculum sibi seposuissent, pro Manna reportarunt uermes, iūque in putrilaginem sunt uersi: id quod in ignominiam atque dedecus istorum cessit malè morigerorum, perinde atque diceret: Sola est inobedientia auctor Manna in uermes degenerantis, & odoris istius grauitè spirantis. Prius enim nihil dum tale cōtigisse conspicitur. Ob hoc enim iuxta regium Psalten, nomenclaturā promeruit angelicæ alimonie, Panem enim angelorum manducauit homo. Filij proinde Heli, Ophui & Phinees quod patris sui uocem exaudire noluerint, unā cum filijs Israël in acie gladij Domino iudice conciderunt, qui & Arcam in manus tradidit alienigenarum. Ad hanc exemplarem formulam diuinæ ultionis nunc nobis quoque contigit. Circumcirca Hierusalem populum in ore gladij Chaldæi ceciderunt, nec est qui sepe-

Sub Cos-
droatyrā-
no.

Lege ca. 15
primi. Reg

o iij ptura.

ptura. Discipulus proinde malè audiens dicto superioris perinde ac lignum obtortum & obliquè interuersum, tamen si continenter arguatur: ne sic quidem unquam se ad rectitudinem recipiet. Frater amans discordiæ & litis, ut lenis uentus sed stridulus ac dissonus suo illo discordi stridore cōcordem aliorum in cōmune uitiat ac perdit concertum. Vtque fucus labores ac industriam argumentosa apis exedit ac depascitur: ita & frater segni otio lentescens. totius congregationis operationē alioqui efficacem reddet inutilem. Vt miles ignauus ac timidulus manus commilitonum dissoluit atque eneruat: ita monachus securus curæ omnis & iners, fratrum alacritatem emollit. Tot ac tantis eruditi exemplis, timeamus charissimi ac uitemus istius inobedienciæ perniciem, ne cum istis qui aetatem nostram anteuertunt, dammemur. Quid enim ad te resiliet emolumentum si uirginitatem indelibatam quidem conseruasti corporis, at animam Dæmoni per inobedienciam prostituiisti? Aut, Qua fronte speres te donatū iri corona, qui uentris ingluuiem & reliquam omnem concupiscentiam temperantiæ freno suppressisti, uni superbiæ & ambitioni ex animo deturbandæ nullam impendisti diligentiam? Dicit Paræmiastes, Filius solers, obedit patri suo: filius autem inobediens, in perditione erit. Rursus, Quia uocaui & non obediistis, sed irrita fecistis consilia mea: igitur & uestræ perditioni insultabo. Erit enim quando inuocabitis me, ego autem non exaudiam. Querent me mali, nec inuenient, quia timorem Domini noluerunt. Comedent igitur fructus uicæ suæ. Iterum, Ne impiè egeris multum,

A simili ar
gumētum.

Homœosis
altera.

multum, & ne sis durus: ut ne moriaris in tempore non tuo. Rursus, Qui declinat aurem ne audiat legem, ipse quoque in oratione sua execrabilis. Alius, Qui renuit custodire disciplinam patris sui, excogitabit locutiones malas. Et, Semmans peruersa, metet mala. Inerudito enim occurrit mors. Hieremias, Conuertimini ad me, dicit Dominus: & non erat qui audiret nos. Apostolus, Si quis non obedit nobis, per epistolam hunc notate: & ne cōmisceamini illi, ut confundatur. Idem ad Titum, Sunt multi inobedientes, loquentes uana, & seductores, quos oportet redargui. Ad Hebræos, Abundantiùs autem oportet attendere nos, ne fortè præterefferamus. Ab hac igitur inobediencia quæ præsentaneam adfert mortem sui studiosis, quàm longissimè nos auocemus Charissimi: & spiritualium patrum hortamenta in omnibus consecremur morigeri & obediens, ut illud à Domino audiamus, Qui audit uos: & me audit. Qui accipit uos, accipit eum qui me misit. Ipsi gloria in secula, Amen.

De Obedientia, Homilia. 39.



Vi sincero affectu per omnia, spiritualium patrum monitiones sectatur & obedit, nihil non eorum quæ per se facit, ad Dei transcribit gloriam, & illi uni quicquid laude cū primis dignum magni animi cōtentione conficere potuerit, multa cū alacritate consecrat. Vir planè obediēs tametsi in uita præsentis est, attamen

men ita conuersatur tanquam à mundo extorris & exoticus. Propriam enim uoluntatem renunciando cum à se excusserit, eam perficit liberiùs quæ Domini est. Atque talis in numerum transit Christi confessorum. Nec id assequitur solum, sed & quod reliquum illi est temporis sui incolatus, prorsus uiuit curæ omnis liber. Ad hæc, opere ipso sedulum se probat Domini imitatorẽ. Ipse enim factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Obedientiæ
definitio.

παντελὴς
ἀπαρχή.

Sanè obedientia est, qua quis persuadetur & obedit citra ullam diiudicationem, adeo ut quod superioris imperio imponitur, iucundus quis & alacer, non item turbulentus expleat. Obedientia renuntiatio ppriæ est uoluntatis, nulla non sui parte perfecta, quæ solo moderatoris sui annutu ad quiduis operandum nihil turbulentè mouetur. Ad explenda opere mandata, obedientia primum sortitur locum. Inter eas uirtutes quæ hominem uelut manuducunt & instituunt ad pietatem, quiddam egregium in se complecti perspicitur obedientia. Hæc stultam illam sui existimationem siue arrogantiam aspernatur. Iure quidem, parens modestiæ cum sit atque humilitatis. Principium enim diuinæ est dilectionis. Vnde & Dominus iuxta rationem dispensationis usque ad crucem & mortem, patri suo obediuit: in hoc, ut eos quos comperiet in hac uita inoffensum obedientiæ tenuisse callem, ad æternam illam reuehat uitã. Quis non talem demiretur ac beatum prædicet? Quin potiùs, quis non hanc admirabilis uitæ rationem studeat æmulari? Voluntatem propriam à te excidere, perinde est ac si proprium fundas sanguinem: sed & hæc homini imputatur

pro

pro uictima. Functio hæc, hoc munus uiri planè est & prudentis & perfecti. Id quod clarissimè docet nos Esaias, dicens: Si non feceris uoluntatem tuam in die sancto, & non extuleris pedem tuum ad opus, neque locutus fueris uerbū in ira, eris fiduciam habens in Domino & cibabit te bonis terræ. Salomon item, Filius fui & ego patri obediens, & dilectus in conspectu matris meæ, qui docebant me dicentes, Confirmetur sermo noster in corde tuo. Alius insuper, Qui custodit mādatum, conseruat animam suam: qui autem negligit uias suas, morietur. Rursus, Beatus uir qui timet omnia per circumspectionem. Qui enim custodit mandatum non sentiet quicquã mali. Proinde Petrus per epistolã dicit, Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Dominum. Et, Famuli subiecti in omni loco, dominis non solum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Similem in modum Paulus, Filij obedite parentibus. Et, Serui obedite carnalibus dominis uestris, non ad oculum seruientes quasi placentes hominibus, sed in timore Dei. Alio item loco, Propter hoc scripsi uobis, ut intelligatis probationem uestram, si in omnibus obedientes estis. Rursus, Vestra enim obedientia ad omnes peruēnit. Et de Domino, Et quidem cum esset filius, didicit ex ijs quæ passus est, obedientiam: & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Dominus denique ait, Descendi de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, patris. cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

ἐργασίᾳ
ὑποϋῖ.

κατὰ τὴν
σὴν νό καὶ
τασίν.

τότω λέγ
γε τόβω
timore.

p

De ca-

Reruicax & perplexa est affectio isthæc calumnia, uerius dixerim esse diabolicam, secundū id quod de ea in Psalmis dictum est, Humiliabit calumniatorem. Tales nemini conciliantur, infidi cum sint, & per hoc Deo inuisi maximè. Illorū accensendi sunt consortio, participio nec dispari hæreditati qui ueritatē ipsam perfidissimè prodiderunt, denique cruci affixerunt, hoc est Dominū nostrum Iesum Christū. Ipse enim dixit, Ego sum ueritas & uita. Cauet enim lex, ne unus & solus consistat testis, ad perhibendum testimoniū aduersus peccatum omne, quo quis peccauit. In ore, ait, duorū aut trium testium stabit omne uerbum. Sed & Saul præceptum hoc cum ueluti obiecto cubito à se fuisset amolitus ac repudiasset, ad unius Sycophantæ Doëch Syri testimoniū, tercentum sacerdotes Domini peremit. Rursus edicto cauet, ne quis proximo suo faciat calumniam. Paræmiastes item, Qui calumniatur pauperem, exacerbat eum qui fecit illum. Inducit, Gloria est uiro qui auertit se à cōuitijs: qui autē imprudēs est, immiscebitur his. Dauid, Mibi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia dolos cogitabant. Idem supplex orat eximi siue redimi à calumnijs hominū, atque hinc promisso obstringit se ad custodiam mandatorum Dei. Rursum, Protege me à conuentu malignantiū, qui quidem exaceruerunt ut gladium, linguas suas. Inducit, Beatus uir, cui non imputabit Dominus peccatum, neque est in ore eius dolus. Alius, Qui calumniam struit pauperi aggrauat sua ipsius

Doëch dic
Doëch.

ipsius peccata. Paræmiastes, Qui ad impietatē fortis est, calumniatur pauperes. Iterum, Leo esuriens & lupo sitiens, qui cum sit pauper, tyrannide premit gētem pauperulorum. Et, Rex indigens prouentuum magnus est calumniator. Et, Qui fodit foueā proximo, incidet in eam. Ecclesiastes, Conuertere ego me & uidi uniuersas calumnias quæ sunt sub sole. Et ecce lachrymæ eorum qui opprimuntur calumnijs, & non est qui consoletur eos. Rursus, Calumnia circumagit ac perturbat sapientem & perdit generositatem eius. Dominus autem saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Præmuniamus igitur nos ipsos fratres mei aduersus calumniam nulla non sui parte pestilentem ac pernitiosam, eorum atroci supplicio exterriti qui ambitiosiore studio eam excoluerunt. Aduersum hanc melicū illud & perquā suaue Pauli uerbum cum eodem cantillemus, Persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsēma usque adhuc: ut ne cum Iudæis qui Christum in senso atque hostili oderant animo, compari multemur damnatione. Isti ad Pilatum cum uenissent, exerta uoce aduersus Dominum dicebant, Hunc inuenimus subuertentem gentem & prohibentem tributa dari Cæsari, dicentem se Christū regem esse. Ipse autem ut agnus innocens loganimi tolerātia cuncta perferebat. Ipsi gloria in secula, Amen.

ἐθνος ὡς
ὡχρῶν

ὡς ἰσχυροὶ

De

p 4

De furto, Homilia. 41.

Dæmon hic improbandi furti reprobus artifex
 primùm quidē à uilibus & exiguis rebus au-
 spicium sumit suæ artis. Atquē temporis pro-
 gressu ad magna sensim prouehitur, ac tandem in difficil-
 lima quæque desinit. Eorum enim quæ fiunt unumquodque
 à minimo suum capit exordium. Vbi autem ea res, sumpta
 paulatim alimonia adoleuerit, grandescit iam quotidiana
 accessione. Malitiæ enim istius deploratissimæ ars rete
 quoddam est miris technis implexum & inuolutū. Qui a-
 liquousque se iam fuit hoc implicari laqueo, si quidē cun-
 ctetur & negligat his tricis explicare se & euoluere, om-
 ni mox ex parte adstringitur. Dum enim extenuat furti
 grauitatem: secum admurmurat tacitus. Parua sunt hæc,
 nihil hæc sunt, non est peccatum: ac ita deinceps inuales-
 cente consuetudine, Gangreuæ in morem, in hulcus fœdissi-
 mum proserpere inuenitur. Consuetudo enim, ait ille, alte-
 ra est natura. Ecquis tandem ab hac furandi consuetudine
 quantiscunque laboribus eximitur & emancipatur, uel se-
 mel ab ea edomitus? ni forsitan is non perfunctoriè ac nullo
 remorante pudore, Christi Domini supplex procidat pe-
 dibus per orationem, ieiunium, & eleemosynam exerta
 uoce dicens Iesu, Tu mi Domine libera quæso me, ut olim
 liberaisti latronem unā tecum cruci affixum. Leui insuper
 & Zacchæum publicanos. Neesse proinde sit hunc talem
 ad Dominum lachrymas præmittere & offerre. Etenim
 lachrymæ illi perquam acceptæ sunt. Simul enim Deus ut
 istius uidet pœnitentiam, bonam mox aspirat cordi cogita-
 tionem,

Arist. i. eth.

tionem, ut ne impostherum quicquam male concupiscat eorū
 quæ in peculio sunt proximi. Quisquis igitur ab hac exle-
 ge & iniqua operatione non magno admodum negotio cu-
 pit emancipari & libertate perfrui: sanè is per eleemosy-
 nam & frugalitatem siue parcimoniam uictus, per oratio-
 nem & futurorum spem neutrobì uacillantem facillè uoti
 fiet compos. Qui enim seruat legem, utique ab eo protegi-
 tur & seruatur, qui sanxit legem, Christo. Ne igitur cha-
 rissimi cunctemur ab hoc per se pudendo & ignominioso
 dedecore quam ocysimè emancipari. Hæc enim animi æ-
 gritudo insidēs animo semel, ab eo ægerrimè se sinit auelli,
 cū fur credat aliena per cupiditatem suppilare rem esse
 magnopere expetendā ac delectabilem, inde fit, ut cum ui-
 detur non sua uenatorū more consectari, quæ sui sunt iuris
 perdit miser. Furto mendaciū atq; calumnia pari iugo cō-
 fæderantur. Siquidem lex ait, Non furtum facies, non mē-
 tieris, non calumniaberis proximum tuum. Achar ille san-
 citæ legis istius ac mandati præuaricator factus, furatus
 est ex anathemate militare pallium & linguam auream
 & ducentas didrachmas, atque ob hoc peccatum perierat
 populus, nisi Iosue famulus Domini ad Deum supplex ex-
 clamasset. At hic furtum suū prodidit Iosue, qui & dixit:
 Vt quid turbasti nos? Exturbet te Dominus. Ecquem rece-
 pit fructum de furto præuaricationis. Cum uniuerso siqui-
 dem peculio ipse intercidit ac mortuus est à populo appe-
 titus lapidibus. Zaccharias p̄p̄beta de eiusmodi ait, Et in-
 gredietur maledictio in domum furis & in domum iuran-
 tis & euersio fiet in medio domus illorum. Habet enim fur

Διάκτη-
 μούνης
 per ἰορῖα,
 fortè δ' ἰε-
 λεμμοσύ-
 νης.

Ἄχαρ-
 dic Achar
 Iosue. 7.

γλωσσῶν
 χρυσῶν.

arbitror ua-
 care eius &
 pro ὄρρο-
 πρ̄ legem
 αὐτῶν
 σαμ.

iuramentum, quo se fulcit, ac firmat. Itaque furtum omne anathema est. Parœmiastes, Ad uias impiorum ne accesseris, sed declina ab eis & discede. Sanè impietatis est sibi uindicare quæ alieni sunt iuris. Si enim isti rectà ingressi fuissent, nimirum inuenissent semitas iustitiæ. Iure igitur admonet Paulus, Ne dederitis locum diabolo. Qui furabatur, iam ne furetur: magis autem labore operans suis manibus quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem habenti. Rursus, Nouit Dominus qui sunt eius, & abscedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. Et infert, Si quis igitur se emundauerit ab his, erit uas in honorem, sanctificatum. Per epistolā iubet & Tito, Serui ut sint dominis suis subiecti, utque in oibus sint grati, non item cōtradicientes, non furātes: sed ut omnē fidem demonstrant bonam. Si enim qui ex prius proprijs suppilarunt, talem reportarūt ex furto exitum (Ananiam dico & Sapphiram, ut in apostolicorum actuum historia proditum est): quanto atrocius illos manet supplicium, qui ex alieno compilant & arrōdunt peculio? Eiusmodi enim furtiua compilatio pararia est consilij quo ab ipsa deficias ueritate, magis autem author Dominicæ proditiōis. Scriptum quippe est in Ioannis Euangelio, Dixit igitur unus ex discipulis ipsius Iudas Simonis ille Ischariotes, Vt quid unguentum istud non uenijt trecentis denarijs, & datum est pauperibus? Dixit autem hoc, non quia de pauperibus cura illi erat, sed quia fur erat & oculos habebat, & ea quæ mittebantur, exportabat. Dominus autem nihil non perferebat longanimiter. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De men-

De mendacio, Homilia. 42.

Endacium prorsus interdictū Christianis est.

M Vt enim uera qui loquitur, uerbi ueritatis se nihil obscure declarat esse seruum: ita qui ore nihil dubitat mendacia depromere, mancipem se esse demonstrat uerbi mēdacis, magis uerò patris mēdaci. A quo enim quis uictus est, huic & in seruitutem redigitur, ait Paulus. Sunt enim inter animæ uitiosas affectiones pleræque aliæ, quas uel ipso naturæ sensu deprehendimus esse peccata: mendacium autem ubi assiduitate occalluit atque induruit, ne unus quidē intelligit, quā sit hæc animi agritudo molesta, imò exitialis. Prorsus sanctione diuinæ scripturæ interdici mur mēdacio. Est enim cæteris perturbatio- nibus animæ nō paulo plus adferens molestiæ atq; periculi. Ego enim sum, ait Dominus, ueritas & uita. Adeo se inquit ac defædat quisquis patris diaboli persuasione falsum sibi arrogat nomē. Res enim ipsa luculenter docet mēdaciū à malo pficisci. Qui igitur ueritatē diligit, nihil obscure hic Dominū & diligit. Lex illa prior edicto cauet: ne quis aduersus proximū, falsum dicat testimoniū: eadēq; iubet, uerbum omne iniquum ut auersere. Sed & sapiētia, Os quod mētur, occidit animā. Rursus, Ne exares & cōcines mendaciū aduersus fratrem tuū, & ne uelis mentiri omne mendaciū. Assiduitas enim eius non cedit in bonū: Rursus, Accedit mendaciū testis iniquus: immittit accusationes in mediū fratrum. Esaias item de illo nunq̄ nō mēdaci populo ad hæc loquitur formulā, Propter malitiā labiorū, per linguam alterā. Rursum, Et posuimus mendaciū spem nostrā,

Pendet sen-
tentia.

& men-

Defit hic, filii alieni mentiti sunt mihi. **Q**ue mendacio protecti sumus. Sed & Hieremias, Quia mendacium & non fides inualuit super terram. David quoque, Filij alieni inueterati sunt & claudicauerunt à semitis suis. Siquidem qui alieni à ueritate sunt, utique claudicant, nempe à rectitudine uia, quæ Christus est, transuersi ac detorti. Ego enim sum uia & ueritas, ait Dominus. Et illud, Inimici Domini mentiti sunt ei, quapropter odio habet omnes qui operantur iniquitatem. Et, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et, Quia mentita est iniquitas sibi. Labia enim dolosa in corde & in corde locuta sunt mendacium. Quin sapientissimus Salomon Deo ait, Duo sunt quæ peto, ne deneges siue auferas à me priusquam moriar, Sermonem uanum ac mendacem longè fac à me. Abominatio enim apud Dominum labia mendacia: qui autem fidelis est, acceptus est apud Deum. Et, Qui nititur mendacijs, hic pascet uentos. Mendax enim lingua odit ueritatem. Et, Testis mendax non erit impunitus: qui autem defert iniuste, non saluabitur. Et, Testis mendax peribit: uir autem obediens qui sibi cauet, loquetur ueritatem. Et, Ne sis testis mendax aduersus conciuem tuum, hoc est aduersus confidentem: & ne dilateris labijs tuis. Alius item, Reprehensio mala, mendacium in homine: qui autem fidelis est testis, non mentitur. Item, Innocens credit omni uerbo: ueteratorem autem & astutum poenitebit. Et, Non conueniunt stulto labia fidelia, neque iusto uerba mendacia. Inducit, Eligibilis quid est fur, quàm qui assidue mentitur. Apostolus item Paulus, Loquimini ueritatem unusquisque cū proximo suo. In actibus quoque Petrus Ananiæ dixit, Vt quid impleuit

Satanas

Satanas cor tuum, mētiri te Spiritui Sancto, & fraudare de precio agri? Inducit, Nō es mētirus hominibus, sed Deo. Iacobus, Quum amarum zelum habeatis in cordibus uestris: nolite gloriari & mentiri aduersus ueritatē. Sed & Dominus de Antichristo, Quum enim loquitur, mendaciū ex proprijs loquitur: quia mēdax est, ut & pater eius. Audita igitur charissimi, diabolici mendacij uituperabili malignitate, quàm longissimè ab illo secedamus, ad complexum uerò ueritatis studio omni contendamus pertingere, qui Christus est Deus noster uerus. Ipsi gloria in secula, Amē.

De inani gloria, Homilia. 43.



Magnus re ipsa declarat exosam se habere Dei gloriam. Ab hominibus enim laudes captat ac uenatur perquam suauiter. Hinc ad eas, secum ambitiosius subsultat ac prægesit gloriosius quàm uel coëpulonum quantuslibet cœtus. Talis ut humani fauoris captator iudicatur. Ab hominibus enim sibi exhibitam gloriam præ gloria Dei diligit, iuxta Euangelistam Ioannem. Sanè ut sunt hominibus apparatus bona per afflictionum tolerantiam: ita & per inanem gloriam atque illecebram uoluptatis conciliantur mala. Radix proin obscenæ ac turpis concupiscentiæ est, ex hominibus aucupari laudem. non quidē ipso statim articulo tentationis: sed tunc, quum exceptas illam, & perquam suauiter admittis. Planè malitiæ omnis artifex uana est gloria simul & uoluptas. Affectio proinde ambitiosior gloriæ istius inanis quàm est multiformis? quàm est malum subtile? Ad eum enim nequit planè interno sci, ut ne ab eo qui uel ten-

q

tatur

tatur, deprehendi facile possint impressiones illius sic insidiosa. Attamen quæ aduersum se instrui bellum initio ipso nouit anima: eiusmodi incursus à se facile remolitur ac depellit, si quidem ad asylum suffugerit orationis. Et quidem isthæc malitia quum tot induat formas, dici uix possit, quàm est difficilis expugnatu. In omni ppè negotio irrèpit clam: in habitu, in elegantiæ formæ, in ipso incessu, in uoce ac sermone, in silentio, in opere, in uigilijs, in ieiunijs, in oratione, in lectione, in quiete, in longamini tolerantia. Per hæc omnia hominem Dei magnopere studet gloria inanis suis cōficere telis. Si quando perspexerit non potuisse se per uesti mentorum luxum profusorem, hominem prolicere ad sui consensum: illum adoritur, ut tentet per uestis sorditiem. Cuius animum nequiuert ad cōsensum elationis deflectere obiectione honoris: hunc eò tollit, ut uel iam consentiat arrogantia, per hoc quòd æquo fert animo se ignominia aspergi. Rursus siquãdo persuadere nequiuert, ut quis magnificè gloriatur, quòd sit eloquens: eundem aggreditur quasi qui requietus sit & taciturnus, ac propemodū inescat & prolicit ad consensum per taciturnitatem. Quem non potuerit ad ambitionem gloriæ emollire per eduliorū sumptus magnificos: hunc dissoluit, laudi propriæ ut consentiat per ieiunium & uitæ frugalitatem. Utque compendio absoluam, nullum non genus exercitationis dæmoni huic reprobo occasione suggerit concienti aduersum nos belli. Denique monachus comperitur honoris esse ambiciosulus, ut qui beneficus sit citra condignam mercedem. Laborem enim sustinuit, nec recepit sui mercedem laboris. Isthæc gloria

gloriæ memento euanescentis cupiditas miserè perdit mercedes debitas uirtuti. Et quemadmodum lapis in aëra con- Simile,
tortus ad cœli usque conuexa nunquam pertingit: ita nec hominis oratio humanos fauores captantis ad aures Dei unquam conscendet. Vir, prudens si est, thesaurum suæque uirtutis laborè occultit ac recondit. Monachus intelligens, ingeniosam & solertem imitatur apiculam. Quos externè A simili ar-
gumentum
selegerit flosculos, defert in aluearium: interne mellificium fauimque operosius conficit. Ne labores tuos humanæ isti gloriolæ exponas uænni: néue futuram gloriam prodas tam uili mercedula nempe ob qualemcunque hominum fauorem. Humana gloria deorsum in puluere suum figit tabernaculum, quare eius laus momento extinguitur ac deperit: quæ autem uirtuti debetur gloria, nullo intercipiatur æuo. Nos igitur charissimi, huic animæ perturbationi locum ne cedamus, nequando nostri dominetur. Cum timore eum exaudiamus qui dicit: Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent. Apostolicam potiùs amulati sententiam, sincero pectore promamus, Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quero hominibus placere? Si enim adhuc hominibus placerem, Christi seruus nō essem. Rursus, Sic loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra. Neque enim, ait, in sermone adulationis fuimus apud uos, sicut & scitis, neque in occasione auariciæ, Deus testis, neque quærentes ab hominibus gloriam. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Dominus commendat. In hunc etiam modum loquitur beata illa Samuelis mater Anna, Ne gloriatur d n c
q 4 prudens

prudens in prudentia sua, & potens in potentia sua, & diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur, si intelligit & facit iudicium & iustitiam. Rex etiamnum Ezechias, hominum gloriam quasi quadam uenatiuncula captans, ac profusione gaudio uictus, suos omnes thesauros Chaldaeis uisendos explicuit. Et ecce in uestigio misit Dominus Esaiam, qui diceret, Ecce dies uenient & sument quae uiderunt omnia in Babylonem, sicut nobis quoque nunc cōtigit. De decore atque ignominia perfusi sumus, & ecce rebellionis calces obtrudimus. Tradidit Dominus fidei nostrae robur, uenerabilem & honore praecipuo dignam crucem Chaldaeis, Sanctuaria nostra in solitudinem redacta sunt. Pulchre igitur Paræmiastes dicit, Melior uir qui ignominia sua seruit: quam qui asciscit sibi alicunde honorem & indiget pane. Rursus, Laudet te proximus, & non os tuum: alienus, & non labia tua. Psaltes item regius, Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt quoniam Deus spreuit eos. Apostolus, Quid enim habes, quod non accepisti? Quid gloriaris, quasi non acceperis? Cretenses item admonens, Non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed quodcumque facitis, ex animo operemini, quasi Domino & non hominibus seruientes. Haec inanis gloriae affectio sanequam uehemens & perplexa est iuxta superiore sententiam. Nullam enim relinquit uirtutum quas operetur homo, cui non impudentius oblectetur seque obijciat. In hoc operam nauat accuratissimam, fructus monachi intercipere ut possit & reddere inuitiles. Habet in se & hoc caeteris periculosius. Inter alias enim animi perturbationes

turbationes constituti, putà in fornicatione & ira, mœrore conficimur nec iniuria, lugemus quoque, oramus in supereximi earum laqueis: aduersus inanem gloriam ne laboramus quidem, nihil nos contristant pellaces illius illecebrae, sed nec Deum obsecramus, nos ut liberet & subducat illius iugo. Sanè blandissimam hanc sed & ueteratoriã intemperiem gloriae inanis oderimus quæso, fratres odio prorsus perfecto, ut ne per eam quancumque nostri labores eant pessum, sintque uacui & inanes frugis bonae. Hominem enim ipsa auocat à Christi seruitute, denique & à fide qua in Deum credimus, transfugam reddit & desertorem, uel teste Domino. Quomoddò, inquit, potestis credere in me, qui gloriam à uobis ipsis capitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non quaeritis? ipsi gloria in secula, Amen.

De superbia, Homilia. 44.

Superbiae aegritudo grauitate malitiae caeteras animi turbilentas affectiones longè exuperat, quam & Deus odit infensissimè, nec ulli prorsus hominum consentanea est aut congruens. Pulchre illi competit & soli, qui nostrae est æmulus salutis, nempe diabolo, ad suam ipsius explendam malitiam, cū per eam deturbatus regno sit caelorum. Is cum gloriosus subsultaret ac praegestiens diceret, Ponam thronum meum super astra caeli, momento inuentus est nō habens ullū tranquillae quietis locum, sed quasi unus aliquis manceps miserrimae captiuitatis, quouis locorum triumphatus ostentatur ad gloriam

Summi Dei. Atque ita peculiaris hic dæmon superbiæ cum præter cæteras affectiones animam miserrimè afflicteret & cruciet: eos tamen omnium maximè impugnat: & ut deturbet atque euertat, aggreditur, qui profectu uirtutum aliquousque iam promouerunt. Superbia, perinde est ac morbus quidam pestilens & tabificus, qui non unum modò corporis membrum, sed corpus ipsum dira putrilagine depascitur, uitiat, conficit. Aliæ enim quantæcumque passiones sint, unam aliquam portionem animæ suis offundunt tenebris, atque eam obturbant: superbiæ intemperies nullam non animæ uim horrenda caligine circumfundit, inque non simplicem ruinam agit præcipitem. Anima enim superbi in præcelsum aliquod ac sublime fastigiū sinitur conscendere, unde commodius decumbetur in subiectam foueam. Ut ramum copia fructuum exuberantè moles onerosa diffringere solet: sic animam generosam multiplicique fœtu uirtutum præfertilem plerumque superbia deicit gradu. Quemadmodum fructus marcore aut carie uitiatus cultori suo nihil adfert cõmodi: ita & superbi oratio nihil ex Deo relatura est frugis bonæ. Ne dederis superbiæ animã tuam, & imagines horrendas atque plenas formidinis non cogèris perspicere. Anima enim superbi Diuino destituitur præsidio, quò fit ut in dæmonum uertatur ludibrium ac deridiculã gratulationem. Menachus superbus arbor prorsus infrugifera est, quippe quæ radicem non habet: eoque uiolentas impressiões uentorum assilientium nunquam feret. Quemadmodum inundantis aquæ bulla mox ut rumpitur, mox euanescit: ita superbi memoria à morte uel mo-

mento

mento deperit atque intercipitur obliuione. Sicut modesti siue humilis oratio Dei inflectit iram: ita superbi deprecatio exacerbat Deum. Quicumque turgentes superbiæ tumore ac dissidentes cum fratribus, deirectant inperium: eandem cum diabolo conferunt pugnam. Neque enim naturalis est superbia, sed contumacissimi dæmonis simulacrum, attestante scriptura, Non concreata est homini superbia. Rursus, Sedes principum superborum destruxit Dominus. Principium enim superbi hominis est recedere à Domino: quia initium peccati, superbia: & qui tenuerit illam, inundabit in illam abominatio & in fine subuertetur. In lege item scriptum est, Anima quæ quiduis fecerit in manu superbiæ, exteretur de populo. In Esaiâ, Et disperdam omnes superbos. Psaltes regius, Ideò tenuit eos superbia in finem, quia operti sunt iniquitate & impietate sua. Et, Defecerunt & perierunt propter impietatem suam. Et, Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Unde & omni studio usi sunt, sancta tua ut demolirentur, sanctuaria tua in solitudinem redigerent. Cæterum tu alleua manus tuas in superbias eorum in finem, ut confundantur superbi, quia iniuste & iniquè egerunt contra nos. Semper enim superbi isti, quemadmodum patres eorum in eremo nimisquam præuaricati sunt legem tuam. Atqui seruus tuus Dauid non declinauit à lege tua, nec cum superbo oculo & insatiabili corde simul edebat, & ne omnino talis habitabat in medio domus illius cogitatio uidelicet ulla resipiens superbiã. Paræmiastes, Timor Domini odit malitiam, contumeliamque & superbiã ac uias prauas. Inducit, Quanto maior

es,

Tolluntur
in altum, ut
lapsu gra-
uiore ruat.
Homocosis.

Similitudo
elegans.

ἐξου. β. γ. δ.

σδ.

εἰς τὸ τέλος

pro κακίαν
Ald. exem.
habet ἀδ
κακίαν iniu-
stiam.

es, tantò humilia te ipsum, & inuenies gratiam in conspe-
ctu Domini. Et, Ne exaltes te ipsum, ut ne cadas: quia odi-
bilis ante Dominum & homines omnis superbus. Iacobus,
Dominus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.
Infert, Humilianini igitur sub potèti manu Dei, ut uos ex-
altet. Timeamus itaque fratres & omni custodia cor hoc
nostrum liberum conseruamus ac purum exitialis & mor-
tiferi spiritus superbia. Si quando enim illius tyrannis ad-
uersus miserabilem proorsus animam inualuerit, haud secus
facit ac si tyrannus quispiam supramodum ferox & im-
manis unam aliquam ciuitatem & amplitudine loci & si-
tus sublimitate celebrem uelut per manus captā à funda-
mentis totam subruit, æquatam solo suffodit. Longè &
hoc omni comploratione dignissimum. Execrabilis siquidem
dæmon hic uiros ut mihi dictum est, in perfectionis culmine
iam constitutos ac maximè qui sublimis theoriæ merito ad
cælorum usque fastigium conscendisse uidebantur, modis
omnibus admolitur, ut subruat ac præcipitet. Sed ne illos
quidè post lapsum sunt ad pœnitentiæ portū ceu postliminiò
reueriti. Quo enim pacto isti ad pœnitentiæ ac resipiscen-
tiæ sinum se conferāt, qui totum diabolum in se excipientes
per superbiā, Deū per hoc colluctatorem sibi cōstituere &
aduersarium? Nos igitur humilitatis præsidio subnixi prin-
cipem hunc superbiæ omnis à nobis quàm longissimè proflig-
gemus & amoliamur, nobiscum taciti musitantes illud A-
postoli elogium, cum quidpiam operis confecerimus uirtu-
tis nomine dignū: Non ego autem, sed gratia Dei mecum.
Iterum, Non uolentis, neque currentis: sed miserentis Dei.

Sed

Sed & illud à Domino dictum arcana cogitatione aduer-
sum superbiæ tentationem admurmurandum uenit, Sine me
nihil potestis facere. Ita enim ab eodem Domino prome-
rebimur audire & illud, Videbam Satanam tanquam ful-
gur de cælo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcan-
di super serpentes & scorpionem & super omnem uirtu-
tem inimici. Clementem & benignum Deum addecet glo-
ria in secula seculorum, Amen.

De specie superbiæ qua quis de se quàm sit
par, sentit altiora, Homilia. 45.



VI de se quàm æquum sit, sentit altiora, cō-
plex utique superbi est & eodem conspirat.
Ad uaniglorium tamen collatus nonnihil e-
uariat & abit diuersus. Et quidè unius ar-
boris quum sint rami, fructus utriusque habent discerniculi
aliquid. Nam hic ut ne uideatur, propendet in terram de-
cliuis: ille uerò uanæ gloriæ ramus in cælum usque prospe-
ctat. Hic fidem ut cōmodet uanis, mirè alacer ac credulus:
ille ad confectanda gulæ irritamenta agilis admodum &
expromptus. Vis dicam? Planè infrugi isti fructus & in-
utiles. Qui enim animas nostras in fensè oderunt dæmones,
quibusdam insufurrant ac suggerunt, quasi gratuiti benefi-
cij loco nobis eam instillent & cōferant animi inflationem.
Deinde ut indulgentiùs solitò nos ipsos laxemus, adhortan-
tur. Quòd si animo præmolliti locum cesserimus stultæ isti
de nobis existimationi, nihil est quòd deinceps inimici la-
borent ut nos in captiuitatem abducant. Prouidè dum igi-
tur ne uel tempore orationis nostræ, ipsi occasionem ullam

r

insultandi

ἡ δὲ πρὸς τὸν
 ἄλλοις pro
 quo alii le-
 gunt ἡ δὲ
 ἰσχυρῶς
 ne stupes-
 cas.

insultandi nobis demus inimico, quod fit dum extrahimur
 mente, & per eorū suggestionem absurdis prorsum & ex-
 ternis inescamur cogitationibus, quæ admodum docet Paræ-
 miastes, Noli altum sapere, & ne sis iustus multū, & ne sa-
 pias superflua: ne fortè declines. Et, Altam qui facit domū
 suam, quærit contritionem: qui autem renuit discere, incidet
 in mala. Rursum, Immundus est apud Dominum omnis qui
 alto est corde. Iterum, Ne gloriosus appareas coram rege:
 & in locis principum ne steteris. Melius enim, ut dicatur
 tibi, Ascende ad me: quā ut humiliet te coram principibus.
 Alius, Ne gloriemini & ne loquamini sublimia ad fastum,
 neque egrediatur uerbum iactantiæ de ore uestro. Paulus
 quoque Timotheo ait, Diuitibus huius seculi præcipe non
 sublime sapere neque sperare in incerto diuitiarum, sed in
 Deo qui præstat nobis omnia abunde. Alibi, Fratres nō al-
 ta sapiētes, sed humilibus cōsentientes. Romanis item, Dicis
 ergo mihi, fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene, Propter
 incredulitatem fracti sunt: tu autē fide stas. Noli altū sa-
 pere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis nō peper-
 cit, ne fortè nec tibi parcat. Nos igitur synceriter ea ipsa
 quæ opere perfecit Dauid, melico concentu emodulemur:
 Domine, nō est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi
 mei. Neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super
 me: sed humiliter sentiebam, sicut ablaētatus super matrem
 suam. Consimilem in modum cum tribus illis pueris, Quia
 Domine imminuti sumus super omnes gentes, & sumus hu-
 miles hodie, ppter peccata nostra. Quis enim gloriabitur
 mundum se habere cor? Aut quis p̄fitebitur purū se esse à
 peccatis?

peccatis? Si enim iniquitates obserueris Domine, Domine
 quis sustinebit? Quia apud te p̄piciatio est. Vt hanc planè
 melicā harmoniā recinētes, corde syncero, ab ipso Domino
 audire p̄mereamur: Qui se humiliat, exaltabitur, & qui
 de se quā par sit, sublimius aliquid sentiunt, coarguentur:
 ut & Pharisei ab ipso saluatore nostro, qui & illis dixit,
 Vos estis qui iustificatis uos ipsos in cōspectu hominū, Deus
 autē nouit corda uestra, quia quod inter homines altum ui-
 detur, abominatio est apud Deum. Dicit proinde discipulis
 suis, Amen, amen dico uobis nisi conuersi fueritis & effi-
 ciamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnū cælorū. Infert,
 Quicūq; igitur humiliauerit se sicut paruulus iste, hic ma-
 ior est in regno cælorū. Ipsi gloria in secula, Amen.

Apud temetipsum nequid de te magni cōcipias, Ho. 46.

M Agnum quiddam de se sentire aut insolescere
 & sibi placere, uituperabile est. Eiusmodi ela-
 tione animi insolescentis sacræ scripturæ de-
 creto interdicimur, cum talis iure in censu numeretur im-
 prudētium, magis uerò stultorū. Ait enim, Stultus apud se-
 metipsum uidetur sapiens. Nihil igitur charissimi nobis sit
 curæ flaccidā hanc & inanem assequi prudentiam: magis
 uerò illorū doctrinā uirorum, quos spiritus afflauit, in ar-
 mariolo memoriæ pressius recondamus, putā modestiā ani-
 mi quā humilimade se sentiētis, atq; eorundē ingrediamur
 uestigijs, nec ullā ob rem corde efferamur aut insolesca-
 mus omnino, non propter operis solertiam, idoneitatem si-
 ue industriam, ordinem, iurisdictionem siue rerum admini-
 strationem, non ob sermonem sapientiæ, siue multiplicem
 r ij scriptu-

scripturarum intelligentiam ne forte Domini aduersus nos
 proritemus iram & exasperemus, quâ fiat ut mente emo-
 ta sinamur in spiritum deuolui atque incidere blasphemiae.
 Sanè præstiterit, te ut tradas in discipulum, tametsi multa
 orueris prudentia. Dispensatio enim Dei incomparabiliter
 commodior atque utilior est nostra hac qualicunque pru-
 dentia, longè enim per omnia plus adfers emolumentum, si ef-
 ficaciter loquaris. Dum enim doces sapientiam, aut sermo-
 nem edisseris absque operis suffragio, ditescis quidè tu, sed
 de iniquitate. Atqui tui isti labores iuxta scripturam, in a-
 lienas cõmigrant domos. Primus Parcmiaſtes per admo-
 nitionem dicit, Esto fiduciam habens ex toto corde tuo in
 Dominum: ob tuam autè sapientiam ne eleueris. Et, Ne sis
 prudens apud te metipsum. Time uerò Dominum & decli-
 na ab omni malo. Et, Ne glories in crastinum. Non enim
 scis, quid paritura sit crastina dies. Rursus, Fili si sapiens
 fueris, tibi metipſi sapiens eris & proximo. Si autè malus
 euaseris, solus hauries mala. Iterum, Vidi uirum qui apud
 semetipsum uidebatur esse sapiens. Spem præ illo habebat
 stultus. Rursus, Sapiens apud semetipsum uir diues: pau-
 per autem intelligens condemnabit eum. Item, Filius malus
 sublimes habet oculos: palpebris autè suis extollitur. Scri-
 bit & Iacobus, Nunc autem exultatis in superbis uestris.
 Omnis exultatio talis maligna est. Eodem conspirat illud
 Pauli, Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Esaias, Vè
 qui prudentes estis apud uosmetipsos & in conspectu ue-
 stro scientes. Psalteres item regius, Dominus scit cogitatio-
 nes hominum, quoniam uane sunt. Et, Dominus dissipat
 consilia

Apud te metipsum nequid de te magni cõcipias, Ho. 46. 67

consilia gentium, reprobatur autè cogitationes populorū &
 reprobatur consilia principum. Corinthijs per epistolā Pau-
 lus, Et ego, ait, quando ueni ad uos fratres, nõ ueni in sub-
 limitate sermonis aut sapientiae, annuntians uobis myste-
 rium Christi. Non enim iudicauim me aliquid scire inter
 uos nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Et ego in in-
 firmitate & in timore & tremore fui apud uos. Inducit,
 Non in doctis humanæ sapietiae uerbis, sed in doctrina Spi-
 ritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis au-
 tem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia
 enim est illi & non potest intelligere, quia spiritualiter ex-
 aminatur. Spiritus autem diiudicat omnia & ipse à ne-
 mine iudicatur. Rursus, Confidentiam talem habemus ad
 Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis
 quasi ex nobis ipsis, sed idoneos nos fecit ministros noui te-
 stamenti non litera, sed spiritu. Litera enim occidit: spi-
 ritus autem uiuificat. Iterum, Ego meipsum nondum arbitror
 comprehendisse. Vnum autè, ea quæ sunt retro, obliuiscens:
 ad ea uerò quæ sunt priora, extendens meipsum. Sanè hanc
 Apostoli modestiam sese ad eum modum demittentis pro
 uirili fratres imitemur ac desinamus magnificè de nobis ip-
 sis sentire ob qualemcunque nobis indultam sapientiam &
 intelligentiam, parabola exterriti, quam induxit Dominus
 de Pharisæo sese gloriosius uenditante atque Publicano.
 Ait enim, Stans Pharisæus apud semetipsum hæc orabat,
 Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum
 raptores, iniusti. Aut etiam ut hic Publicanus. Publicanus
 cõtrà percutiebat pectus suum dicens, Deus propitius esto
 mihi

mibi peccatori. Inducit, Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis quam ille. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Neminem debere contemni, Homilia. 47.

Nentiquam fas sit ullum hominum continere aut illius imminuere famam, aut certe aduersus alium sese efferre impotentius, puta quod idiota sit, nec agat pro potestate sed priuatus, aut quia deformis est, cunctator & ignauus, peccator, rudis & inscius literarum. Denique ob similem quacumque causam. Quos enim nihili ducimus & aspernamur, Deus clementer respicit: & quorum imminuimus famam, illos Dei benignitas reuocat ad moderatam uitae temperiem. Rursus, Si quod accepisti spirituale donum, puta sermonem sapientiae aut scientiae, aut doctrinae, aut prophetiae aut ministrations: benedictus Deus, per omnia diues, Deus inquam qui dat omnibus hominibus, nec improperat. Tibi interim prospiciendum, nequando hoc nomine eleuare aduersus proximum insolentius. Isthaec enim gratia temporaria cum sit, non est penes te unum permansura. Tales Dominus abominationi habet & execratur. Donum quodpiam sortitus accepisti, Dei benignitate? Fac, illud impertiare communiter & administras spiritualibus. Vtique isti per suasum habent & pro coperto, quia quae dicis tu, Domini utique sunt, idque ad aedificationem cum omni modestia & mansuetudine: quod ad commune omnium cedit magnopere commendanda utilitate. Scriptum quippe est in Prouerbijs, Ne laudaueris uirum in specie illius: & ne abomineris hominem in uisu eius. Breuis in uolatilibus apes, & initium dulco-

ris, fructus eius est. E diuerso, Multi tyranni sederunt super pauimentum, insuspicabilis autem portauit diadema. Sed & in primo regnorum de filiis Iesse, dixit Dominus Samueli, Ne respicias ad uultum eius, neque ad habitum magnitudinis ipsius: quia abieci eum, quia non sicut uiderit Deus, uidebit homo. Homo enim in faciem prospiciet, Deus autem intuetur cor. Et adduxit Iesse septem filios suos, utique potentes robore, neminemque ex istis elegit Dominus, nisi adulescentulum illum Dauid, qui in hominum quidem prospectu, in nullo uidebatur censu numerandus, at apud Deum magni habebatur loco suffragij, ut qui mansuetus erat admodum & modeste humilis, cui & secundum haec testimonium reddidit Deus dicens, Inueni Dauid filium Iesse, uirum secundum cor meum. Sed & in regnorum quarto, dixit Esaias propheta ad Ezechiã, Contempsit te uirgo filia Sion, Super te caput mouit. Inducit, Non ingredietur ciuitatem hanc. Et exijt angelus Domini & interfecit de castris Assyriorum centum octoginta quinque milia. Dauid item, Et ego factus sum opprobrium illis, uiderunt me & mouerunt capita sua. Et, Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Iob quoque, Nunc autem citbara sum eorum & me in puerbium habet. Cumque hunc in puerbium deridiculi uicem habuissent, tunc illum multo copiosius extulit in sublime. Parce miastes uere, Diuitiae addunt multos amicos: pauper autem etiam ab eo quae erat, destituitur. Plane haec assentatorum sunt & uetri suo seruitium quae in haec solum quae temporaria sunt, defigunt aciem mentis ac suspiciunt uenerabundam. Atqui pauperis interim sapientia continetur, nec ipsius sermones exaudiuntur. Haec quis dubitet esse eorum qui tori extuberant ac turgent tumore superbia? Simile quid ex Euangelio, Quum uenisset Iesus in

patriam suam docebat sabbatis in Synagoga eorum & dicebãt. Vnde huic talia? Et quæ sapientia data est ei? Sed & uirtutes tales per manus eius fiunt. Nũquid nõ hic est fabri filius? frater Iacobi & Ioseph? Et scandalizabantur in eo. Ipse autẽ malorum omnium immemor nihil non tolerabat mitissimus. Ipsi gloria in secula, Amen.

Hæc Matheus sub finem. c. 13.

Ne quempiam derisui habeto, Homilia. 48.

Derisui habere unum aliquem atque cõtemptui, parile quidem iugum est & unum. Vtrũque enim uicissim & absurda atque indecẽtia arat & loliaceos demetit zizaniõrum fructus in combustionem ignis. Contingere id mali nobis consuevit per hoc quod ad expendenda propria peccata tam lentescimus oscitanter, quod de eis nihil anxie ac sedulo recogitemus, nec formidabilem illũ iudicij diem sollicita pensitemus mẽte, quo quidem die nudi necesse sit, ut presentemur iudici & magno tremore inhorrescẽtes. Nemo nõ illic pro se est respõsurus ac pœnas depensurus non operũ modò, sed & uerborum, cogitationum, arcanarũ insuper animi motionũ. Horũ memoriam si sedula cogitatione renouaremus, nullus nobis resideret locus sic insolescendi per iactantiam, nullo unquam tempore per arrogantia efferremur aduersus tanto nobis meliores. Non conuenit fratres mei nos qui ingenuẽ Christianos profitemur, hanc improbandæ uitæ sectari formulam, ad quam uiuunt isti, qui spem omnem à se dispunxerũt futuræ illius resurrectionis: imò luctum magis exercea-

mus

mus præferuido lachrymarum defluuiõ madẽtem, quarum gratia nos Dominus ab amaritudine liberet supplicij æterni. Beati enim qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur. Planẽ, qui sua luget peccata, huic nullus relinquitur locus, alterũ ut derideat aut deridiculis sannis aspergat & exacerbet fratrem. Audi enim, quid dicat Parœmiastes, Ne deriseris hominẽ in amaritudine animæ suæ. Et, Qui deridet pauperem exacerbat factorẽ eius. Rursus, Oculũ eius qui deridet patrẽ, & qui inonorat senectutẽ matris effodiẽt corui conualliũ. Malignos & obliquos in uias obliquas mittet Deus. Rursum, Qui deridet ciues suos, in deminoratione sensus erit: uir autem prudens tacet. Iacobus admonens dicit, Quis sapiens & sciens inter uos? Ostendat per bonam conuersationem opera sua in mansuetudine sapientiæ. Paulus, Turpitudõ, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinent, ne nominetur quidẽ in uobis. Multo igitur profuerit derideri te, quàm unum aliquem ut ipse derideas. Iusti enim derisui ac ludibrio haberi solent, non item deridere. Traduntur enim in manus peccatorum, iuxta beati Iob sententiam. Et melicus ille concentor hymnorum, Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebãt, qui bibebant uinum. Et, Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Domini itaque in terminationem illam pio tremore accensi reuereamur, quia dicit: Væ qui ridetis nunc, quia flebitis & lugebitis. Neminem deinceps habeamus derisui (Derisio enim proximi per hoc fit, quia abest Dei timor): ne audire contingat nos à Domino, Hypocrita eijce primum trabem ex oculo tuo.

ἰδὸν δὲ τὸν
χοῦρον γὰρ
riebãt, nu-
gabantur.

Et

Et rursus, Malus homo de malo thesauro cordis sui profert uerbum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ipsi gloria in secula, Amen.

Non temere condemmandum esse

proximum, Hom. 49.

καταξι=

ut apud

Basilii &

Damasceni

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=

καταξι=



D Ronuntiare in fratrem damnationis sententiam, nunquid non cætera suapte malignitate antegreditur? Nam quos sic temere condemnare uidemur, ad eò illos non grauamus, ut

alleuemus magis, dum interim quæ illos urgebat, molem iudicij in nosmet nostra temeritate reclinamus, & comperimur in nos ipsos eam damnationis censuram detorquere.

Omni itaque studio dilectissimi prouidendum nobis, ut ne quem condemnemus. Quanto enim dedecore digni nos, qui cum incurabili ex se morbo laboremus, cū animas habeamus bulceribus nullo propè remedio sanandis miserè sugillatas, cum simus debitis obnoxij nulli explicandis (tam multa sunt) aliena interim minutula errata excutimus curiosius, ac tota mentis acie contemplamur & exploramus?

At ne fornicarium quidem debes sententia percellere dānationis, is modò sibi imposterum temperet à fornicatione & ad uitæ melioris se recipiat frugem. Operationem ipsam fornicationis, bonum ut uites: eum qui id admisit flagitij, ne concerpas amarulentiùs. Qui enim dixit, Non occides, utique & illud dixit, Non condemnabis. Quòd si condemnas, iam per eadem iudicas, per quæ & condemnas.

Atquè ne uiquam nostræ est functionis de salute ullius, iudicio uel condemnatione decernere: sed illius & planè solius,

lius, qui intimos recessus cordis nostri clarissimè nouit, & retrusissima quæq; naturæ totius intelligit perspektissimè. Quis porrò gloriabitur mundum se habere cor? aut, Quis omni cum fiducia ausit dicere: Mundus sum à peccatis? Ne igitur sic temere & in expense eorum qui peccant, desperemus salutem, tametsi ad extremam usque lineam prouecti iam sint malitiæ & improbitatis, etiā si tales omni uirtutum destituantur præsidio, & à se pudorem quàm longissimè ablegarint, licet naturæ istius cōspiciuæ elegantissimum quemque ordinem peruerterint ac pudendis flagitijs corruperint. Par est enim credere tales aliquando experrectos & à graui quo premebantur, ueterno excussos ad Deum erecturos esse aciem mētis, & tantò propius se aduoluturos pedibus Domini, quantò se longius disiunxerant. Esto, quis labitur: (non iam de anima loquor) quis quæso est, qui non uel lingua sua peccauit? Nos igitur quæ præscripsimus, hæc cogitemus attenti, nimirum proprios defectus ut lugeamus, lachrymarum aspergine obliteremus, Deum precemur supplices, & per hæc ab inueterata & cariosa peccatorum putredine nos ipsos expurgemus. Nec solum, sed & alienæ cōpatiamur calamitati atq; indolescamus ex animo, eorum maximè qui nobis germanitate iunguntur uel generis uel fidei quæ in Christum est, eoque sunt concorporæ. Per hæc sanè quis Dei possit sibi conciliare & emereri gratiam. Apostolus proinde per epistolā ait, Tu quid iudicas fratrem tuum? Aut etiam cur spernis fratrem tuum? Omnes enim præsentabimur ante tribunal Christi. Itaque rationem reddet suorum factorum unus-

quisque Deo. Ne igitur in posterū inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculū fratri aut scandalum. Infert, Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas. Scimus enim quia iudicium Dei est secundum ueritatem in eos, qui talia agunt. Rursus, Scimus autem eum qui dixit, Mibi uindictam ego retribuam, dicit Dominus. Quia iudicabit Dominus populum suum. Haud aliter Iacobus hæc colligit, Unus est legislator & iudex, qui potest saluare & perdere. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Rursum Paulus, Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo Domino stat aut cadit. Stabit autem. Potens enim est Deus statuere illum. Dominus bis concinit, Nolite iudicare, ut non iudicemini. Nolite condemnare, ut non condemnemini. Ipsi gloria in secula, Amen.

Nemini dandum esse scandalum, Homilia. 50.

QUANI custodiam fratres nos ipsos conseruemus atque aduigilemus, ne cui demus ullā scandalosi siue offendiculi occasionem, liberi ut simus atq; immunes miserrimæ illius calamitatis, quæ talibus apprecati sunt cum prophetæ, tum apostoli. Nec solum, sed & Dominus noster Iesus Christus. Primus se offert propheta Abacuc, Væ (ait) qui potat proximum suum euerfione dolosa. Ecclesiastes item, Qui fodit foueam proximo suo, incidet in eam. Et, Qui uoluit lapidē, super se uoluit.

uit. Et, Qui demolitur sepem, mordebit eum coluber. Parcomiastes, Circuncide abs te os prauum, & labia iniqua longè fac à te: quia coram oculis Dei sunt uicæ uiri. Apostolus quoq; ad Hebræos ait, Terra enim sæpe bibēs imbrem super se uenientem & pariens herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autem spinas & tribulos, reprobæ & maledictioni proxima est, cui us finis in combustionem. Hæc planè differebat istis de scandalo, quo fidei acceptæ segetem præmebant: qui semen quidem uerbi acceperant, sed illud spinarum instar aculeatis cogitationibus præfocabāt nihil proinde referentes frugis bonæ. Idem & Romanis, Obsecro igitur uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones, & offendicula faciunt, præter doctrinam quam uos didicistis & declinate ab eis. Tales enim Domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo uentri: & per suauem sermonem & benedictionem seducunt corda innocentium. Iterum, Videte ne forte potestas uestra offendiculum fiat infirmis. Si quis enim uiderit te qui habes scientiam, in idolio recubentem, nunquid conscientia ipsius cum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolothyta? Inducit, Et peribit infirmus frater in tua scientia, pro quo Christus mortuus est? Atque ita ipsorum percutientes conscientiam in Christum peccatis. Rursus, Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo: quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Dominus porrò aduersus tales pronuntiauit dicens, Qui scandalizauerit unum ex his pusillis, & cætera. Dico uobis quia

angeli eorum in cœlis uident faciē patris mei. Rursus, Væ mūdo à scandalis. Et, Veruntamen Væ homini illi, per quē scandalum uenit. Benignum & clementem Deum nostrum addecet gloria in secula.

Vt neminem afficias probro aut dedecore,
magis autem optes affici. Holia. 51.



QUI contumeliosus in proximum, opprobrat quidpiam delicti: suis ipse quæ alteri intexuit & adornauit, irretietur retibus. Iure quidē. Quod enim seminat quis, hoc & metet. Is siquidē medio in discrimine destituitur Dei præsidio, quod per elationem mentis adeò non indolescit calamitati alienæ, ut etiam inclementer insultet. Is ut plurimum in eandem ruinā nec semel prolabetur ni erratum suum confessus, per pœnitentiam Deum sibi conciliet & reddat propitium. Ille uerò in quem intortum est contumeliosus opprobrium, si quidem eam contumeliam imperturbato animo exceperit & cum gratiarum actione: per eam humiliationem, diuina ope protegatur, ne in eadem iam uictus reuoluatur peccata. Contumelia enim hominis cordi afflictiuam tribulationem adfert, at æquo animo sustinenti, author est eidē munditiæ & puritatis. Sed & quanto quis pro Christi ueritate exceperit insigniorem obiectæ cōfusionis ignominiam: tantò is uberiorem gloriam promerebitur. Audiet & illud ab animarum nostrarum principe medico, Ecce sanus factus es. Iam ampliùs noli peccare. Vnus proinde inter sapientes, dicit, Ne exprobres homini auertenti se à peccato: quin

quin potiùs prouide bona coram Deo & hominibus. Cor igitur nostrum charissimi solidè firmemus & communiamus, ne se occupet explorandis aliorum peccatis, neu cuiquam opprobrium intendat aut contumeliam, ne nos merito nostro audire contingat à beato Dauide, Flij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Amici quoque B. Iob exprobratoriè dicebant, Vbi est domus principis? Rursus, Quid enim si tu morieris: erit ne subcœlestis hæc plaga inhabitabilis? Sed & Eliphatz aliquantò priùs ait, Nunquid non malitia tua multa? Innumerabilia sunt peccata tua. Pignerabas à fratribus tuis frustra. Vestimentum uerò nudorum abstulisti. At ne aquæ quidem poculo refocillasti sitientes: sed & esurientes priuasti frustulo panis. Viduas emisisti uacuas: pupillos uerò afflixisti. Itaque laquei circundederunt te. Et hæc Nouè hoc dicit. quidem commenti adornato mendacio, iusto isti contumeliosus opprobrabant, non quòd illum odissent, sed ut asperitate uerborum humiliarèt alioqui humilimum. Illi etenim beato uiro affines erant. Nam Eliphatz frater patris Iob erat primus. Attamen iustus hic contorta in se contumeliæ spicula omnia generoso pectore ferebat, & quidem tali plaga inclementer cum esset saucius. Quin & hos suos exprobratores conciliabat Deo & repropitiabat, quòd dvdv 1802
msv 23,
Eccl. 23.
pro quo al
dus habet
συνεβηζο= utique non contigisset, nisi preces intercessissent admirabilis huius Iob. Iam quando iuxta scripturam, Homo improperans uerbis improprij, omnibus diebus suis non eruditur: & nos igitur Christiani rectà per sanctorum callem msv 23
af
suctus. incedentes dicamus, Quoniam si inimicus meus male- dixisset

dixisset mihi, sustinuissem utique. Et si is qui me oderat, super me magna loquutus fuisset, abscondissem me fositan ab eo. Et, Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabāt. Ego autē tanq̄ surdus non audiebam. Ait autem & beatus Petrus, Si exprobramini in nomine Domini, beati: quoniam quod est honoris & uirtutis, & qui est Dei spiritus, super uos requiescit. Et apostolus, In hoc enim & laboramus & maledicimur, quia speramus in Deo uiuo, qui saluator est omnium hominum, maximè fidelium. Sed & Dominū à cruce pendentem qui præteribant, blasphemabant mouentes capita. Nec secus principes sacerdotū cum scribis illudebant dicentes, Alios saluos fecit, non potest se saluare? Idem prorsus & latrones qui cum ipso crucifixi erant, improperabant ei. Longanimis Dominus ex cōtrario pro istis sic impijs repropitiabat patrem, Pater ignosce illis peccatū. Nō enim sciunt, quid faciunt. Quin aliquantō prius nonnihil iniiciens discipulis audaciæ, dicebat: Beati eritis, cum exprobrauerint uos & persecuti uos fuerint, & dixerint omne uerbū aduersum uos mentientes. Gaudete & exultate, quia merces uestra multa est in cœlis. Ipsi gloria in secula, Amen.

Quòd malum malo retaliandum non sit, Homilia. 52.

PAulò quidem prius de eo quòd nemini ingerendum sit improperium, sed ingestum tolerandum æquanimiter, nonnihil differuimus: nunc nobis est sermo aliò transscribendus, nempe ut doceamus non

con-

conuenire Christiano, malum ut penset aut retaliet malo. Sanè Christi cohæredes si esse cupimus: magnopere nobis est contendendum, perquàm similes ut inueniamur sanctis Christo charissimis. Id fiet, si māsueti Dauidis imitabimur lenitatem, ut & nos quiddam assimile audire à Deo promereamur, quod & de ipso Dauide pronuntiauit, uiro iniuriarū immemore prorsus, & erga inimicos perquàm benigno, nimirū illud, Inueni uirum secundū cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas. Et nos igitur tanti herōis pro-uocati exemplo, nonnihil auxiliij prestemus ac suffragemur fratri à quo qualicumque iniuria pulsati sumus: ne uel tempore orationis postulatio omnis nostra repudietur, resque abeat in diuersum quàm petimus. Iubet lex subiugale animal inimici (si fors labi contingat) ut proinde subleues. Iob testimoniū à Deo reportare promeruit, quòd suam adhuc retineret ac tueretur innocentiam. Ioseph de fratribus nullam expetiuit ultionem, quos alioqui uitæ insidiatores suæ fuerat passus. Abel amabili simplicitate præditus nec ullius suspicax in se iniuriæ simul cum fratricida, concessit in agrum. In genere, quotquot sanctos diuinæ concelebrant literæ, eos astruunt per innocentiae callem, uitam instituisse suam. Sed & unus aliquis ait, Qui reddiderit mala pro bonis, non mouebuntur mala de domo eius. Iterum, Qui iacit lapidem in altum, in suum caput iacit. Et, Qui fodit foueam proximo, incidet in eam. Et, Qui statuit laqueum, capiatur in eo: & qui facit mala, in eum deuoluentur. Hieremias quoque Deum interpellans aduersus Israel dicit: Si redduntur pro bonis mala. Recordare, quanta locutus

Ipsissimis
uerbis eadē
dem prorsus
dionysius
si. Areop.
epistola. 8.
At τὸν ἐν
ἑσπέρῳ τῆ
στροφῆς.

t

sim

sim pro eis bona. Ad eò iustus hic perditus & pernox istis sic ingratum exorabilem Dei clementiam studebat conciliare & flectere iram. Unde & semel & secundo diuina uoce accepit responsum, Noli orare pro eis. Non enim exaudiam te. Ecquid tandem exceptit dignæ retributionis? utique tam bene de se merentem demiserunt in lacum fœtulentum ac cæno madidum. Hæc perpetuò Iudæos comitata est malegrata strenuitas, sic se fortes præstiterunt. Ioseph præterea ad eò nihil interminatus est ultricis uindictæ fratribus, ut unumquemq; complexus seorsim, colla illorū opleuerit lachrymis. Tanta erga illos liquebat charitate. Sed & dicebat, Nolite timere, ego pascam uos. Quid proinde postularit Dauid à Deo, expendendum nunc: Domine Deus meus, si feci istud, ait, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuētibus mihi mala, decidam utique ab inimicis meis inanis. Petrus item admonens ait, Non reddentes malum pro malo aut maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes: quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Paulus etiamnum, Videte, ne quis malum pro malo reddat: sed semper quod bonum est, sectemini & in inuicem & in omnes. Rursum, Noli uinci à malo, sed uince in bono malo. Quid Dominus? Diligite inimicos uestros: benefacite his, qui oderunt uos. Benedicite maledicentibus uobis. Quicumque percusserit te in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Et ei qui uult tecum cõtendere in iudicio & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium tuum. Et, Si quis angariauerit te miliare unum, uade cum eo & alia duo. Et, Estote misericordes

Pro præbe
 ὁ ἑαυτοῦ
 ὀβριτίτο.

ricordes & perfecti, sicut pater uester cœlestis. Ipsi gloria in secula, Amen.

De memoria acceptæ iniuriæ, Homilia. 53.



Absoluto utcunque sermone de eo, quòd pro malo nequitiam rependendum sit malum, ad eum transcendamus, qui est, de memoria acceptæ iniuriæ.

Non modò fratres, non debemus meminisse ullius mali à contribulibus aut affinitate propinquis accepti, sed ex diuerso cuncti ueniūt Christiana longanimitate toleradi, ac mali nostra sunt subleuandi benignitate. Nec utcunque, uerum erga tales nostræ conduplicemus argumenta liberalitatis, ut uel piorum operum efficacia nos ipsos declaremus ingenuos Christi esse discipulos. Ipse enim Christus in malos atque inutiles suam effundit benignitatem. Ad eum modum, pia contentione imitari dominum debemus, quatenus sinunt uiriculæ nostræ. Sanè si qua incesit cupido obtinendæ aliquando beatitudinis eius: necesse sit, iram ut arceamus non ab opere solum, sed nec in mentis domicilium sinamus alicunde irrepere. Neque enim tanti est in ipso incandescentis iræ articulo frenare os, nec ullum depromere uerbum concepti furoris index: quanti est expurgare cor ab omni acceptæ iniuriæ inamœna & insuauis memoria, ut ne tecum aduersus fratrem quidpiam malignæ cogitationis tacita mète obuertes. Siquidem Euangelica doctrina cum primis iubet ab radice peccata excidi. Iræ enim radicem prorsus à corde si excideris, iam non odium erit, non inuidia ad opus usque progredietur. Itaque ut radiosissimum

Homœosis.

Et menti nostræ uel sola acceptæ iniuriæ cogitatio densam
 oppandit caliginem. In anima enim sic tenaci iniuriarum in-
 sidiosæ uulpes suum sibi figunt atq; exædificant umbratile
 tabernaculum, inque eiusmodi corde turbulento tanquàm in
 spelæis retrusissimis delitescunt feræ immanes. Vt quisque
 casti pudoris amantissimus longissimè se submouet ab ob-
 scæno & infami diuerticulo meretricum: ita quoq; Deus
 cor auersatur & defugit eius qui fixius memoriâ tenet
 irrogatam sibi iniuriam. Quemadmodum fumus obturbat
 & circumfundit quamlibet perspicacem aciem oculorû: sic
 & orationis tempore memoria cõtumeliæ mentem sua in-
 temperie exagitat. Quid itaq; faciendum nobis præscribat
 Dominus per se suosque seruos, intenta percipiamus aure.
 In primis suo testimonio præscriptam cõfirmat sententiam
 Zacharias propheta, Malitiam, inquit, ne meminerit unus-
 quisque aduersus proximû suum in cordibus uestris. Alius
 eodẽ respicit, Vnusquisq; malitiam proximi sui ne cogite-
 tis in cordibus uestris. Rursus, Qui meminit iniuriæ, ini-
 quus. Iterum, Qui occultat inimicitiam, concinnat dolum.
 In omni iniustitia, ne sis memor iniuriæ proximi: sed si esur-
 rierit frater tuus, ciba illû: si sitit, potum da ei. Et, Dimitte
 iniuriam proximo, & tunc deprecante te, peccata tua sol-
 uentur. Inducit, Homo homini conseruat iram: & à Deo
 quærit medelâ? Talis, caro cum sit, reseruat iram: & quis
 ppitiabit peccata illius? Infert, Memento nouissimorû, &
 desine inimicari. Abstine à lite, & minues peccata. Paræ-
 miastes, Timor Domini odit malitiam, cõtumeliam, super-
 biam & uias prauorû. Rursus, Ne dixeris, quomodo fecit
 mihi,

mihi, faciam ei, quæ mihi fecit iniuste. Et, Ne dixeris, uindi-
 cabo me de inimico meo: sed sustine Dominû, ut tibi auxi-
 lietur. In uis enim iustitiæ, uita: uicæ autem reminiscendum
 iniuriæ, ad mortẽ. Iacobus, Deponentes igitur omnem im-
 munditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine susci-
 pite insitum uerbum quod potest saluare animas uestras.
 Paulus item, Nolite pueri effici sensibus, sed innocentia
 paruuli estote. Hæc itaq; punitiosa perturbatio memoriæ,
 nempe retentricis iniuriarû nobis fratres magnopere uitã-
 da est: ut ne nos à fiducia abalienet, quam erga Deû habe-
 mus. Neq; enim qui hoc agrotet genere morbi, Deo se ausit
 præsentare cum synceritate orationis, nec enim potest. Do-
 minico etenim illo præcepto reuocatur & arcetur, Si of-
 fers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quia
 habet aliquid frater tuus aduersum te: relinque ibi munus
 tuum ante altare, & uade prius ut recõcilies fratri tuo,
 & tunc ubi redieris, offer munus tuum. Ipsi gloria in se-
 cula, Amen.

Inimicitias in nullum prorsus exerceri
 debere, Homilia. 54.



Nfense atque inimiciter persequi unum ali-
 quem qui tibi sit contribulis aut fidei germana
 communionione fœderetur, nefarium prorsus nec
 ulli consentaneum qui deum uereatur, seque ex
 professo cultui diuino manciparit. Neque enim Deus ini-
 micitas ulli hominum exercendas sua sanxit lege, præter-
 quam aduersus serpentem, nempe aduersus illû homicidam
 diabolum,

diaboluu, qui ipso statim initio orbis conditi hominem illicito lenocinio inescatum decepit, atque adedò deceptū amœnitate exegit paradisi. Haud secus iubemur Madianitas execrari & odisse, nimirum impuros illos spiritus fornicationis atque omnifariæ libidinis incentores, qui improbas cogitationes & nimisquam obscœnas quasi semina cordibus inferunt nostris. Hos pro uirili portione ut oderis, necesse sit, eosque declines quàm ocysimè, néquando nos reddant inuisos Deo per impuram cum ipsis conflictationem & amicitiam, iuxta sententiam illam, Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, in inimicos facti sunt mihi. Aduersus autem alium quemuis locum nullum habet inimicitia, præsertim si de damno agitur corporali, de detractiōe, uel contumelia, aut quæcunque tandem sunt conformia isti seculo & cōsentanea. Neque enim aduersus tuum gentilem siue contribulem debes hostilem affectum induere ob hæc temporaria, potiùs agendæ ueniunt gratiæ, quòd nobis sunt salutis certius obtinendæ pararij. Sola enim est malitia, quæ nos à familiari Dei congressu dirēmit, hominēsque à charitate mutua diremit & auulsit. Hæc igitur aduersum homines inimicitiam ante omnia abs te ut amoliaris ac uites, operæ precium est: at uirtutē cōtinenti studio persequere, quæ te Deo conciliet, & proximis agglutinet mutue glutinio charitatis. Scopus enim unicus hic est uirtutis & philosophiæ, ut citra fucum quiduis agat, præsertim si cum prudentia coniungitur. Esaias propheta nostrum hunc sermonem suo confirmat patrociniō: Ait enim, Non eris cum

ἀρετῆς δε
καὶ φιλο-
σοφίας ὅ-
σοι, τὸ με-
τὰ οὐνεία-
ως ἔωλε
στον.

pluribus

pluribus in malitia. Hæc quidem de impuris & obscœnis cogitationibus dicens, Inducit autē, Lauamini, mūdi estote, auferte malitias ab animabus uestris, quiescite à malitijs uestris, discite benefacere. Paræmiastes item, Ne diligas inimicitias aduersus hominē frustra: ne fortè in te aliquid mali operetur. Iterum, Timor Domini odit malitiā: impudens autē cum contumelia operatur mala. Dauid item suppliciter Deo pròcidens ait, Ne gaudeant super me, qui aduersantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis. Sed confundantur & reuereantur quærentes animam meam. Et, Auerte mala inimicis meis & in ueritate tua, hoc est in Christo disperde illos. Et, Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. In Deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Et hæc quidē orasse intelligi debet aduersus spirituales inimicos, non item aduersus homines. Historia testimonio est aduersus intellectuales hostes Dauidem esse precatum Deum. Cum enim Saul animam Dauid propensissimè appeteret, eumque persequeretur manu stipatus uirorum trium millium & esset Saul semel & secundò traditus in manus ipsius Dauid & eorum qui cum ipso erant, qui cum dicerent: Ecce dies in qua tradidit Dominus, inimicum tuū in manu tua. Respondit Dauid, Viuit Dominus non iniuriam manū meā in Christum Domini. Neque id modò fecit, sed & Saulis mortem luxit, eumque dedit neci, qui cædem renuntiarat Saulis. Nec aliter Absalonis lugebat mortem, qui necem tam studiose expetiuerat patris. Arbitror sanè per hæc nihil obsecuris argumentis declaratum, istorum inimicitias neuti-

ἀπὸ τῶν
ψυχῶν ὅ-
σοι

quana

quam in homines intentas fuisse, sed aduersus demones odio omni dignissimos. Et nos igitur qui præ cæteris uel ipso teste habitu spirituales uidemur, audiamus Iacobum dicentem, Nolite ingemiscere in alterutrum fratres mei, ut ne in iudicium decidatis. Sed & ipse Dominus quid dixerit attendita ac fidei aure percipiamus, Vobis autem dico audientibus, diligite inimicos uestros. Benefacite his qui oderunt uos. Orate pro his qui calumniatur & persequuntur uos. Ipsi gloria in secula, Amen.

Ne cuiquam inuideris, Homilia. 55.

Am inuidia quam uehemens sit animi affectio,

I uerius diabolica intemperies, uixque ullam admittens medelam, quis referat? Ab ipso enim

diabolo uix dum traxerat originem, & ecce è uestigio in fratricidam Cainum transiuit, atque ordine deinceps prono cursu in Dominicidas Iudæos deuoluta est. Planè inuidia uehemens atq; atrox malum ac modis omnibus crudele est. Qui enim cuiquam inuidet, animi angore discruciat, cõtatabescit miserè, eliquatur totus. Inuidia enim quasi uermis in ligno, & in uestimento tinea: ita cor deniq; & faciem eius conficit ac macerat hebeti pallore, qui semel in ipsius manus incidit. Contrà, is cui inuidetur in hominum prospectu miris modis promouetur ac proficit, à Domino protectus. Exemplo est beatus ille Ioseph. Quò enim faces fraternæ inuidiæ in illum exarserant acrius: hoc ille sublimius à Deo prouehabatur, quousque tandem ad regni gubernacula promotus est. Sic & Saul æstro extimulatus inuidiæ

inuidiæ, admirabilem illum David persequebatur, sicut scriptum est, Exierunt quæ cum tripudio agebant triumphalem choræam, puellæ, ac dicebant: Percussit Saul in milibus suis, & David in decem milibus suis. Dicitur ocyus parens ille inuidiæ omnis in Saulis corde sibi delegit uitæ domicilium, eique insurrexit, ut diceret: David dederunt decem milia, mihi autè mille? Et quidem domus David cui sic inuidebatur, quotidiana accessione crescebat & confortabatur, ipse per hæc ad lyram, melicum cantillabat carmen. Posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Iterum, Maledicent illi & tu benedices. Ego autem non proponebam ante oculos meos rem iniustam. Sed & propheta Abacuc, Purus est oculus tuus, ne uideat mala & aspiciat super labores doloris. Apostolus item ad Philippenses scribens pulchrè doctores illos notat inuidiæ, Quidam quidem per inuidiam & contentione ex concertatione scilicet proficiscentem, Christum annunciant, existimantes pressuram se suscitare uinculis meis. per admonitionem inducit, Estote ergo in inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Christus donauit uobis. Estote igitur imitatores Christi sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Animæ syncerioris peculiare est argumentum, ut quod loquitur, nihil prorsus respiciat inuidiæ. Zelum alioqui habet malitiæ omnis exortem & qui iugiter Dei quærat ac firmet gloriam. Nihil minus conuenit, quam ut profiteamur nos esse discipulos Domini, re autem ipsa sinamus nos intercipi peste inuidiæ, inque uicem tumultuemur, id maxime tum contingit,

ἐπὶ πόνῳ
ὁ δὲ ὑπερ-
gunt alii
apud. 70.
ἐπιβλέ-
ω φη ἐπι-
προνεύς
ὁ ὑπὸ
respicere
ad malos
nō poteris.
Abacuc. i.

si quādo uiderimus quosdam fratrum totius sodalitiij quādam minimos aut certè deformes ad magistratū obeundum esse promotos: audimus Dominum tunc dicentem, Da huic locum, ut recubitu sedeat sublimiore. Quin miremur potiùs rerum conditarum curatorem, qui sua sapienti atque arcana prouidentia, illi quidem uelut sortitò (misericordis licet in speciem conspiciatur,) adiudicauit hereditatem, siue ceteros ut antegrediatu autoritate, aut certè ut imperet, nos cōtra in postrema sedere uoluit parte. Ab hac igitur fratres pestili lue inuidiæ quādam ocysimè defugiamus, quæ diaboli germen est: ut ne cōpari multa dānationis cum Caino inuoluamur, qui quidem per suspiria crebra artuumque miserabilem tremorē, uitam cum exegisset, amara morte functus est. neu rursus cum malignissimis Iudeis, qui per inuidiam mirabilium Dei operum, ipsum ad mortem prodiderunt, uel teste Euangelio. Congregatis enim dixit Pilatus, Quem uultis, dimittam uobis, Barabban, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim, quia per inuidiam tradidissent eum. Dominus autem iniuriæ omnis immemor quasi agnus innocens, nihil non tolerabat mansuetissimus. Ipsi gloria in secula, Amen.

Ne contendito, Homilia. 56.



Contentiosus & qui litibus serendis insueuit, adeo cum domesticis habiturus pacem nō est, sed ne cum externis quidem. Dum enim suæ cogitationi (quam contentionis serendæ studio concepit,) cupit modis omnibus ut satisfiat: nunquam non ad ingenium & commenta ueteratoricæ artis conuersus

sus comminiscitur nouitias fraudes, ac ueluti acri quopiam æstro percitus perpetim nouandis litibus extimulatur. Per hæc interim alijs cōcit turbas & suis eos exagitat imtēperijs. Hic talis nulli non deprehenditur inuisus atque omniū odio longè dignissimus: uerius dixerim, omnium multò miserimus. Scriptum quippe in Genesi est, quia Esau uxores accepit non suæ gentis sed externæ, quæ pro consuetudine contendebat cum Isaac & Rebecca. Dixit autē Rebecca Isaac, Distædet me uitæ meæ, mihiq; ipsi infensa sum propter filias filiorū Het. Luculenter per hoc insinuat uerū esse, quia pugnis atque contentione uerborum uelitarium digladiari & serere lites eorum est, qui à Deo sunt alieni, non item fidelium & qui se excolendæ pietati totos consecrarunt. Religiosi enim uerè qui sunt, & Christi discipuli suum ipsorum æmulantur & Dominū & Doctorem. Non contendet, ait quidam, nec clamabit, neque audiet quis uocem eius. Quicquid isti tandem rei uel operis aggrediuntur: nunquam id per litem & contentionem ad exitum usq; promouent & absoluunt. Finis enim imponitur operi debitus per patientiam, orationem, obedientiam perque solam spem generosam. Ait enim Dominus, Veni, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris. Parœmiastes item de contentiosis eiusmodi, Ne litiges cum homine linguaci, neque struas super ignem illius ligna. Et, Ne respondeas stulto secundum stultitiam illius, ut ne uideatur sibi sapiens. Alius quidam, Lis festinata incendit ignem, & pugna festinans effundit pugnās. Rursum, Si sufflaueris in scintillam, accendetur: & si conspueris in il-

u ij lam,

μαχὰς
lege ὡμα
sanguinem.

lam, extinguetur: & ambo ex ore procedunt. Dicit & Iacobus, Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Paulus preterea, Iis qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Alio item loco, Quemadmodum Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt ueritati. Sed & ad Titum per epistolam, Stultas quaestiones & genealogias, & contentiones & pugnas legis deuota. Sunt enim inutiles & uanae. Nos igitur charissimi quasi filij obedientiae, ne quaeso uaniloquis istis litigatoribus & contentiosis simus assimilés, ut qui doctrinae scriptura didicimus quam noxia sit & detrimentosa litigandi consuetudo, nequando contingat subire nos damnationis censuram cum iniquis & exlegibus Iudaeis, qui ueritati perpetuo restiterunt, ac dicebant Domino, Tu de teipso testimonium perhibes. Testimonium tuum non est uerum. Rursus, Tu quis es? Ad quos Dominus respondit Principium se esse, quia & ego loquor uobis. Amen dico uobis, nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

Neminem oderis, Homilia. 57.

Scriptum est, quoniam qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Qui autem odit fratrem, non Deo inuisus solum, sed & homicida est. Quem enim odit, arcani affectus cogitatione perimit, cuius

cuius quidem sanguinem non acie gladij perspiciunt homines effusum: Deus uero illum uidet odij maligno affectu peremptum, qui cuilibet nostrum aut coronam reddit, aut ultricem poenam pro qualitate non operis solum, sed & cogitationis & destinatae uoluntatis, quemadmodum idem per prophetam dicit, Ego uenio ut congregem opera & cogitationes & inuentiones siue internas conceptiones eorum. Sed & malitia, diutina cogitatione in animo uersata atque exercita audaciam addit cordi, quae tamen per abstinentiam & spem ablata contritionis gratiam confert cordi eidem. Non igitur fas sit odisse nos unum aliquem e contribulibus aut qui fide compares & coheredes futuri sunt regni caelorum. Diabolum porro indefessum nostrae salutis osorem odisse licet communem omnium hominum hostem, maxime fidelium: illum inquam cum operibus ipsius malignis oderimus. Nemo qui integra fide ex professo sit Christianus, peccat hoc genere odij: neque qui habeat charitatem, odit illum hominum. Arboris qualitas ex fructu quem profert, liquidò cognoscitur. Qui igitur se Christi profitetur esse discipulum, per ea quae facit, stet ne à Christo, intelligatur: quemadmodum in Prouerbijs scriptum est, quia, Omnis qui odit fratrem pauperem, hic longè erit ab amicitia: uir autem prudens inueniet eam. Ioannes uero, Qui dicit in lumine se esse & fratrem suum odit: in tenebris est usque adhuc. Si quis dixerit, quia Ego diligo Deum, & fratrem suum odit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet: Deum quem non uidet, quomodo potest diligere?

Dicit insuper & lex, Non habebis odio fratrem tuum in corde tuo. Redargutione redargues eum, & non accipies propter eum peccatum. Et, Non cōminaberis populo tuo. Conformiter Paulus, Consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum. Et, Estote adinui-cem benigni, misericordes, donātes inuicem, sicut & Chri-stus donauit uobis. Infert idem, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam: factus sum tanquam æs sonans aut cymbalum tinniens. Nos igitur qui Christum induimus à Domino postulemus, ne nos sinat quenquam non solum non odisse, sed ut diligamus ex cha-ritate non fratres modò aut amicos, sed & in commune o-fores atque inimicos nostros. Tametsi aduersum nos non-nihil loquantur aut faciant: cuncta tamen in gratiam futu-ræ retributionis cum actione gratiarum excipienda sunt & æquò animo toleranda. Hominum enim mundi istius a-matorum ea est & solennis consuetudo, ut alios persecuā-tur, afflictent, obloquantur. Dauid testis, Locuti sunt, ait, aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circunde-derunt me & expugnauerunt me gratis. Quemadmodum & Dominus suis dixit discipulis, Si de mundo essetis, mun-dus quod suum esset, diligeret. Quia autem de mundo non estis, propterea odit uos mundus. Et, Si mundus uos odit, scitote, quia me priorem uobis odio habuit. Infert, Beati e-ritis, cum uos oderint homines & separauerint & expro-brauerint & eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete & exultate, quoniā mer-cēs uestra multa est in cœlis. Iterum, Diligite inimicos ue-
stros,

Nemini insultādū in afflictioe aut angore animi cōstit. ho. 58. 80
stros, benefacite ijs qui oderunt uos, & orate pro calum-niantibus & persecuentibus uos, ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Nemini insultandum in afflictione aut angore
animi constituto, Homilia. 58.

Insultare cuiuscunq; tandem conditionis homini
I tribulatione quapiam aut rei peculiaris iactura
miserè afflicto, uiri certè est temerè insolescentis
nec mētis satis synceræ. Verius hic se illorū probat re ipsa
consortem, qui cruci Domini fixerunt, cui & à cruce pen-
denti dicebant, Vah, qui destruis templum Dei & in tribus
diebus excitas illud? Salua te ipsum. Hoc planè flagitiosum
est hominis & nefarij. Etenim pes si fors illiserit aut la-
betur, num insultabit manus? Sanè res hæc in diuersum abit.
Nam olei infusione aut emplastro, pedi medetur. Si quidē
unum corpus sumuus, nihil minus consentaneum rationi sit,
quàm unum aliquod corporis membrum quòd nonnihil af-
flictetur, habere derisui ac proinde eidē insultare. Potius
enim cōueniebat sic miserè afflicto, pio cōpassionis affectu
indolescere & cōgemiscere iuxta apostoli uerbū, Nec so-
lum alienæ infelicitati insultandum non est, sed ne ullo qui-
dem pacto calamitati alienæ insultanti commodādæ aures
sunt. Qui enim tam toti propendent ad exaudiendas dela-
tiones eiusmodi, sui iam propositi uindemiāt fructus. Atqui
nolim, putes quicquid aduersæ & afflictiuæ rei contin-
git hominibus, ascribi debere semper ipsorum peccatis.
Quosdam enim inuenias, qui etsi Deo gratiosi sint, tentan-
tur

tur tamen. Diuersum contingit istis à pietate ac lege Christiana alienis, quos credimus relegatū iri à regno & p̄inde puniendos. Adhunc modum qui piè uolunt uiuere in Christo, persecutionem patientur, quemadmodum uerbis Paræmiastæ erudimur. Is enim ait, Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas super eo, & in supplantatione eius ne extollas te, ne fortè uideat Dominus, & non placeat ei. Et hæc quidem de inimico. Et, Qui insultat pereunti, nō erit innocens. Et iterum, Væ uobis, qui lætamini super malis, & gaudetis super prauitate mala. Et, Laqueo capientur, qui lætantur super ruina piorum: & dolor mercedis loco apprehendet eos ante mortem. Et, Memorare dies tenebrarum, quia multi erunt. Sed & inculpatus Iob, Si etiam lætatus sum super ruina inimicorum meorum, & dixit cor meum, Euge. Beatus item Paulus per epistolam scribit Romanis, Quòd si qui ex ramis fracti sunt, tu autè cum oleaster esses, insertus es in illis & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es: noli gloriari aduersus ramos. Quòd si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo, Fracti sunt rami: ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide stas. noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat. Infert, Charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Ne igitur dilectissimi committamus, ut suggerente inimico hoc nostro aliquando insultemus proximorū malis, ut ne nos in easdem smat Dei prouidentia semel & iterum deuolui calamitates. Hæc enim ait Iob, Et uos accessistis ad me sine misericordia. Itaq;

uidentes

uidentes uultus meum, extimulistis. Nos igitur cum beato David oremus dicentes Deo, Ne abijcias me in tēpore senectutis, cū defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animā meā, consilium fecerunt in unū, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Sed tu Deus meus ne elongeris à me, ne gaudeant super me qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis. Et quidem tua uirtute conuertantur retrorsum confestim confusi qui dicunt mihi Euge, Euge. Nostræ igitur partes sunt, ut optemus mundo isti esse deridiculi, ut nobis suis insultet sannis: cum interim scribæ & p̄tiffices suo illo more insultant miseris. Illudebāt enim, ait, pontifices ad inuicem cum scribis dicentes, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere? Christus rex Israel descendat nūc de cruce, ut uideamus & credamus. Hanc illorum uæsanientem insultationem longanimiter tolerabat benignus hominū amator Dominus. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Alienæ fœlicitati aggratulandum esse & congaudendum. Homilia. 59.



Ximia sanè uirtus ac Deo ipsi cum primis gratiosa sit, ut ijs congaudeas & aggratulere, qui tenore legitimo uitam instituunt suam, qui que quotidiana accessione promouent ad obseruationem Dei mandatorum, tametsi ea res apud plerosque nibili æstimetur. Vtrūm ne synceriter alteri congaudeas, ipsa uestigia uultus tui nihil obscure produnt. Si quidem

iræ aut furoris incandescencia infedit cordi, uel ipsi oculi omnibus reddunt perspicuum, iuxta scripturæ sententiam, Corde exhilarato, reuirescit facies. Perfectæ autem charitatis insigne hoc est, si ad proximorum promotionem exhilarescis nec fucato perfunderis gaudio. Sunt enim plærique, qui quidem etsi in promotione sint, habeantque mutuum illam erga fratres charitatem, ubi tamen primum contingit unum aliquem ex ipsis ampliore perfrui promotione, ille alter in immane per hoc concidit inuidiæ barathrum. Qui autem citra fucum ullum proximo congratulatur re-
 Etè fungenti officio: pro illo quoque intentam Deo & indiuisam offert orationem, exemplum secutus beati Pauli quibusdam congratulantis atque dicentis, Ita ut & nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesiis Dei pro patientia uestra & fide in omnibus persecutionibus uestris quas sustinetis in exemplum iusti iudicij ipsius, ut digni habeamini regno Dei. Nec secus ad Philippenses, Sed etsi immolor supra sacrificium & obsequium fidei uestræ, gaudeo & congratulor omnibus uobis. Id ipsum autem & uos gaudete & congaudete mihi. Quemadmodum enim membra, ait, pro se inuicem sollicita sunt, & siue gaudet unum membrum, congaudent omnia membra: siue patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: Sic & nos gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus debemus. Et, Honore inuicem præuenientes, eos nimirum qui nobis ipsis præeminent. Sed & Corinthijs ait, Nō enim alia scribimus uobis præter ea quæ & legitis & agnoscitis. Spero autem, quia & usque in finem cognoscetis sicut & cognouistis ex parte, quia gloria

Hic desit
 & uir.

gloria uestra sumus, sicut & uos, nostra in die Domini nostri Iesu Christi, & hac confidentia uolebam prius uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis, confidens erga omnes uos: quia meum gaudium, omnium uestrum est. Scriptum autem est & in Lucæ Euangelio, Postquam autem impleti sunt dies pariendi Elizabeth, & ipsa genuit filium. Et audierunt uicini & cognati eius & congratulabantur ei. Adde quæ amicorum sunt peculiariter, communia omnia uinculum efficit legitimæ amicitia. Quin & hic, Ipse inquam Ioannes suis differens discipulis dicebat, Amicus sponsi stans & audiens ipsum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Igitur hoc meum gaudium impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui enim ad perfectam usque promouit charitatem, se quidem minorem ducit, proximum uerò ingenue profitetur eminentiorem. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Ne cui ingeras tristitiam, Homilia. 60.



Vi diligit fratrem suum, Deum utique diligit. Contra, Quisquis fratrem suum neutiquam ex animo diligit, neque is diligit Deum, iuxta Ioannis apostoli sententiam, Nulli obscurum esse putem, quoniã quisquis fratrem mœrere facit, idem contristat & Deum. Nolite contristare Spiritum sanctum, ait, in quo signati estis. Et, Me cōtristauerunt, dicit Dominus. Rursum, Quãdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Et, Quãdiu non fecistis uni ex his, neque mihi fecistis. His igitur prædictis idoneè satis demonstrari putem, quoniam qui de fratre bene meritus exhibet obsequium, obsequitur

Et Deo. Quum igitur charissimi probè iam nouerimus nos in hoc obsequi ac inferuire Deo, si nulla in re proximū cōtristemus: modis omnibus admittamur, ne qua in re ullā suggeramus occasionem siue causam proximo tristitiæ et mœroris, siue res ferat rationi utcunque consentanea, siue minus: ut ne nostra oratio perinde ac reiectitia quæpiā ouis

Eccli. 34. d

et reproba, Deo ingrata fiat. Vnus enim orās, ait Syrach, et unus maledicens: cuius uocem exaudiet Dominus? quemadmodū in Sapiētia Iesu Syrach luculenter expressum est. Rursum, Vnus ædificans et unus destruens quid commodi adferent præter labores? Qui lauatur à morticinō et iterum tangit morticinum, quæ utilitas in lauacro eius? Sic qui ieiunat homo pro peccatis suis, et is iterum fornicatur ac eadem facit quæ prius, orationem istius quis exaudiet? Ecquid profecit humiliando se? Inducit, Ne machineris aduersus amicum tuum mala, qui iuxta te habitat et habet in te fiduciam. Ex ore enim stultorum, baculi contumeliæ expellentur: labia autem sapientium custodient eos. Sanè, Qui rectè incedit, timet Dominum: qui autem

ἡ τὴν ἀδύ
στὸν αὐτὸν
quo alii le-
gant ἡ
δὴ σὺν
prouer. 10.

uias suas deprāuat, ignominiosus erit. Propheta insuper Michæas suppliciter obtestans aduersus Israël, Vnusquisq; proximum suum tribulant tribulatione: ad malum manus suas præparant. Apostolus quoque, Si frater tuus propter te contristatur, non iam secundum charitatem ambulas.

ἔνοχος ἔ-
σται ἐν
τῆν γέν-

Dicit autem et Dominus, Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, RAKKA: reus erit concilio. Qui uerò dixerit, fatue: reus erit in Geēnami ignis. Inducit, Si igitur offeras munus tuum ante altare,

altare, et illic recordatus fueris, quia habet aliquid aduersum te frater tuus, dimitte ibi munus tuum ante altare, et uade, prius ut reconcilieris fratri tuo, et tunc ueniens offer munus tuum. Deum nostrum addecet gloria in secula seculorum. Amen.

Vide, tibi ipsi ut attendas,
Homilia. 61.



Vlla non in re, attentam sui ipsius gerere curam, res quidem perquam ardua, sed salutaris Deoque uel imprimis accepta. Sanè mandatum hoc in genere omnes concernit. Talis qui est, peccatum omne uitabundus fugit: omnem uerò uirtutem, neque non mandata Dei perficit. Hic aliorum defectus quamlibet multiformes quasi non uideat, neglectim transmittit: quippe qui aliorum securus, sui tantum ipsius attentam curam obit, mentem habens per hoc ad Deum uniformiter arrectam. Talis sibi temperat, seque remolitur ab uniuersis terrenarum rerum negotijs, eoque mentem sublimiter attollit ad cœlestia et æternum duratura. Conuentus hic noster fratres perquam assimilis uidetur nundinis. Qui negotiari nouit, non mediocre capit ex nundinatione lucrum: qui artis mercatoriae rudis est, ad eò nihil refert compendij, ut plurimum etiam dispendij sustineat. Generosæ prorsus ac Deū synceriter amantis animæ est, sibi ipsi magna cū cautione attēdere. Talis, præsentia hæc cum inamœna deputet atque inutilia, futura uerò inenarrabilia

Assimilitræ
hit argu-
mentum.

ἡ ἀπονο-
μολογία

cred. ut & quæ comprehendi non queant, ea tamen præstoletur spe nihil dubia, cupientissimè eò interim suspirans recta ingreditur uia, donec ad tràquillissimum & ab omni procellarum intemperie requietum obuius appellat Christi portum. Operæ igitur precium est, quisque ut attendat ac diligenter exploret, quæ eò contendentibus conducunt.

Duo enim angeli dati sunt homini assessores. Vnus quidem iustitiæ amantissimus, alter uero malitiæ omnis incentor malignissimus. Et quidem iustitiæ angelus uerecundiæ atq; intemerati pudoris cupientissimus, mansuetus insuper est & tràquillus. Hic ubi primùm ad cor ascenderit hominis, cum eo mox sermonè textit familiariter de iustitia, de munditia & castitate, de probitate morum, de frugalitate siue parcimonia uictus, de operatione quæ iusta sit, denique de uirtute omni gloriæ cælestis conciliatrice. Simul atque hæc cuncta ad cor ascenderit hominis, perspicuè sentitur præsentia angeli iustitiæ. Contrà, angeli malitiæ administri opera hæc sunt, Primùm omniũ, acerrimæ est bilis & ad iracundiam propendet totus, amarulentus ac stolidus, Huius maligna opera tràquillitatẽ seruorũ Dei interuertunt ac subruunt. Nosse si uoles, quando ad cor ascenderit hominis, utique licebit ex operum qualitate. Quum enim acrimonia bilis excitatior & ad iracundiam deuergens accesserit aut amaritudo: perspicuum euadit in homine iam esse. Deinde intempestiua cupiditas multiplicium operationum, eduliorum luxus profusior, studium sordentis crapulæ, uoluptatum non uniformium consecratio, cõcupiscentia mulierum, immoderata cupiditas augendi peculij, superbia,

perbia, superciliosa & pompatica arrogãtia, & quæcunq; tandem istis confinia sunt & similia. Sed & conceptiones animi malignæ omnes hoc incentore accenduntur. Nobis itaque circumspectim attendamus ac uale supremum dicamus isti sic improbo spiritui: angelum uerò iustitiæ indiuiduum nobis adsciscamus uicæ huius comitem. Ita enim adhortatur nos lex, Attende, ait, tibi ipsi & custodi animam tuam ualde. Ne obliuiscaris Domini Dei tui, & ne recedant sermones eius à corde tuo, omnibus diebus uitæ tuæ: sed diliges Dominum Deum tuum ex tota fortitudine tua, qui è fornace ferrea eduxit te, de seruitute AEgyptiorũ, hoc est è iugo principis tenebrarum mundi huius. AEgyptus enim sua interpretatione insinuat tenebras. Attende tibi ipsi, ne postquam comederis & saturatus fueris, obliuiscaris Domini Dei tui, & recalcitres ut aliquando dilectus ille populus, nunc autem Deo odibilis, sed uerba eius inseres cordi tuo & erunt inconcussa atque immota ante oculos tuos. Attende tibi ipsi, ne derelinquas Leuitam omnibus diebus uitæ tuæ, hoc est ministros Domini. Sacerdotes enim Leuitæ etiamnum sunt. Ipsi enim portant peccata populi. Attende tibi ipsi ne forte fiat in corde tuo uerbum quod occultet quidpiam flagitij, hoc est ne curiose & superuacaneè confictis argumentis tibi ipsi blandiaris, magis autem dies trasmittito uitæ istius tuæ citra ullius simulationis fucum, ceu per Hieremiam iubet Dominus, Ecce dedi ante faciem uestrã uiam uitæ & uiam mortis, hoc est seruitutem & libertatem. Qui enim aliquando eramus tenebræ, nunc autem lux in Domino. Attende ijs quæ sunt in

Domino,

Angeli duo
dati homini
hoc inter=
noscentur
discrimine.

^{ὁμοῦ ἔστι}
^{σὺν λέγει ἄρ}
^{μοῦ ἰάσσει}
 obstupeſcūt
 Domino, nequando præterfluant. Comedenti enim uiam
 acerbam obstupeſcunt dentes. Vnusquisq; peccato ſuo mo-
 rietur. Eccleſiaſtes ait, Tribuli & laquei in uijs obliquis:
 qui autem custodit animam ſuam effugiet ea. Omni custo-
 dia ſerua cor tuum: ex eo enim exitus uitæ. Iterum, Præ-
 para ad exitum opera tua & præparare in agrum, &
 uade poſt me, & reædificabis domum tuam, quæ quidem
 præ cariola uetustate trãſgreſſionis Adam, collapſa erat:
 in baptiſmate autem inſtaurata eſt. Apoſtolus item Pau-
 lus, Videte quomodo ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut
 ſapientes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Et in
 apoſtolicis actibus, Attendite uobiſiſis & uniuerſo gregi,
 in quo poſuit uos Spiritus ſanctus paſcere eccleſiam Dei.
 Et Ioannes, Pueri, nouiſſima hora eſt, ſicut auდიſtis de An-
 tichriſto quia uenit. Et nunc Antichriſti multi ſunt. Vnde
 ſcimus quia nouiſſima hora eſt. Dominus quoque, Attendi-
 te uobiſiſis à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſti-
 mentis ouium: inſinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fru-
 ctibus eorum cognoſcetes eos. Ipsi gloria in ſecula, Amen.

De benigna & comi allocutione.

Homilia. 62.



Enigma & ſuauiſ allocutio è bono cordis the-
 ſauro exerit ſe ac promit. Niſi enim quis ſuū
 ipſius cor ab inutili garrulæ locutionis ex-
 purgarit abuſu: neutiſquam is potuerit com-
 pellare fratres benigno affatu. Tametſi uideri poſſit quæ-
 dam diſſerere auditoribus, ingrati tamen futuri ſunt ſer-
 mones

mones ac digni qui repudientur, neque enim rorulentam il-
 lam habent aſperginem gratiæ Spiritus ſancti. Quiſquis
 cupit nõnihil prodeſſe uerbo ſuo, à Deo uerbo ſupplex po-
 ſtulet uerbũ in apertione oris ſui, quemadmodũ & Eſaias
 ait, Dominus dat mihi linguam eruditam, ut nouerim quem
 oporteat proferre ſermonem. Inducit, Audite me & uiuet
 in bonis anima ueſtra. Paræmiaſtes, Fauus mellis, ſermo-
 nes boni: edulcatio autem eorũ, auditio & ſanitas animæ.
 Quanticunq; enim ad parandam ſalutem pertinentes
 depromuntur, perquam ſuauem dulcedinem atque ſanita-
 tem ingignunt animæ. Sed & prudens in negotijs, inuentor
 bonorum eſt. Labia amabilia ſunt, quæ reſpondent ſermo-
 nes bonos. Et, Labia lenia occultant triſtitiam cordis. Rur-
 ſus, Sermo triſtis excitat iras: lingua autem ſapientium bo-
 na ſcit. Medela enim linguæ, arbor uitæ. Iterum, Os iuſti
 diſtillat Sapientiam & labia iuſtorũ diſtillat gratias. Et,
 Os humile meditatatur ſapientiam. Rurſus, A fructibus oris
 anima uiri replebitur bonis: retributio labiorũ eius dabitur
 ei. Rurſus, Labia ueracia proſperè dirigunt testimoniũ: qui
 autem uolunt habere pacem, lætabuntur. Melicus hymno-
 rum concentor, Eructauit cor meum uerbum bonum. Et,
 Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa.
 Et, Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit
 laudem tuam. Sed & Paulus per epiſtolam dicit, Sermo
 ueſter ſemper in gratia, ſale ſit cõditus: ut ſciatis quomodo
 oporteat uos unicuiq; reſpondere. Et ad Romanos, Deſi-
 dero enim uidere uos, ut aliquid impertiar uobis gratiæ
 ſpiritualis, ad confirmandos uos, ideſt ſimul cõſolari in uo-
 bis

bis per eam quæ inuicem est, fidem. Iterum, Deprecantes unumquemque uestrum & consolantes, ut ambuletis dignè Deo. Quisquis igitur sentit se à Deo accepisse doctrinæ donum, loquatur omni cū modestia ut alijs sit ædificationi: ne fortè illi uertatur crimini quasi qui talentū Dominicum oeculuerit. Qui autem nondum donum tale accepit, sileat interim nec è corde suo profiliencia uerba nullius bonæ frugis proferat, ne fortè in se audiat detorqueri, quod peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu uerò odisti disciplinam & proiecisti sermones meos retrorsum. Bonus siquidem homo de bono thesauro cordis sui, hoc est dono Spiritus sancti, pfert bonum. Ipsi gloria in secula, Amen.

Non esse iurandum,
Homilia. 63.

I Am quòd iurandum non sit. Et quidem uetus illa Lex quasi sua sanciret decreta pusionibus qui necdum essent per ætatem sanctioris disciplinæ capaces, tātum illud est quod cauet, ut nequis per intempestiuam occasionem, neu per dolum iuret proximo suo. Nobis autē nostræ omnium uindex salutis Dominus dicit, Omnino ut ne iuremus. Ait enim, Sit sermo uester, est est: non, non. Quod autē abundātius est: à malo est. Ac si diceret, Illi populo priori callosæ admodum ceruicis ac præduræ mandauit sic: Non peierabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Populo nempe illi cui cor usque aded occaluerat, ut cōtumax semper fuerit nec credulus uerbis meis.

Vos

Vos autem qui fidem quæ in me est, nihil grauatim estis complexi, quibus & dedi potestatem filios Dei fieri, regeneratis iam ex Spiritu sancto: uos inquam adhortor, omnino ut ne iuretis, ut uel hoc discerniculo & insigni declaratur, qui degeneres sint, quiue legitimi mei filij. Reueremur dilectissimi eum qui nos tātò dignatus honore est, Dominum dico, & ipsius patrem. Sed & omni cum timore tanquam ingenui ac ueraces serui hoc eius uerbum sedulò obseruemus, ut ne iuremus omnino: nequando in nos illud intorqueat, Filios genui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Et, Filij alieni mentiti sunt mihi. Ne quæso, aduersus sermonem hunc Dominicum temerè quicquam aut per contemptum admittamus. Etenim quæ à nobis uel fiunt, uel dicuntur citra iuramenti accessionem, fidem multò apud homines maiorem impetrāt, suntque Deo longè gratiora. Rectè igitur denuntiat Sapientia, Iuramento non assuefacias os tuum: & nomini sancti ne assuegas. Qui enim per assuetudinem iurat, nūquam purgabitur à peccato. Rursum, Vir multum iurans implebitur ignominia, & non recedet ab eo flagellum. Sed uel sola locutio uiri iuramentis assueti non solum capillos surrigit, uerum aures insuper infense & pugnaciter uellicat audientium, Lex quoque dicit, Non iures per nomen meum in re iniusta. Propheta item Zacharias, Iuramentum mendax ne diligatis: ueritatem & pacem diligite. Dicit & Osèè, Ne iuretis uiuentem Dominum. Michæas, Et ero testis uelox aduersus eos qui iurant in nomine meo mendaciter. Dicit & Iacobus per epistolā, Ante omnia fratres nolite iurare, neque per cælum, neque

Nisi. 3. Ille adsint co- mites: ueritas, iudiciū & iustitia.

Rectius enim edicere quā ut habet exem. & edicere apponas.

y ij

per

Math. 5. per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo uester, est est: non non: ut nō sub iudicio decidatis. Concinit his & Dominus ac saluator, Ego autem dico uobis, nolite iurare omnino neque per cælū, quia sedes Dei est: neq; per terram, quia scabellum pedum ipsius est: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est regis magni: at ne per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum albū facere aut nigrum. Sit autem sermo uester est est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est. Deo nostro gloria in secula, Amen.

De fidei custodia commissi arcani, Homilia. 64.

Arcanum pectoris, unius cuiuspiam fidei concredere, eorum est qui sunt intimi & domesticè noti, hoc est quos synceræ ueritatis ac fidei indelibatæ commendat integritas, non item eorum qui externi sunt, quorum uidelicet fidem nondum habes exploratam. Vobis enim datum est nosse mysterium regni, ait Dominus. Qui igitur suæ fidei commissum minùs fideliter custodierit, proditor iam factus est regni. Sanè nimisquàm necessarium sit omni cum circumspectione providere te, ut mysterium tuæ semel concreditum fidei contineas, penes te asserues & premas: ne is qui tibi germanè amicus est, ex amico inimicus perseueret nunquam conciliandus, quemadmodum & diuina scriptura doctrice erudimur, quæ & docet secretum nullo pacto euulgandum. Dicit enim Parcmiastes, Qui celat iniuriam, quærit amicitiam: qui autem renuit celare, dissociat amicos & domesticos. Audisti uerbum?

uerbum? Commoriatur in te, ait. Qui enim secretum reuelat, perdit fidem. Rursus, Si reuelaueris secretū amici tui, nunquam persequaris post eum. Sicut enim auem è manu tua dimisisti: sic perdidisti proximum tuum & non captes eum. Noli persequi eum, quia longe abest. Inducit, Vulnus liceat alligare, & conuiuij est conciliatio: qui autem reuelauit arcanum, perdidit fidem. Generosæ igitur ac uirilis animæ est modis omnibus alterius secretum penes se recondere, nec ullam ob causam aut inuectum tristitiæ nubilum, prodere & euulgare arcanum cum fiducia concreditum. In sustinendo quidem uel ad horam, & continenter premendo secretum, nonnihil principio aditur laboris: demum incredibilem gaudiij uindemiabis dulcedinem ex fructu continentis linguæ. Seruus enim fidelis si est, dominicum arcanum penes se tacitus seruat. Ait enim & Dominus discipulis suis, Vobis datum est nosse mysteria regni Dei: illis autem, nempe externis omnia in parabolis dicuntur, ut uidentes uideant, & non intelligant. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

ἀποκρί-
σαελεγεῖ
πίλυσαε

Non cuius intempestiuius aut temere committendum arcanum, Homilia. 65.

Nicui libet obuius concredere sui arcanum pectoris, id peculiare est animæ prorsus inerudite & quæ nibildum experta est decori atque honestatis. Plerosque contigit perplexas atque uix tolerabiles incidere afflictiones, ex eo quod quibus non debebant, nimisquàm temerè se crediderunt. Ne-

cesse igitur sit circumspectum & comite consilio agere omnia nec inconsulte ut ferè fit, secretum cuiquam committere, ut ne demum per tuam temeritatem, fructus demetas doloris. Ad aures enim imprudentis bonum est nihil dicere, ut & Salomon ait, ne forte subsannet eruditos tuos sermones. Docet autem & alius Sapiens, Cum stulto noli inire consilium: non enim poterit tegere uerbum. Rursus, Omni homini ne prodas cor tuum, neque omnem hominem induc in domum tuam. Multae enim sunt insidiae calumniatoris. Rursum, Coram alieno nihil facias secreti. Neque enim scis, quid pariet. Iterum, Vir bilinguis reuelat consilia in consilio habita: qui autem fidelis est spiritu, occultat rem. Michaeas propheta clamat, Noli fidem habere amicis & a conthorali tua caue & nihil illius fidei committe. Hoc eò dixit, ne forte eadem toleremus quae & Sampson. Iusto enim huic quae cum ipso uiuebat communiter, inexplicabiles conciuuit turbas. Sampson enim propositi problematis solutionem enunciarat, id quod non mediocre inuexit uiro tristitiam. Nec secus altera thori consors, nempe Dalida subdolis & illi-
 • cibis uerbis iusto cum imposuisset, effecit ut hic tantus publicae esset insultationi inimicis suis, is qui angelica promissione conceptus est, perque annos uiginti gentis Israëliticae iudex fuerat. Idem manibus in leonis ora iniectis ipsum dissecuerat, In mandibula asini mille peremit uiros, ex eadem maxilla scaturientem bibit aquam, hic exuperanti fretus robore portas Gazae urbis cum emouisset loco, una cum feris, humeris impositas, sustulit in montem. Et hic tantus abiectae ac uilis mulierculae inescatus illecebris, mo-
 mento

mento non tantum modo perdidit fortitudinem, sed excauatis atque effosis oculorum orbibus, ad ludibrium expositus est puerulis gentis Philistinæ hoc est alienigenae, quibus cum oppressus diem suum obiit. Sequi igitur debemus Dominicam illam sententiam, quae dicit, Nolite dare sancta canibus, neque proieciatis margaritas uestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus & conuersi distrumpant uos. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De ueritate, Homilia. 66.

Irabere forsitan pater mihi uenerabilis Eustathie
 M tūq; & qui lecturi sunt praesentis operis comen-
 tationem, cur uestra exhortatione admonitus ut
 scriberem & a uobis cum sim auspicatus telam pertexere istius
 operis, mox tamen quasi mei ipsius oblitus, haec cōciones ita
 pertexui, ut uideri possim discipulis quibusdam loqui, quibus
 lacte opus sit eruditionis & doctrinae. Atqui nemo miretur,
 neque uicariam hanc permutationem temere obijciat factam
 esse per ignoracionem aut incogitantiam: magis uero gra-
 tum habeat timorem non usquequaque aspernabilem, quo
 subueritus detrectabam munus scribendi. Neque enim mei-
 ipsius oblitus sum. Sed iam ad causae redditionem uenio.
 Occasionem enim operosa istius lucubrationis sic digestae
 nouerit lector fuisse hanc, ut per capita tibi pater distin-
 guerem & contraherem in compendium diuinam omnem
 scripturam, ueteremque & nouam. Tale enim scribendi
 munus uestra suscepi exhortatione, quod momentis singulis
 loca & ciuitates permutare cogimur, per hanc Chaldaicam

Pandecten
 cur librum
 huc dixerit
 Ex utroque
 scilicet tes-
 tamento
 quatenus
 ad argumē-
 tum susce-
 ptū satis ea-
 rat.

gentis

gentis tempestatem, quæ totum propè terrarum orbem sua premit tyrannide. Cum uerò testimonia doctrinæ diuinitus inspiratæ quàm uerissimè scripta nonnihil egeant sermone morali, perinde atq; si fabrica quæpiam operosior & fastigiosa magnifico sumptu ingentium lapidum ac pretiosorum substructa sit & compacta, egeat nihilominus ad absolutam & solidam substruccionem minutulis scrupis & rudusculis perquàm tenuibus: huiusce rei gratia uisum est summariam delineationem præsentis opusculi tali serie digere & efformare, interim non ausus uni uobis peculiariter, sed in cõmune omnibus qualemcunque hanc inferre doctrinam. Siquidem ingenioli mei imbecillitas mihi satis supérque persuasa est & perspecta, nec minus exploratam habeo & compertam eximiam animi uestri lenitatem. Nunc autem cum eò sit prouectus liber, ut de ueritate mihi sit differendum: necessarium duxi eum tibi dicere peculiariter quasi diuinum quoddam & insigne munus. Prorsum ueritas Deus est. Neesse igitur sit, ut homo omnis, (si modo ueritatis est amantiissimus) in uotis habeat hoc primum & oret sibi indulgeri germanæ ueritatis cognitionem, de que ea sermonem edisserat prorsus amatore ueritatis dignum, iuxta illius sententiam qui dixit: Ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque. Veritas enim ad eos se recipiet & illustrabit, qui eam opere ipso exercent. Quemadmodum, igitur qui profert mendacium, cõtaminat ac defædat cor & os. (Nihil enim ab hoste humanæ salutis differt mendaciũ. Pater enim mendaciĩ diabolus est): ita & qui ueritatem loquitur, animã sanctificat

& os

& os & reliqua corporis membra. Veritas enim Christus est. Admonens autem propheta Zacharias populum illum malè morigerum, ait: Loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, & iudicium pacificum iudicate. Alius, Labia ueracia dirigunt testimonium: qui autem conseruare uolunt pacem, lætabuntur. Iterum, Veritatem posside & ne abieceris sapientiã atque disciplinam: quia os uerax implebitur risu, hoc est gaudio. Dauid, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Infert, Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam. Qui loquitur ueritatem in corde suo, hoc est ex corde. Principium sermonum tuorum ueritas: & in omnia secula iudicia iustitiæ tuæ. Etenim opera manuum tuarum ueritas & iudicium. Et, Misericordia & ueritas præcedent faciem tuam. Propter hoc intende, prosperè procede, & regna propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam. In ore enim inimicorum meorum non est ueritas, quia cor eorum uanum est. Sepulchrum patens, guttur eorum, linguis suis dolose egerunt, propter hoc iudica illos Deus. Sed & ueridicus Iob, Nõ enim elusi uerba Sancti Dei mei. Paræmiastes, Melior est pauper in ueritate ambulans diuite mendace. Facere enim quæ iusta sunt, & loqui ueritatem accepta sunt Deo magis quàm sanguis uictimarum. Rursus, Aperiens è labijs recta, quia ueritatem meditabitur guttur meum: execrabilia autem in conspectu meo labia mendacia. Item Apostolus, Deponentes igitur mendacium loquimini ueritatem unusquisque cum proximo

proximo suo, quia sumus inuicem membra. Et, In charitate non ficta, in uerbo ueritatis. Ioannes quoque, Scimus quia filius Dei uenit & dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum deum, & simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus Deus & uita æterna. Qui enim ueritatem loquitur: in Deo manet. Neesse igitur sit ex hominis ore nullum effundi sermonem, qui non ueritate omnimoda nitatur: ut Spiritus ille ueritatis qui idem Deus est, intelligatur in hac etiamnum carne sibi delegisse domicilium. Qui per hoc apud omne hominum genus comperitur ueridicus, atque ita demum glorificabitur Dominus inhabitans hominē. In omni enim uerbo uerax est Dominus, nec ullum possit in ipso deprehendi mendacij uestigium. Quotquot igitur semet irretiunt mendaciorum funiculis, frustrantur & eludunt Dominum, fiuntque prædones Domini, dum id quod penes se depositum est, non reddunt incolume & sanum. Spiritum enim acceperunt nulla contage mendacij decolorem. Hunc si reddiderint Domino in terstinctum uarijs mendaciorum notis: utique uideri possunt contaminasse depositum. quo fit, ut dici debeant rei alienæ suppilatores. Iam ueritatem quisquis custodit ac tuetur, citra difficultatem ullam potest sibi emereri beatam uitam. Ab ipsa enim protegatur ueritate, necundē talem adoriatur & urgeat quidpiā mali. Iure igitur & pro decoro tuendi hætenus cæpti ordinis sermonem hunc (qui de ueritate est) succedaneum tibi uni ð uenerabilis pater Eustathi consecrauimus. Semper enim Christum indutus, in ipso & uiuis & mouēris. utque homo uerax præcipuo & exuberanti amore ipsam de-

peris

peris ueritatem, Christū: quem unā cum patre & Spiritu sancto compar addecer gloria in secula seculorū, Amen.

Neminem præter decorum & discretionem coārgui debere. Homilia. 67.



Roximum coārguere secundum Deum, Deo ipsi quā sit gratiosum & amabile, quis explicet? Aliud enim est nihil, quā in signe fraternæ dilectionis argumentum ac piæ erga proximum uoluntatis illustre signum alieno periculo indolentis, sincero cordis affectu & munda prorsus conscientia. In timore autē Dei id fiat, nec sine indiuidua eius comite, misericordia unum aliquem arguere hoc nimirum mentis scopo, ut ad reſtitutionis reuoces uiam & conuertat peccantem. Id quidem ut fiat, oportet: sed & neesse sit discretionis aciem intendere ubi & quò loci sit necessaria reprehensio. Vir potens autoritate, siue diuitijs suffarcinatus neutiquā reprehendendus uenit inanis gloriæ: potius enim huic impendens periculum futuræ ignominie cōuenit inductis exemplis demonstrare. Hoc enim pacto tales non illibenter admittent reprehensionem. Consimili ratione nihil profuerit eum increpare, qui à peccatis interquieuit, quēque prioris pœnitet uitæ. Quòd si dicis reprehendere te per charitatem erga Deū & proximū: primum uide illi inclarescat delictorū grauitas, nec iam mærore aut tristitia contabescit reprehensus. Scriptum quippe est in Prouerbijs, Melior est reprehensio manifesta, quā abscondita amicitia. Fideliora enim sunt uulnera amici, quā uoluntaria oscula inimici. Melior enim qui reprehendit, uiro

z ij

iniusto

τῆς ἀλη-
θειας ἐσα-
σις μανι-
κῶτατος.

iniusto & cernicis duræ. Eius enim qui repente inflam-
mescit ira, non est sanitas. Rursus, Qui ostendit homini
uias suas, plus habebit gratiæ eo, qui ad gratiam linguam
suam componit. Iterum, Noli arguere malos, nequando o-
derint te: argue sapientem, & diliget te. Da sapienti occa-
sionem, & sapientior erit: notifica iusto, & addet ut ac-
cipiat. Iterum, Qui annuit oculo cum dolo, congregat uiris
tristitias: qui autem cum libertate reprehendit, habet pa-
cem. Argue amicum, ne fortè non fecit. Et si fecit, ut ne ad-
dat. Eadem prorsus Lex ait, Argues proximum tuum, ne
fortè non fecerit. Quod si fecit, ne adiciat. Quàm bonum
est arguere potiùs quàm irasci occulte? Inducit, In cõuiuio
uini ne arguas proximum: & ne spreueris eum in letitia
eius. Item, Si argueris prudentem, considerabit sensum: cor
sensituum, anima illius tristis est. Qui autè reprehendunt,
sibiipsis uidentur quàm sint, esse meliores. Paulus item Ti-
motheo ait, Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri
timorem habeant. Rursus, Argue, increpa, obsecra. Sed &
is qui nos ad salutem magnopere studet prouehere Domi-
nus ac saluator noster, hunc in modum nos adhortatur, Si
peccauerit in te frater tuus: uade, corripe eum inter te &
ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si
autem te non audierit, adhibe tecum unum aut duos: ut in
ore duorum aut trium testium, stet omne uerbum. Quòd si
nec hos audierit, dic ecclesiæ. Si autem nec ecclesiam au-
dierit: sit tibi tanquàm ethnicus & publicanus. Deo nostro
gloria in secula, Amen.

Ut ipse coarguaris, debes expetere, Homilia. 68.

Homo



Omo (si quidè de se quàm modestissimè sen-
tit, seque pro abiectò habet & uili) multa cū
animi uoluptate & beneuolentia eas exce-
ptat quæ in se recidunt, correptiones aut
quamlibet asperam obiurgationem. Beatus igitur Mona-
chus qui seipsum aliud esse censet nihil, quàm omnium peri-
psema. Incredibili enim lætitia perfunditur tacitus super
priua deiectione & contemptu, (dum seipsum deputat nec
fucate cæteris tantò esse minorem) magis quàm pro exhibi-
to honore aut proprij celebritate nominis. Vnde & talis
à Deo prædicatur beatus iuxta Esaiæ testimoniū dicentis,
Sanctificate eum qui extenuat animam suam: qui autè odit
correptiones, imprudens est. Sed & huic impendet non
simplex perturbatio: qui autem diligit eas, liquet hunc nul-
la iam percelli animi perturbatione, sed sedato est animo.
Quàm igitur profuerit benignè eos excipere, qui nos suis
exercent sannis & scommatibus quamlibet amarulentis:
præ illis qui nos adornant suis commentitijs laudibus? qui
iuxta scripturã nihil ab eo differūt, qui maledicit. Idè rur-
sus Esaias, Audite uerbū Domini, qui intremiscitis ad ser-
monem eius. Dicite his qui uos oderunt & execrantur,
Fratres mei. Sed & Paracmiastes, Conterit cõminatio cor-
prudentis: imprudens autem etiam flagellatus non sentit.
Iterum, Qui repellit disciplinam, odit seipsum: qui autem
seruat correptiones, possidet prudentiã. Rursus, Qui habet
prudentiã, in bonis erit: & qui custodit correptiones, sapiens
efficietur. Et qui obtemperat correptionibus uitæ: in medio
sapientum commorabitur. Et, Qui seruat increpationes,

ωπειθη-
μα ραμεν
tum, quise
quilias ho
maturam.

2 iij suam

suam ipsius diligit animam: qui autem oderunt, ignominiose moriuntur. Et, Paupertatem & ignominiam aufert disciplina: qui autem custodit correctiones, glorificabitur. Rursum, Plagae & obiurgationes tribuunt sapientiam: puer autem deerrans confundit parentes suos. Iterum, Qui diligit disciplinam, diligit sensum: qui autem odit increpationes, imprudens. David quoque, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Non quidem quod is deprecaretur aut defugeret uitabundus Dominicam correptionem, Sed eam quae cum ira graui infertur, disciplinam a se precatione hac usus amoliebatur ac depellebat. Infert enim, Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me. Sanequam eum par est magnum censeret & admirabilem qui cum increpatur acrius & ignominia non leui aspergitur, perfert tamen, quemadmodum honesta illa Chananiis magnique meriti quae quidem simul atque a Domino audisset, Non est bonum sumere panem filiorum & mittere castellis: non haec modo indignata non est, sed ex diuerso seipsam extenuans respondit, Imo Domine. Etenim catelli edunt de bucellis quae cadunt de mensa dominorum suorum. Hoc responso in admirationem tantae istius & humilitatis & fidei se surrigens Dominus, dixit: O mulier, magna est fides tua. Fiat tibi, sicut uis. Ipsi gloria in secula, Amen.

De pudore & uerecundia, Homilia. 69.



Verecundia Charissimi, siue pudor qui secundum Deum est, quanto praenitet decore? Nihil enim admittit insyncerum aut permistum, nulla pallenti rubigine uitatur hypocriseos, nihil in se prorsum habet

habet quod reprehensione dignum sit. Nec solum, sed & inter Deum nosque sequester est. Pudorem hunc igitur anteuertamus assequi, ut in Dominico aduentu maiore cum fiducia praesentemur. Vicinus enim illius aduentus est & ecce pro foribus adsistit. Quae enim secundum Deum uerecundia est, ne amutu quidem aut uultu arrepto ausit quicquam petere, aut quiduis praesente Deo liberius depromere, praemalorum multitudine quorum ipsi nobis conscij sumus. Si quando igitur dedecore quopiam aut probro aspergemur, mox cogitemus eam impressionem nobis inflictam pro cumulo gloriae quam nobis a Deo datum iri speramus, cumque actione gratiarum nihil aegre illam toleremus. Magno enim comodo nostro sinit Deus eam nobis infligi, atque ita interim dum ignominia percellimur, securi erimus tristitiae omnis nec ulla nos conciet mentis intemperies. Sane non parum uereri debemus Dominum qui tanta lenitate malorum omnium quae gessimus, obliuiscitur, si quando aliis, nunc maxime temporis, iuxta id quod dictum est, Neque enim nunc uel oggannire licet aut aperire os. Siquidem Domine seruis tuis & ijs qui te colunt, confusio iniusta est & illatum opprobrium. Tibi enim Deo nostro iustitia, nobis autem confusio uultus nostri, ut haec probat dies, nobis, principibus nostris & regibus nostris, quia peccauimus, inique egimus & a rectitudine defleximus uiae tuae, nec mandatis tuis obediuimus. Quae enim prophético afflatus spiritu futura praecinuit Hieremias, nunc temporis contingere. Is enim ait, Confusi sumus, quia audiuimus opprobrium nostrum. Operuit ignominia faciem nostram, quia ingressi sunt alienigenae

sanctuarum

sanctuarum nostra, in domum Domini. Sed & Dauid, Tu scis improperium meum & confusionem meam, quia tota die confusio mea contra me est. Et, Confusio faciei meae cooperuit me. Eiusmodi igitur pudor siue uerecundia plane bona est, cum secundum Deum sit, ut quae hominem adducit ad poenitentiam ac proinde non mediocrem adfert animae fiduciam. Est autem & altera confusionis siue uerecundiae species plane noxia ac detrimetosa secundum scripturam quae dicit, Est confusio adducens peccatum, & est confusio gloria & gratia. Plerique enim dum alios improbo timore uerentur, in Diaboli retia non semel reuoluti sunt. Infert, Qui non reuelat impietatem suam, non prosperabitur: qui autem exponit & reprehendit, diligitur. Rursus, Iustus accusator est sui ipsius in principio sermonis. Et, Quāto tempore innocentes proximè sequuntur iustitiam, non confundentur. Nosse enim legem, mentis est bonae. Inducit, Beatus qui in omnibus timet propter circumspectionem. Et, Præpara ad exitum opera tua. Et, Ne confundaris cōfiteri peccata tua. Non mediocri opus homini est lumine discretionis, ut norit ubi debeat suppudescere & circumfundi uerecundia, quae ad animae suae promoueat salutem, ubi contra debeat eam à se recellere ac propellere, quòd ad peccatum ducat. Liceat enim inuenire qui pollicetur quidem suo ipsius amico uerecundi pudoris gratiam, denique eum ipsum sortitus gratuito inimicum. Nos igitur dilectissimi eam uerecundiae speciem pro uirili nobis adsciscamus quae secundum Deum est, imitati Publicani illius exemplum, qui uel in caelum suspicere & attollere oculos uerebatur,

uerebatur, interim suum tundens pectus, hisque orans uerbis, Deus propitius esto mihi peccatori, ut illius exemplo absolutam peccatorum remissionem mereamur assequi, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De modestia animi siue humilitate,

Himilia. 70.

M Odestia animi sese ultrò demittentis siue humilitas hominem altiuolum efficit & aëriuagum.

Quantò enim quis se infra se deijcit: tantò hunc sublimiùs subuehit Deus & alleuat. Sic Moses, qui Deo tam familiariter congregiebatur. Hic tantus, de se cum modestissime sentiret, consilium neuitquam auersatus est sui soceri Ietro, tametsi tanta priùs fuisset nempe angustissima Dei uisione perfruitus. Verùm quaecumque ille suggesterat, hic effecit: eoque ipsum Deus præter cæteros omnes qui in terra morabantur, euexit in sublime. Haud secus Gedæon respondebat tribui Ephraim moderata usus & eò opportuniore prudentia, dum dicit, Quid feci, nunc ut uos fecistis? Nunquid non melior est racemulus Ephraim: quàm uindemia Abiezèr? In manibus uestris tradidit Dominus principes Madiàn. Ecquid tale facere potui, quale uos? Atqui huic Deus eam contulerat uictoriam in trecentis uiris. Cæterum iustus hic modestia ac lenitate responsi excitatam iram repressit ac sedauit, quin priùs aliquantò, Angelo respondit, Quis sum ego, aut quae est Domus patris mei? Millenarius meus abiectior est & humilior

in Manasse. Sapiens quidam dicit, *Quantò maior es, tantò humilia teipsum: & corã Domino inuenies gratiam.* Nam opera omnia humiliantis se manifesta sunt & conspicua oculis Domini. Os enim humile meditatur sapientiam: intellectus autem bonus dat gratiã. Ait item Psalter regius, *Ego autem sum uermis & non homo, opprobrium hominũ & abiectio plebis.* Rursus, *Tanquã prodigiũ factus sum multis, & tu adiutor meus fortis. Qui de se moderatè sentit & opus tractat spirituale: interim diuinas dum legit scripturas, quæcunque occurrunt, uniuersa in seipsum tacita cogitatione reflectit, & non in alterum.* Si cupimus Deo nostro magnopere esse gratiosi & amabiles, amicitiamque eius felicissimam exosculari suauissimè & amplecti: mentem illi nostram exhibeamus nudam & ab omni concretionem materiæ defecatam, quæ nihil seculi istius aliunde ad se adiscat, nullas aduocet molitiones fraudum, nihil commentitium aut sophisticum, non item causificationes siue disceptationes iuris. Auersatur enim numen illud eos, qui se adeunt superciliosa quadam freti persuasione. Contrã, si quis Deicola ac pius de se alioqui quã abiectissimè sentiens, neutiquã turgescens aut ueluti extuberans inani fastu, nihil temere sibi adscribēs meritorũ tacita cogitatione, magis uerò qui se inutilem esse seruum deputer: hunc talem clementer respicit Dominus, eiusque inhabitat mentem gratia Dei. Verissimæ humilitatis insigne hoc est, nullas in quempiam intorquere contumelias, sed ab alijs in te contortas generose & infracto perferre animo. Siquidem nemo (modò is sit non fucate humilis) qui causificetur

aut

aut partes unquam sustineat tuendi se. Vt enim arborum ramos exuberans copia fructuum deorsum uersus inflectit: ita & accessio diues uirtutum sensum hominis se possidentis demittit atque humiliat. Rursus quemadmodum statumen aut uinæ pedamentum ramum communit ac gestitat fructuum ubertate prægnantem: ita timor Dei cum suffulcit, qui uirtute adornat se. Beatus ille Paulus extenuans ac suppressens nostrum hunc fastum per epistolam dicit, *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Iterum, *Vt purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema.* Hæc porrò uerba in exemplum posita sunt insinuandæ humilitatis. Rursus, *Cognoscite gratiam Dei, quia propter nos diues cum esset, pauper factus est: ut nos illius paupertate diuites essemus.* Inducit, *Obscuro itaque uos ego uinctus in Domino, dignè ut ambulemus uocatione qua uocati sumus, cum omni humilitate & mansuetudine cum longanimitate supportantes inuicem in charitate.* Denique infert, *Postremo omnium tãquam abortiuo uisus est & mihi.* Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus. Quisquis igitur studet indipisci uirtutè humilitatis, quæ à solo Deo prærogatur, simulque declinare parentem uanitatis ac Deo modis omnibus inuisum tumorem superbiæ, ceu prius dictum mihi est, nihil omittat eorũ quæ conducunt ad parãdam humilitatis legitimam functionem, sed tali adsint habitus, pallium, incessus, sedile, alimonia, stratus, sermo, ipse corporis motus, aspectus, cõgressus cum proximo ac familiare colloquium, denique quæ ab illo cum labore fiunt: ad frugalitatem & parcimoniam spectent

A ij

omnia

homozost.

Similitudo altera.

περιψεμα.

ἐκλήθη μεν.

omnia. In primis suo de se iudicio ne se totum permittat, memor sit Domini qui nequaquam indignum duxit submittere se lauandis discipulorum pedibus, qui et dixit: Exemplum enim dedi uobis nempe humilitatis, ut quemadmodum feci uobis et uos facite in uicem. Si haec scitis, beati eritis, si feceritis ea. Ipsi gloria in secula, Amen.

De eo, quod proximo condonandum sit, Homilia. 71.



VT proximo ignoscas in plenitudine cordis, Dominicum urget te mandatum uniuerso hominum generi apprimè salutiferum. Domini autem mandatum, aeterna est uita. Itaque condonando proximis, ueniam ipsi impetramus. Sin remittimus ex animo: nostra ipsorum peccata per hoc quasi quopiam signaculo insignimus, ne ueniã promereantur. Quis igitur (sapiens modò sit) qui cum magnopere cupiat suorum nec ulli numerandorum delictorum perfrui absolutione, non cum ingenti gaudio festinet proximo condonare minutissimos quosque defectus? Iam hoc à nobis ut fiat, non ore solum praescripsit Dominus: sed et opere ipso praemonstrauit, quo patet expleri debeat. Patrem enim suum cruci confixus interpellabat, ipsis apprecatus ueniam, qui se extremè et iniquissimè diuexabāt. Pater (ait) dimitte illis: nō enim sciunt, quid faciunt. Quin et aliquantò prius, cum dequererentur discipuli aduersus quosdam Samaritas: ut qui hos detrectarant excipere hospitio, rogarent proinde sic inclementes igne caelitus misso consumi, quid respondit Dominus? Vtiq;

eos

eos increpuit: Nescitis, inquit, cuius patris estis? nimirum mansueti clementis et benigni. Hoc ipsum nos propheticis oraculis edocuit Dominus. Ait enim Zacharias, Iudicium iustum iudicate: misericordiam et miserationem facite unusquisque cum proximo suo. Sed et Paulus, Estote igitur inuicem benigni, misericordes, imitatores Dei sicut filij charissimi, donantes uobismetipsis, sicut et Deus donauit uobis. Abdias item propheta, Quemadmodum fecisti, fiet tibi. Retributio tua retribuetur in caput tuum. Debemus sanè alienis indolescere malis, nec grauatim mutuas donare offensas: sumus enim unum corpus et alteri aliorum membra. Debemus insuper id ipsum inter nos atque idem sapere. Perculsi terrore formidabilis sententiae Domini, ex corde inuicem remittamus offensas. Dixit enim, quia sic faciet uobiscum pater meus caelestis, si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris peccata ipsorum. Serue (ait) nequam omne illud debitum dimisi tibi, quia rogasti me. Nonne oportebat et te misereri conseruo tuo, sicut et ego tui misertus sum? Et iratus tradidit eum tortoribus, quousque redderet omne debitum. Quin Petro roganti, Quoties dimittam fratri meo, si peccauerit in me? Usque septies? Respondit Dominus, Non dico usque septies, sed usque septuagies septies. Eoque subiecit, Dimittite, et dimittetur uobis. Quod si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Si resipuerit per poenitentiam, dimitte ei. Si septies etiamnum in die ad te reuersus fuerit, dicens: Me poenitet, dimitte ei. Deum nostrum addecet gloria in secula seculorum, Amen.

A iij

Quod

Quòd pro inuicem orandum sit, & quamlibet
inimicis, Homilia. 72.



Dicere nobiscum agetur fratres, si per omnia ingrediemur ad præscriptam nobis à Christo formulam mandatorum, quandoquidem sic alterum alteri cohaerescit & innectitur, quasi annuli aureæ cuiuspiam catenulae conferti inter se & implexi. Fidelia enim omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi. Prorsus necesse sit eum qui uelit uerus esse Christi discipulus, tanto erga Christum succendi charitatis ardore: ut ne ullum quidem mandatorum ipsius prætergrediatur, tametsi id exigui momenti aut graue esse uideatur. Ipse enim dixit, Si diligitis me, mandata mea seruate. Rursus, Amen dico uobis, nisi abundauerit iustitia uestra, plusquam scribarum & pharisæorum: nunquam intrabitis in regnum cælorum. Et quidem dilectissimi hesternæ collatione edisseruimus uobis, quàm sit necesse, ut ex animo ignoscamus proximis: hodie uerò non id suggerimus solum charitati uestre, ut condonetis offensas, quin & hortamur, ut pro illis quoque preces effundatis. Iam quando Dominus ipse ac nostræ assertor salutis utraque hæc obseruari oportere sanxit: nemo impostero censeat grauiam esse mandata eius. Iugum enim meum suauis est, inquit, & onus meum leue. Non abludivit à sententia Domini Apostolus, Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Ad eum modum inuenire liceat in diuinis scripturis mandatum hoc opere implexisse sanctos omnes uerius multò absoluisse omnia. Et quidem propheta ille Samuel populo respondit,

dit, Absit hoc à me, ut recedam à Domino, ut cessem clamare, ut desinam orare pro uobis ad Dominum. Rursus idem, Absit hoc à me, ut peccem in Domino, ut cessem orare pro uobis. Ut hunc admirabilem est pristinae dignitatis gradu deiecerint Iudæi, imò exinaniuerint petito super se rege: nulli arbitror non perspicuum. Sed & Hieremias insignis etiamnum propheta per Iudæorum ingratitude tantam passus, pro eisdem nullo non tempore precabatur. Id uerum esse liquidò colligitur per ea quæ illi dicebat Deus: Et tu ne ores pro eis. Neque enim exaudiam te. Ad eundem modum Moses dicebat Deo, Si quidem dimittis eis peccatum: dimitte. Quòd si non: dele me de libro tuo. Et hoc sanè non illi modò faciebant, qui sub ueteris testamenti uiuebant iugo: sed & qui sub gratia nouæ legis. Beatus Iacobus Domini frater angelicam uitam in terris cum uiuisset, omnium suffragijs dici promeruit, Iustus, nimirum per conversationem sanctioris uitæ. Hic talis munimentum erat populi. Festus igitur dies Paschæ cum illuxisset, inque templum multæ conuenissent myriades Iudæorum, & hunc beatum in pinnaculum templi extulissent: Iuste te obsecramus aiunt, ut dicas populo, ne in posterum exeret post eum, qui dicitur Iesus. Tibi enim omnes nos fidem habemus. Respondit beatus, Quid me interrogatis de filio hominis? En ipse sedet ad dexteram Dei, in excelsis. Exleges illi & iniqui pontifices ac Pharisæi acclamarunt, O ò etiam Iustus hic in errorem prolapsus est. Et dixerunt ad inuicem, Malè fecimus, talem testem produximus qui secundum se testimonium ferret pro Iesu. Ipso enim audito non pauci ex plebe crediderunt.

de hoc fuit
suis. 2. c.
23. eccles.
histor. cui
cōtinuit
Hier. &
Soph. 1.

cum eo ascenderant, è sublimi præcipitarunt sanctum, qui cum in genua recidisset, nec statim oppetisset mortem, sed oraret pro ipsis: unus filiorum Rebecam propius cum se illi admouisset, audiuit orantem & dixit, Quid facitis? En quoq; pro uobis iustus orat. Tunc unus quispiam arte fullo cum accurrisset, lignū intorsit in caluaria eius, quòquidem opifices illi sordidas uestes exprimunt, uitamq; illi ademit. Similem in modum beatus Stephanus in medio consistens iniquorum exclamauit, Ecce uideo cælos apertos & filium Dei stantem à dextris ipsius. Cùmq; rapuissent eum, eiecerunt extra ciuitatem, & lapidabant inuocantem & dicentem, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Ecce igitur ipsi perspicimus pro suis etiamnum inimicis orasse adusq; mortem sanctos. Iure quidem. Nam qui pro se afficientibus iniuria quapiam effundit precem, illidit quidem & deturbat Dæmones, se autem hoc ipso opere declarat hæredem esse regni cælorū. Admonet prætereà Apostolus, ut pro omni hominum oremus genere. Vtique cum ait, Pro omnibus, per hoc indicat nos non pro amicis solum, sed & pro inimicis oportere orare. Itaq; si Domini imitatores uideri uelimus, necesse sit non pro amicis solum ut oremus, sed & pro inimicis, prouocati Domini exemplo. Ipse enim opere docuit facere hoc nos oportere. Siquidē à cruce dum pendēret, Patrem interpellauit pro se crucifigentibus: pro amicis item antequam in crucem surrigeretur, proque discipulis in mystico illo conuiuio orasse legitur. Vos enim amici mei estis, ait. Et, Iam non dico uos seruos. Orabat tum dicens, Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi.

hi. Rursus, Non rogo, ut tollas eos de mundo: sed ut serues eos à malo. Sanctifica eos in ueritate tua. Sermo tuus ueritas est. Ipsi gloria in secula, Amen.

De non querendo quæ sua sunt,
Homilia. 73.



Venadmodum Dominico mandato urgemur & mutuas donare offensas & pro inuicem orare: ita nec debemus quæ nostra ipsorum sunt, querere cupidius, sed quæ fratrum, qui eiusdem sunt mēbra corporis, ut ne nostro uitio ullā adeant occasionem noxæ aut detrimēti. Dixit enim Deus Moysi, Solue calceamentum pedum tuorum, hoc est, solue iustificationem tuam, carnalem istam prudentiam ac fastum propriæ uoluntatis. Locus enim in quo tu stas, terra sancta est, quam utique sortitò hæreditant mansueti. Nos itaque carnalis istius uoluntatis nostræ præcidamus præputium, eam explentes quæ Dei est: ne ab eo excidamus, qui per Hieremiam dicit: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuentis. Et, Ambulauerunt post uoluntates suas malas. Magna nobis cautione prouidendum, ne fratres nostros exatiemus poculo turbulentæ subuersionis, nempe scandali. Si enim propter cibum, ait Paulus, frater tuus contristatur, aut scandalizatur, aut infirmatur, aut offendit: non iam secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Sic autem peccantes in conscientiam infirmam, in Christum peccamus. Ideoque si esca scandalizat fratrem meū, dicamus & nos qui religiosi sumus, Non māducabo carnes in æternum, ut ne fratrem meum scandalizem.

lizem. Hæc nihil obscure faciebat fratres mei beatus ille fidelis prorsus, Dei & Christi eius amantissimus, idemq; salutis proximorum cupientissimus. Hic nequis improbo suo exemplo scandalizaretur, irreprehensibilem se per omnia exhibebat, mortem denique oppetiuit. Itaque fratres in omnibus uoluntati nostræ iniuciamus frenum, proximi causa eam præcidentes: ut ne authores ullius simus scandali aut subuersionis audientibus atque uitæ istius nostræ institutum explorantibus. Ille perquam beatus qui pietatis tuendæ gratia cuncta ueretur ac timet. Scriptura nanque habet ac beatus Paulus, Nemo quærat, quæ sua sunt, sed quæ proximi. Irreprehensibiles estote, ait, & Iudæis & Græcis & ecclesiæ Dei, quemadmodum & ego omnibus per omnia placeo: non quærens quod mihi ipsi utile est, sed quæ multorum, ut salui fiant. Et rursus, Caritas non quærit quæ sua ipsius sunt, non irritatur, omnia suffert, omnia sustinet. Sed & is infert, Debemus autem nos qui potentes sumus, infirmitates impotentium sustinere, & nõ nobis ipsis placere. Etenim ipse Christus non sibi ipsi placuit. Iterum, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Sed & Dominus, Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, patris, & perficiam opus eius. Voluntas autem ipsius est, ut saluem omnem hominem. Rursus, Descendi de cælo, nõ ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, patris. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De non concupiscendo, Homilia. 74.

Scriptum

Scriptum est, Quicumque spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei: Quod si filij Dei filias diligunt humanũ, hoc est, humani fauoris uel existimationis ducuntur affectibus: cui obscurum sit talium cõmisturã gigni in posterum Gigantes initio statim conditi orbis celebres opinione atq; famosos? hoc est, e quibus germen emerfit gloriæ inanis, nempe superbia, elatio, inflatio siue fastus, arrogantia siue immodica existimatio sui, iactantia siue gloriatio. A seculo enim emerfit superbia ac cæteri uitiosi affectus ex ipsa enati sunt. Sed quid Deus? Non permanebit Spiritus meus in hominibus his in æternum, quia carnales sunt per prauæ concupiscentiæ corruptelam: quemadmodum & Paulus Galatas coarguens, dicit: Quum Spiritu cœperitis, nunc carne consummaminĩ. Egregium sanè fuerit, si quidem ab eiusmodi quæ in mundo sunt, concupiscentijs excidemur. Talis enim concupiscentia omnis aduersus spiritum militat. Cor enim uoluptatum affectatoris carcer utique est & catena animæ in ipso exitus articulo: contra, industrio & laboris patienti ut libera euolet, aperta est ianua. Affectus nanque concupiscentiæ germen est ex otio suppullulans. Otium enim suo uelut semine gignit concupiscentiam, atque animi lentorem, magis uerò desperationem. Si enim recto rationis iudicio perpenderemus, quia super terram inquilini sumus, & quia celerius emigrandum hinc nobis est: cuncta utique isthæc temporaria obnoxia corruptioni & quæ nos rapidissimi torrentis instar prætereunt, neutiquam tanto expeteremus studio, quippe quæ nostra non sunt

φιλόσο-
φος & φι-
λόσοφος.

Otium præ-
rens concu-
piscentiæ,
acediæ ac
desperatio-
nis.

B ij ac

ac uix tantillo durant tempore. Quare sinum nostræ concupiscentiæ fufissimè laxemus ad ea quæ uerè nostra sunt, & quæ perennabunt nobiscum, nimirum ut simus cū Christo, ut eius incogitabili dulcedine atque regno mereamur perfrui. Nam qui tales, præsentis istius seculi omnia, diuitias dico, gloriam, præfecturam, decoram atque amabilem corporis elegantiam ut fœdissima stercora deputant: istis nulla in re imponere queat princeps huius seculi, ut à rectitudine deflectant, aut auocare à charitate Christi, astruente hoc Salomone: Concupiscite, ait, sapientiam, ut in æternum regnetis. Et, Querite prudentiam & perficite in scientia intelligentiam. & alia id genus non pauca scripta sunt. Ab omnibus enim scripturæ nobis interdiciūt, quæ sunt per se obscœna & ab honestate aliena, ita ut ueluti in unū fascem consertim ubi multa contentione differentiam explicauit bonæ malæque concupiscentiæ, subuectit: Aufer à teipso omnem concupiscentiam malam: induere uerò eam, quæ bona est & pudica. Hac siquidem redimitus ueste concupiscentiæ, facile illam execrabere, atque infense oderis, quæ improba est & uitiosa, proq; animi tui sententia quasi iniecto in os freno moderabere. Est enim isthæc maligna concupiscentia mirè agrestis ac præferox, nec citra negotium cicuratur aut mansuescit. Supra modum enim formidabilis est, quandoquidem cunctos propè absomit ac deuorat. Per id quod dicit, Agrestis est concupiscentia mala, insinuat talem suoapte genio emergere, ceu assolet emicare herba agrestis in agro minime profcisso & inarato, aut certè ceu animal naturæ agrestis, quod se in agris exatiat

pascuo

pascuo gramine citra moderationē rationis. Quæ tandem maligna hæc est & qualis cōcupiscentia? Caterum utriusque indoles bonæ iuxta ac uitiosæ sermone proximo explicatur eò exactiùs: ut utriusq; discrimine lucidiùs explicato, auersati eam omnem quæ uitiosa est, uitam nostram instituamus ad præscriptum canonem illius quæ bona est & per se honesta. Vnde & lignum illud scientiæ ad infusionem pertinens cognitionis, capax est & boni & mali, & hominem indicat capace esse cognitionis & boni & mali. Discrimen uerò utriusque explicat pressius, non eò ut quis malum cum bono promiscuè operetur: quin magis, ut faciens quod bonum est, declinet à malo, iuxta sententiam dicentis, Declina à malo & fac bonum. Sed & primaria illa Lex edicto cauet, nequid eorū cōcupiscas quæ sunt proximi tui. Et quidem Achas mandatum hoc transgressus, uineã Nabuthæ concupiuit, sed & iustum dedit neci: sibi autem ac domui suæ extremã inuexit cladem æternæ perditionis. Concupiuit proinde populus concupiscentiam in deserto, quapropter illic prociderunt membra illorum. Dicit & Parcemiastes, Otiosus omnis in cōcupiscentia erit: manus autem fortium in diligentia. Rursus, Vana occupatio mentem perscrutatur & explorat non malam. Itémq;, Impius tota die concupiscit concupiscentias non bonas: iustus autem & misericors est & miserator, nec parcet. Et inducit, Ne te uicerit pulchritudinis concupiscentia, neque irritaris tuis palpebris. Inculpatus quoque nec ulli obnoxius reprehensionem Iob, qui & pulchrè affectum hunc concupiscentiæ protriuerat, dicit: Si oculum meū secutum est cor

naBouré
p Naboth
ita Ambro
sius.

PROU. 6. c.

Iob. 31. a.

B iij

meum

meum. Apostolus item Petrus, Charissimi obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos abstinere uos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam. Eodem contendit Paulus, Mortificate itaque membra uestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immundiciam, passionem, concupiscentiam malam. Non enim uocauit nos Deus in immundiciam, sed in sanctificationem. Non igitur regnet peccatum in uestro mortali corpore in hoc, ut obediatis concupiscentijs eius, sed induimini Dominum nostrum Iesum Christum. Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Rursus, In quibus omnes nos cõuersati sumus aliquando in concupiscentijs cordium nostrorũ, facientes uoluntates carnis & cogitationũ nostrarum. Quisquis igitur cupit concupiscentiam fugere totius corruptelæ artificem, quæ hominem recta transmittit in penitissimã abyssum inferni, is sibi studiose paret Dei timorem. Timor enim Domini sanctus permanens in seculum seculi, ait Dauid. Rursus idem, Confige timore tuo carnes meas. Qui enim iugiter ob oculos mentis ponit & obuerset impendentem mortem, ignem illum æternum, insomnem nec unquam interquiescentem uermẽ, illas exteriores tenebras, fletum ac stridorem dentium, dedecus quoq; illud ignominie perquã plenum quo aspergendi sunt reprobis ante formidabile Christi tribunal, inq; conspectu & angelorũ & hominum constituti: nullo negotio is interpõlat ac prorsus dissoluit quantumlibet lenocinãntem illecebram uoluptatis, omnem denique concupiscentiam qua oppugnatur, in amorem transscribit Dei. Labores igitur capessamus & corporis & spiritus, & in articulo suscepti laboris secedit concu-

concupiscentia. Pigrum enim ac socordem concupiscentia occidit. Non enim uolunt manus eius quicquam operari. Dominus animarum amantissimus ait, Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & projice abs te. Melius enim tibi est, ut pereat unum membrorum tuorum & non totum corpus projiciatur in geënnam. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De iusto iudicio, Homilia. 75.



VI rectitudinẽ seruare cupiunt iudicij, primum quidem postulent à Deo sibi prærogari sapientiam atq; intellectũ, Salomonis exemplum secuti. Hanc quippe unam & primã & solam postulationem dari sibi obsecrauit. Neq; tamen solã hãc accepit gratiam, sed & Dei præconio promeruit laudari, quod rectè postulasset. Deinde unum uitent. Ait enim scriptura, Aperi os tuum sermoni Dei & rectè cuncta de-

prover. 31.

οι δ' υᾱσου
θυμω̄δ' ε̄ς

cerne. Rursus, Potentes facile incandescunt, unum itaq; ne bibãt, ne obliuiscantur sapientie, nec rectè iudicare possint in causa debiliũ. Si quando quid perplexum & explicatu difficile occurrerit, quod cupies dissoluere, à Deo quære primum quid illi acceptum sit & gratiosum: mox eius solutionem nanciscere accommodam ac perutilem. Et quidem primaria lex iubet dicens, Non facies, quod iniustum est in iudicio: nec adijcies, ut cum multitudine declines iudicium. Et, Pauperi non misereberis in iudicio. Et, Non peruerteris iudicium pauperis. Non accipies personam pauperis: neq; reuereberis uultũ potentis. In iustitia iudicabis proximum tuum: & iudices tui iudicium iustum, iudicabunt, neque

neque agnoscent personam. Non accipient munera: etenim munera auferunt uerba iustorum. Iustè quod iustum est, persequeris. Et Hieremias, Facite iudiciũ & iustitiam: eripite eum qui patitur rapinam de manu oppressoris. Alioqui, tam qui iustum decernit esse iniustum: quam qui iniustum iudicat esse iustum, uterque apud Dominum execrabilis. Qui quaerit Dominũ, inueniet scientiam cum iustitia. Rursus, Cor uiri cogitet iusta, ut à Deo dirigatur gressus eius. Et Parœmiastes, Nouit Dominus iudicare pauperculos: impius autem non intelliget scientiam. Iterum, Vir prudens uia recta ingreditur, & principium uia bonæ facere quæ iusta sunt. Iob item, iustitia indutus sum, uestitus autem sum iudicium, quasi diploidem. Rursus, Si declinauit pes meus de uia, si contempsi iudicium famuli mei. Et hæc quidem de iudicij æquitate. Non inconcinnum alioqui fuerit meminisse apostolicæ sententiæ quæ dicit, Audet aliquis uestrum negotium habens aduersus alterum iudicari apud iniquos & non magis apud sanctos? Inducit, Iam enim omnino delictum in uobis est, quia iudicium habetis inter uosmet. Quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriã facitis & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Atqui nemo existimet nostrum de iusto iudicio sermonem solis ijs cõpetere, qui de cõmunibus negotijs lites dirempturi sententiam ferunt, atque hinc supinus obdormiscat, desertens interim ac securus curæ omnis. Omnibus enim ex æquo uiuificator ille Spiritus hoc præscribit mādatum. Ait enim is per os Dauid, Erudimini oēs, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei in tremore. Apprehendite

hendite disciplinam, nequando irascatur Dominus & per eatis de uia iusta. Rursus, Beati, qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiam in omni tempore. Et, Si uerè utique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Si uerè utique, non cõmentitiè aut mendaciter neque per hypocrisim. Dixeris, Quid igitur ad me istud attinet mandatum, cui nulla est concredita functio iudiciariæ potestatis, qui nihil minus quàm iudicem profiteor? Huic respõderim. Deus qui hominem condidit, fecit eum suæ esse spontis ac liberi arbitrij, capacem præterea propositi alterutrius aut uirtutis aut uitij. Cumque in faciem hominis inspirans multiplicem sensum in se uisset perinde atque in agello quopiam, explesetque satellitum ordinem: in horum medio iussit mentem residere primariam atque sensuum moderatricem, ceu regem stipatum satellitio milite, regem planè ex conditione bonum ac iustum. Penes te igitur omnino est iudicandi libertas, quo discerniculo uirtus à uitio distinguatur, putà temperantia ab effreni libidine, ingluuius ab exercitio abstinentiæ, ira à mansuetudine, inanis gloriæ sitis ab humilitate: uirtus denique omnis uitium habet cui reluctetur, quo cum iudicium exerceat. Mens igitur si malitiam condemnet, ferat autem pro uirtute sententiam: rectè iudicauit, fecitque iudicium & iustitiam. Quòd si per immoderatam sumptionem uini seipsam fugerit ac nescierit: prolapsa iam est à rectitudine iudicij, ut ille olim Ozias, ac miserè ægrotat ægrotatione ad mortem, hoc est desciuit à iusto rationis iudicio, ultròq; malitiæ cessit palmaris uictoriæ teseram ac se æternæ morti addixit. Hæc Dominus suo a-

Non negat
iudiciũ =
quum exer
ceti debe
re apud si
deles.
ἰσχυρά.

Φάρμα-
 non dictio
 media est.
 pbatur de
 uerborũ si-
 gnific. L.
 236. ex. 4.
 Odysseæ.
 Hic in bo-
 nam partē
 sumitur p
 Antidoto
 siue reme-
 dio Ex Dio
 ny. Arcop.
 Epistola
 ad Dorot-
 heum.



Quantum in se habet dulcoris fratres mei, Pœ-
 nitentia, quàm est suavis? Aliud prorsus nihil,
 quàm sarcindæ uitæ salutare pharmacum,
 eò maximè, quia suavis est Dominus noster, malè nobis cõ-
 missorum facillè immemor, benignus, miserator, humani ge-
 neris imò animarum nostrarum amantissimus, modis omni-
 bus prospiciens nostræ omnium saluti. Hic talis nihil tam
 fitit, quàm ut resipiscamus, nõsque pœniteat uitæ turpiter
 actæ. Super lachrymis se recipientium ad meliorem uitæ
 frugem mirè letatur & exhilarescit. Exultat super con-
 fessione pœnitentium. Super contrito corde & humiliato,
 incredibili gaudio perfunditur. Quin nimisquàm longani-
 miter nostram opperitur conuersionem, nec interim con-
 quiescit ad supremum usque uitæ nostræ halitum sustinens,
 ac demum post tot alioqui infandorũ criminum myriades,
 post tot flagitia quæ in centore diabolo ipsi gesimus inui-
 tans & exhortans ad ipsum ut conuertamur, quemadmo-
 dum uoce clamat prophetica: Et cum hæc omnia feceris, uel
 serò ad me reuertere. Addo, nobis longè disiunctis ultrò
 obuius occurrit, circumplectitur & adstringit, totque pia-
 culorum notis interstinctum, tot aspersum probris, &
 ad ceruicem usque nulla non parte sordibus squalentem di-
 gnatur benignissimus suauis osculo ac ne cum eiusmodi
 quidem de eatenus commissis expostulat, magis autem
 fœlicissimæ illius uitæ futura bona se daturum pollicetur,
 atque ut est perquam clemens indulgentissimè non solum
 priora delicta, sed & nobis prærogat arrham uitæ secu-
 turæ, nimirum gratiam Spiritus sancti, stolamque exhibet
 primariam

primariam illam incorruptionis, quam ipsi accepimus pri-
 mùm regenerati sacri unda baptismatis, sed eadem per pec-
 catum miserè eramus spoliati. Hanc ipsam nobis synceriter
 pœnitentibus ac toto pectore ad eũ cõuersis gratuitò donat
 pius. Ad hæc, diem indicit transigi festum, eò beatas illas
 ac sibi perquam charas uirtutes, ostentans gratulabundus
 quam inuenit, drachmam, nimirum æterni regis imaginem,
 ouémque erraticam impositam humeris gestitans ad sui
 patris inducit conspectum, ubi letantium omnium habitatio
 in ipso est, animam istius supra omneis locat, qui à tam cle-
 menti patre ultronei resiliunt ac secedunt. Sed & nobis
 subinde ac temerè dequerentibus ac secum expostulãtibus,
 non rarò sustinet ac perfert longanimis. Itaque fratres ta-
 lem cum habeamus & sic misericordem Dominum, ne cun-
 ctemur ad eum conuerti, neu intolerandorum ac innume-
 rabiliũ mole exterriti peccatorum nos ipsos dedamus
 socordiae aut in abyssum protrudamus desperationis. Dum
 enim lentescimus & cunctamur conuerti: plenum paramus
 diabolo gaudium. Desperatio autem rectã ad mortem de-
 ducit. Accedamus interim ad pœnitentiã, quæ nostri causa
 apud Deũ plena fungatur legatione ac precetur: nos quoq;
 cum Hieremia ppheta clamemus uoce exerta, Quia pec-
 cata nostra ipsa restiterunt nobis, & quia multæ præua-
 ricationes nostræ coram te Domine, sed fac nobiscum pro
 gloria nominis tui. Et, Tu in nobis es Domine & nomen tuũ
 inuocatum est super nos. Et cũ Michæa opploremus: Iram
 Domini portabo, quoniam peccaui ei. Cum Dauid, Delictũ
 meum cognitum tibi feci & peccatum meum non abscondi.

Ἐξάρω
εὐψών.

Sed reuelabo & cōfitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Tu enim dixisti Domine, Dic tu primus iniquitates tuas, ut iustificeris. Spe igitur fretus Domine inexhaustæ & abyssalis misericordiæ tuæ ex ore meo impuro, ex labijs immundis hanc unam supplicationem offero tibi. Memor esto, quia nomen tuum sanctum inuocatum est super me, qui me redemisti pretioso tuo sanguine. Signasti enim me arrhabone Sancti tui Spiritus, reduxisti enim me ex altissima uoragine iniquitatum mearum, ut ne in prædam abduceret me inimicus. Iesuchriste suffulci me atq; sustenta & esto mihi auxiliarius tu in bello potens. Seruus enim sum concupiscentiæ, Ab hac miserè oppugnor, sed tu Domine ne me derelinquas in terram disiectum, quãdoquidem agnosco & damno opera mea. Emancipa me Domine iugo depressum miserandæ seruitutis, qua mundi istius obstringor principi. Tuæ me adscribito clientela, tuus ut sim per obseruationem mädatorum tuorū, tu qui uia es uitæ meæ & Christus meus: sed & facies tua lumen oculorum meorum est. Deus Domine & Domine uitæ meæ, extollentiam oculorū meorum ne dederis mihi, & concupiscentiam prauam auerte à me. Sustenta me Domine manu tua sancta. Appetitus uentris & concubitus non apprehendant me & animæ irreuerenti ne tradas me. Illustra in me lumen uultus tui Domine, ut ne comprehendant me tenebræ, sed & qui obambulat eas, ne clancularijs suis dolis abripiat me. Ne tradas Domine bestijs inuisibilibus animam confitentem tibi. Ne patiaris Domine seruum tuum immaniter torqueri à canibus istis, qui

qui à te alieni sunt & defecerunt. Dignum me effcito pater sancte hospitali munere Sancti tui Spiritus, meque exædifica in domicilium Christi tui. Dux eorum qui exerrarunt à uia, prædux mihi esto & comitare: ut ne ad sinistram declinem. Faciem tuam mi Domine flagrantibus uotis uidere concupisco. Deus, illustratione uultus tui dirige me in uiam. Flumen lachrymarum indulge mihi seruo tuo, humorem Sancti tui Spiritus huic tuo plasmati liberaliter impartire: ut ne exarescat exemplo ficulneæ illius, cui tu maledixisti. Poculū mihi meæ sint lachrymæ: uicem alimonie suppleat oratio mea. Verte planctum meum in gaudiū mihi: admitte me in æterna tabernacula tua. Anticipet me misericordia tua Domine & miserationes tuæ apprehendant me, & remitte omnia peccata mea. Tu enim Deus uerus, qui remittis iniquitates. Ne patiaris Domine opus manuum tuarum ullo atrociore aspergi opprobrio ob multitudinem iniquitatum mearum, quin reuoca me per unigenitum filium tuum nostræ omnium salutis uindicem. Excita me miserè iacentem, ut olim illū telonem Leui: uiuifica me peccatorum morte tabesactum, ut tunc filium uiduæ, tu qui solus resurrectio es mortuorum, Tibi gloria in secula.

Optet in primis quem uerè pœnitet, & se ob ea quæ perperã gessit, durius coargui, & quæ ab alijs ingeruntur opprobria, generose ferat. Pœnitentia enim est ab imprudentibus subsannari, ac interim dum hæc toto persers pectore, nõ desinis Deo offerre confessionē. Esaias Deū suppliciter obtestans pro duri admodū cordis hominibus, proq; impœnitentibus,

Supplicatio S. Antiochi finis.

Nam desit
νόλιος
inexemplari

nitentibus, dicit: Nunquid non potest Dominus uos saluos facere? Sed propter peccata uestra auertit faciem suam à uobis, quia nemo iusta loquitur, neque est iudicium uerū. Sed & alter, Quàm bonum est eum qui coârgetur, manifestare pœnitentiam? sic enim effugies uoluntarium peccatum. Rursus, Peccasti, ne addas ultra: sed & pro peccatis tuis prioribus deprecare. Inducit item, Quasi à facie serpentis fuge à peccato. Sapiens enim timore correptus declinat à malo. Iob item, Quod si postquam peccaui, uoluntariè occultaui peccatum meū. Non enim reueritus sic sum copiosam multitudinem ciuitatis: quominus proderē, confiterer & euulgarem illud in conspectu eorum. Et in actibus Petrus multitudini dixit, Pœnitementi igitur & cōuertimini, ut deleantur peccata uestra: siquādo uenerint tempora refrigerij. Et nos charissimi, quemadmodum superius mihi dictum est, unā nos pœniteat uitæ prioris corde prorsus sincero, à malis quæ ipsi gessimus, conuersos ad Deum ac dicentes, Peccauius, propitius esto: iniquè egimus, cōdona: offendimus, conciliare tu nobis. Expurga nos, exemplo meretricis illius: ut publicanum illum, nos etiamnum iustifica. Veniat super me misericordia tua: super me roscidus humor clementiæ tuæ destillet, neque sinas me uenundari pretio peccatorum meorum, nequando obdormiscam & emoriar amarissima morte peccati, quin potiùs redime me à præsentī seculo nequam. Indulge mihi pœnitentiæ tempus: locum purgandæ conscientiæ imparti. Non enim est pax in ossibus meis à facie peccatorum meorum, quia iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū, sicut onus graue grauatæ sunt

sunt super me. Etenim Domine si obseruaueris iniquitates, quis sustinebit? Quia apud te ppitatio est. Credamus igitur Deo, qui urgentibus peccatis, propriæ uitæ spem abieciamus & conuertamur ad Dominum Deum in plenitudine cordis nostri, operantes interim iustitiam, quòdque superest uitæ istius nostræ uertamus in legitimam ipsius seruitutem pro bona eius uoluntate, ut medelam accūret obliterandis prioris uitæ delictis, nobisque uirtutem suggerat: quā aduersus commenta diabolicæ malignitatis ipsi præualeamus. Terriculamenta minasue eius nihil omnino est, quòd timeamus. Emarcuit enim illius impuri uirtus, quasi nerui præmortui. Quin potiùs onnipotentem Dominum reueremur, illius obseruemus mandata, atque in hoc uitam expleamus. Si ad eum modum cum gemitu ac lachrymis ipsum supplices obtestati fuerimus utique respondebit, quod per Ezechielem prophetā dixit, Viuo ego dicit Dominus, quia nolo mortē peccatoris, magis autē ut cōuertatur & uiuat. Rursus, In quacunque die conuersus fuerit iniquus ab omnibus iniquitatibus suis, & fecerit iustitiam: non erunt ultra in memoria peccata illius. Desiderat Dominus magnopere salutem nostram. Dixit enim discipulis suis: Dicitte eis, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Ob hoc enim bonus hic pastor relictis nonaginta nouem ouibus in monte, erraticam illam ubi inuenit: impositam humeris refert ad caulam gaudens. Conuocat sublimes illas uirtutes, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni perditam illam ouiculam. Et inducit, Dico uobis, quia sic erit gaudium in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente

magis quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Ipsi gloria in secula, Amen.

De patientia, Homilia. 78.



ET quidem de pœnitentia cum perpauca dis-
seruerimus uobis priore sermone: superest,
Deo coöperante, nonnihil ut dicamus de pa-
tientia, quæ sanè hominem rectà prouehit ad
salutis portum. Ea utique dicemus, quæcunque ipsius Do-
mini suggeret benignitas. Pœnitentia enim indiga admodū
est patientiæ, citra cuius operam perfici neuiquam possit.
Neque enim Aquila, unialis si est & alterutrius destituta
præsidio, queat unquam subiolare & in sublime sustolli.
Patientia pœnitentiã perficit & eam uelut indice ostentat
præsigi corona redimitam. Nec eò solūm conducibilis no-
bis censenda est patientia, quòd efficaciter coöperetur per-
ficiundæ pœnitentiæ, sed quòd nulla prorsum uirtus nullūm-
ue Dei mandatum nisi hac comite, legitime perfici queat.
Bonorum igitur, (si qua in nobis sunt) cardo & caput pa-
tientia est. Omnem proinde tentationem, afflictionem om-
nem necesse sit ut suscipiamus cum patientia & gratiarum
actione, quò uel tandem assequi detur terram illam promis-
sionis. Egregium planè sit non facile plani in morem ac
uagi è loco in locum diduci. Vnusquisque enim in quod uo-
catus est, in eo & maneat. Patientia solūm hoc te edocet,
per abstinentiã infractò ut feras animo tentationes, quæ a-
licunde extrinsecus te adoriuntur. Quemadmodum enim
cera ut plurimum, nisi recalescat, aut præmolliatur non
facile in se recipit sigilli impressionem: ita & homo nisi
laborum

laborum ac multiuariæ infirmitatis probetur exercitio,
neuiquam sinet insigniri se signaculo diuinæ gratiæ. Ob
hoc Paulo respondit Dominus, Sufficit tibi gratia mea.
Virtus enim mea in infirmitate pficitur. Quando Dominū
dimisit diabolus: tunc uenerunt angeli & ministrabant ei.
Quemadmodum igitur dum tentaretur, non leguntur ad-
fuisse angeli: ita nobis quoque in tentatione positus, tantillo
interim se submouent tempore, nec procul tamen absistunt
angeli Dei. Cæterum mox à tentatoris secessu instant, no-
bis suggerentes quæ ad diuinæ bonitatis cogitationem fa-
ciant, putà illustrationem mentis, compunctionem, dulcedi-
nem spiritus & patientiam: atque ita deinceps anima talis
amissas resumit uires ac refouetur pro modulo toleratæ
afflictionis. Propter hoc Esaiās, Sustinentes Deum, muta-
bunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, current &
non lassescunt, uadent & non esurient: & Moses ad po-
pulum, Propter hoc tentauit te & afflixit te, ut pasceret te
manna, ut nota fieret quæ in corde tuo uersabantur. Quasi
siquis erudit homo filium suum: sic Dominus erudiuit te.
Rursus, Et afflixit te Dominus, ut bene tibi faceret in po-
stremis tuis. Dicit autem & propheta Naum, Bonus Do-
minus expectantibus eum in die tribulationis. Alius item,
Ne dicas, ultionem expetam de inimico meo, sed sustine
Dominū, ut auxilietur tibi. Non enim fraudabit patientia
pios. Ad eum modū nihil non sufferebat lenissimo & pla-
cabili animo uir David. Neq; enim is cum intoleranda male-
dicentia lacefferetur à Semei, simulque crebro lapidum ia-
ctu impeteretur & audiret, Egredere uir iniquus, ullum

diuina
mou.

De agone, Homilia. 79.



AGon commilito est & consors patientiæ. Verius initium est & finis: ac propè dixerim, amplius quiddam. Ad eò enim alterutra alterius ope eget ac mutua compagine, ut neutra possit ad uictricem pertinere coronam sine sua compari. Concinno igitur ordine ac rationi consentaneo, patientiæ conexuimus agonem. Vtraque enim Domino nostro Iesu Christo, (qui spiritualis palestra totius agonotheses est,) uires suggerente ac protegente, palmarem uictoriã reportat aduersus omnẽ diabolicæ perturbationis uiolentam impressiõnem. Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, nec interquiescit: donec inimicos remoliat & aboleat à facie sua. Sanè temperantia duplex est. Quædam enim sunt à quibus necesse sit, tibi ut temperes: alia item sunt quæ opus sit, ut exequaris. Ab improbitate, operæ sit pretium, ut abstineas nec expleas opere: contra, ab eo quod bonum est & honestum, manus ne contrahito, magis autem eas fac accommodes pio operi. Ab omni igitur malitia manus amolitor, honesto cuiquam operi attentus. Fac, contineas ab adulterio, à fornicatione, ebrietate, ab iniquitate & legis transgressiõne, à geniali luxu deliciarum, ab eduliorum immoderata copia, ab immodico quæstu diuitiarum, ab impotentii iactantia, ne quid de te senseris sublimius, ne per superbiam eleuere. Abstine à mendacio, detractiõne, hypocrisi. Acceptæ iniuriæ memor ne esto. Proinde, tibi ut temperes ab omni blasphemia, à furto, à ueteratoria fraude, falso testimonio, auaritia, concupiscentia mala,

Temperantia duplex.

A quibus maximo pere sit etiam contemnendum.

dedit concitati animi indicium. Sed & consobrino ipsius tali indignitate permotus cum dixisset, Quis hic est canis, qui maledicit Domino meo regi? Profectus hinc percutiam eum & auferam caput ipsius, hunc durius coarguit dicens: Dimitte eum, ut maledicat mihi, ut uideat Dominus & pro maledictione hac retribuatur mihi bona. quocirca non ab re psalabat, Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit deprecationem meam. Rursus, Expecta bonum tuum, quonia bonum in conspectu sanctorum tuorum. Quin & nos ad patientiam adhortatur dicens, Viriliter age, & confortetur cor tuum & sustine Dominum. Sustinentes enim Dominum, ipsi hereditabunt terram uiuentium. Et, Non confundentur qui expectant te Domine, Domine uirtutum. Vasa enim figuli probat fornax, & tentatio hominis in cogitationibus eius. Vae autem iis, qui perdidit patientiam. Et quid facient, cum uisita uerit Dominus? Patientia enim pauperum non peribit in finem. Ait autem & Sophonias, Si moram fecerit, expecta eum: quia ueniens ueniet & non tardabit. Et, Si subtraxerit se iustus, non placebit in illo anima mea. Et Paulus, Si sustinuerimus & corregnabimus. Rursus, Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes reportetis promissiones. Iacobus quoque, Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, scientes quod probatio fidei uestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat. Inducit idem, Beatus uir, qui suffert tentationem, quonia cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ. Dominus item, Qui sustinuerit usque in finem, hic saluus erit. Iterum, In patientia uestra possidebitis animas uestras. Ipsi gloria in secula, Amen.

De agone,

D iij impo-

γῆρ ζών-
των.

σοφονίας,
inò Abas
cuq. c. 2.

ἔχρω βα-
beat, non
ἔχρῃ habet.

impostura & circumuentione, ab inanis gloriae appetitu, & arrogancia, denique ab ijs quacunque horum sunt perquam similia. Ab istis igitur operibus quisquis es ò serue Dei qui spiritualis uitæ aggredieris certamen, modis omnibus temperandum censeo. Sunt contra & bona opera quæ ut opereris, necesse sit, non item ut ab eis contineas. Omnium primum, fides est: deinde timor Domini, charitas, concordia animorum, uerba iustitiæ, ueritas, patientia, subseruire uiduis, pupillos solatio destitutos parentum interuifere, seruos Dei quauis necessitate oppressos extricare ac redimere, hospitio excipere peregrinos, esse requietum & taciturnum, postremo ut de omnibus in commune bene merearis, senes reueretor, iustitiam exerceto, fraternam conseruato dilectionem. Longanimè conuenit esse te ac tolerantem, nullius à quopiam acceptæ iniuriæ memineras, fac eos consolèris qui animo affliantur & laborat. Qui etiamnum in fide hærent perplexi & scandali quidpiam adierunt, hos ne abiecto, magis autem adnitere, in uiam ut redeant fidei, bonoque sint & alacri ad fidem animo. In errores deuios qui exorbitant, tuo hortatu & consilio ad reftitudinem reuoca. Debito quopiã obstrictos tibi (inopiã si premuntur) ne affliètes. Et si qua bis cõfinia sunt. Ist hæc opera quisquis rite obseruauerit, non item ab eiusmodi manus contraxerit per socordiam ac lentorem animi, utique uiuet Deo. Opus ad hæc fuerit, ut qui in spirituali agone decertat, suum maceret & tabe conficiat aduersarium in carne propria delitescentem: ne humore exundanti periclitetur mens & concidat præceptis in leuorem ac planitiem illicium

Hæc uide,
opera ut
expleas.

illicium uoluptatum, quò mens ipsa spirituales agones sustinentium illustrata diuini luminis splendore efficacius operetur, legi Dei seruiat & condelectetur, iuxta Apostoli sententiam. Sed & eadem adornanda uenit: immutanda animi cogitatio, ad cælum usque transscribenda est & attollenda, supraque omnem creaturam in sublime est erigendus animus & flammanti desiderio, irrequieta atque perpeti cogitatione par est ut adhærescat & adstringatur præceptis quæ agonistæ illi ueraces opere ipso repræsentarunt, suaque sententia sanxerunt pijs obseruanda, dum se agone spirituali exercerent. Illi enim eminens & è longinquo prospectu per fidem contemplati promissiones, nullam afflictionum accessionem prolixitudinè ue recusarunt perferre. Etenim fidelem esse eum crediderunt, qui re-promisit, expectantes interim diem illum Dominici aduentus insigni claritate prælustrem futurum, quo suos famulos publico præconio declaraturus est, cum uenerit in nubibus cœli, inq; unum suos aggregabit sanctos, nimirum spirituales agonistas & integerrimos. Necesse igitur est ut decertemus, & quidem corpus continuè asperitati obijciendum, aduersus autem improbas cogitationes, omni securitate & patientia præmuniendæ sunt animæ. Oportet insuper, ut accuremus testimonium conscientia propria habere in cõspectu Dei. Expectas enim expectaui dominum & intendit mihi. Non enim potest quis indipisci uirtutem, nisi prius pro illius assecutione cū labore & tolerantia afflictionū, cum hoste congregiatur. Ex aduerso enim obluendum peccato est usq; ad mortem & acri certamine atq; indefinenter

εως αιμα
τος, lege
questo με
τα το κε
ματος @
το μολο

nenter in procinctu consistendum, iuxta Paulinam uocem. Dicit proinde scriptura, Ante hominem posita sunt uita & mors: & quod placuerit, dabitur ei. Sed enim pia ac prudens cogitatio domina astruitur esse affectionū. Per frugalitatem enim uitæ siue temperantiam, aduersus uentris ingluuiem præualeat & concupiscentiam: iustitia autem comite, malitiam omnem subigit, uincit uerò fortitudine iracundiam: at prudenti consideratione suppeditat timorem & excludit. Idque non quòd asserat eas animi affectiones ui illarum uirtutum prorsus exinaniri, quin potius in uicem coniuñctas. Neque enim consideratio siue ratiocinatio quantalibet, possit ab radice conuellerè omnem passionum intemperiem, sed in hoc indulta homini est ut ipsis oblectetur ac repugnet. Ob hoc ait quidam, Concupiscentiam nemo uestrum prorsus extirpare potest. Sed quid? ut ne concupiscentiæ seruiatur, hoc ipsa præstare potest consideratio. Sanè non mediocri opus agone, ut re uera & efficaci dicere possimus cum Paulo, Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquum reposita est mihi corona iustitiæ. Idem nos ad similes exempli imitationem exercens dicebat, Qui in agone contendit, non coronabitur, nisi legitime decertauerit. Iterum, Nescitis, quòd qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? Sic currite, ut comprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem uerberans: sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Ad Philipenses autè per epistolam dicit,

Cer-

Certamen quod uidistis & didicistis in me & nunc audistis. Ad Hebræos quoque, Nondum usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes: & obliuistiis consolationis, quæ uobis tãquàm filijs loquitur: Fili, ait, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigèris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Alios item non mediocri laude commendans ait, Ita ut nos gloriemur pro patientia uestra & fide in omnibus persecutionibus uestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, pro quo & patimini. Quicumque enim uolunt pie uiuere in Christo: persecutionem patientur. Ioannes autem ait, Nolite mirari fratres, si odit uos mundus. Nos scimus, quia translati sumus de morte ad uitam. Dominus uerò, Contendite intrare per angustam portam, quia lata est porta & spatiosa uia quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui uadunt per eam. Quàm angusta uerò porta & arcta est uia quæ ducit ad uitam? Ipsi gloria in secula, Amen.

De concordia, Homilia. 80.



Eo quàm acceptum sit tuendæ ecclesiasticæ unitatis studium, quis oratione consequatur? Hac una nihil usquàm inter homines comperietur melius, Sed & portandi omnes sunt, Domini exemplo qui nos patientissimè tulit, omnes inquam in charitate tolerandi ueniunt. Nec ullo prætextu, quàmlibet uideri possit rationabilis, (ut ne dicam quòd id à ra-

E tione

Nota hunc
nō tueri in
mobilitatē
erga passiones.

Nēpe thes
sal. 2. ad
theffal. 1. a

tionem alienum sit,) conuenit se ab ecclesiastici corporis unitate diuellere ac seorsim degere: sed in unum coadunatis una sit oratio, deprecatio una, mens una, una spes in charitate, in gaudio (quod nulli pateat iustae reprehensionis) qui Iesus Christus est, quo quidem nihil potest animo insidere gratius. Debemus igitur omnes nos parili & eodem animo perinde ac ad altare (ita modo loqui liceat) concurrere. Tametsi sumus multiplici uarietate membrorum distincti: eadem sit & sententia, par uoluntas: quum unum idemque simus corpus. Quemadmodum enim examinem apum fauam sibi conficit mellis: ita fratrum congregatio regnum representat Dei. Sicut tubarum clangor bellantium promouet & excitat alacritatem: ita & practicae uirtutis doctrina studia discipulorum mire exauit. Nam quisquis se à ceteris segregat & in totum auellit, nihil differre uidetur ab auicula, quae è nido proprio euolauit, eoque cogitur locum è loco permutare. Auicula quae talis est, nihil difficile capitur per aucupis aut uenatoris insidias. Omni enim ex parte aucupes illi & spirituales captatores laqueos ac scandala iniquitatis praestruunt & agglomerant illi uago, coruque rapaces istiusmodi excauant & exterebrant oculos. Decora prorsus & apte per omnia congruens fraternae est unionis consensio cum animorum concordia, id quod locum habet uel maxime ubi solida ac perfecta charitas radices suas fixius impressit, exemplum inuenimus in Elisaeo cum Helia. Ille enim semel & bis cum audisset, Sede hic, cum iuramento respondit, *Viuit Dominus & uiuit anima tua, si deserante.* Nec secus Ruth illa Moabitica socrui suae, *Haec faciat*

mibi

mibi Dominus & haec addat, quia mors inter me & te sola distinguet. Iure igitur Booz benedixit ei dicens, *Reddat Dominus opus tuum & sit merces tua plena à Domino.* Haec alioqui alienae cum esset gentis, conubio iuncta est ipsi Booz, ex quo genuit eximij Dauidis auum. Ecce sane, quid bonum aut quid iucundum, si non habitare fratres in unum? Parcmias item, Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma & in editiore loco sita. Et, *Boni duo super unum quibus est eis merces.* quia si ceciderint, unus eriget cõsortem suum. Et, *Vae uni, si ceciderit & non sit secudus qui erigat eum.* Et si unus impegerit, duo cõsistent aduersus eum. Funiculus triplex non cito rumpetur. Sed & in actibus apostolorum scriptum est. Quia quotquot crediderant, erant in unum: & habebant omnia communia. Aliquantò post, *Multitudinis eorum qui crediderant, erat cor unum & anima una:* & nemo eorum quae possidebat, dicebat esse suum, sed erant illis omnia communia. Beatus igitur is monachus qui quod ad Deum pertinet, ceteros omneis admirationi ducit & honori, idque post Deum. Beatus planè monachus, qui in genere, omnium salutem & promotionem peraeque ac propriam omni cum gaudio & animi iucunditate peruidet. Monachus est, qui unum se esse inter ceteros deputat, per hoc quod credit imprætermisere seipsum contueri in unoquoque fratrum. Apostolus, *Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita & multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Inducit, *Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantio rem tribuens honorem,*

Pro κατὰ
παρῶν, ἄλ
dinum ex=
emplar ha
bet, ἕως
κατακο
θῆναι
uictus
fuerit. ec
clēs. 4. c.
Hic mētem
reddo au
thoris, non
itē uerba.
Corruptus
enim locus
est.

ut nō sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem sollicita sint membra. Ob id debemus mutuiter præstare operam in subleuandis aliorum oneribus, & concordibus animis eadem sentire, ac pia erga alios gestare uiscera, modestè ac humiliter de nobis sentire, nihil non designantes operis in charitate: quò uel his operibus promereamur nobis ipsis Dei gratiam adsciscere & conciliare fauorem, & in illius oculis acceptabilis fiat nostra deprecatio. Dicit enim ipse Dominus, Amen dico uobis, quia si duo ex uobis cōsenserint super terram de quacunque re, quam postulauerint: fiet eis à patre meo, qui est in cœlis. Vbi enim sunt congregati duo uel tres in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Ipsi gloria in secula, Amen.

De cogitationibus, Homilia. 81.

Dicit scriptura, Legem in adiutoriū dedit. Adiutorium ipsi uidelicet hominum naturæ, quo homo subnixus, perinde atq; agricola ferro asfolet plantam perpurgare, ita agricolationem strenuè exerceret uirtutis, à carne quidè ut à te recellas ac profliges, cum perstrepunt atq; obturbant uentosa illæ fastus ampullæ & ad obscenā uoluptatem proliciunt irritatrices concupiscentiæ: ab anima uerò consimiliter, quæcumq; cogitationes per infirmitatem ipsi animæ turbulentam coniciunt intemperiem, ut primū sentis obrepere, puideto ut à te quàm citissimè submoueas, siue ad ea illectent quæ studium carnis percolendæ respiciūt, siue inclinent te ad isthæc temporaria ac terrena. Et quidem ad eum modū afficimur partim conditione naturæ fragilioris, partim item eò nos

promouet

promouet & instigat malignorum spirituum insidiosa suggestio, qui naturā ipsam sua malignitate quasi destagnantibus undis tātum, non obruunt, ut & doctrice experientia perspicuè nouimus. In hoc igitur data lex est, ne uelut per oscitantiam agricolæ planta alioqui utilis, nullum adferens fructū obsolescat squalore. Dicit autē & Apostolus, Volo uiros orare in omni loco leuātes sanctas manus sine ira & disceptationibus cogitationū. Iterum, Consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. Hic itaq; unicus Apostolo fuit scopus, nos ut redderet puros obscenarū & turpium cogitationū: maximè cum sistimur offerendæ Deo orationi. Inter enim graueolentiā & suauiem fragrantiam nulla intercedit cōsensio: neq; quicquam

Disimilitū
collatio.

conuenit ori putido ac foetulento cum unguento suauius spirante. Qui se sunt cogitationū turbelis abstrahi: ab eis utique excæcatur. Vbi enim imagines cogitationū hæret diutius: ibi & cōsensio gignitur. Sanè primus ille assultus profligandus uenit semper & psterneendus ac disperdendæ cogitationes de terra, quæ radices sunt peccatorū: è terra inq; quæ est cor nostrū, iuxta Dominicū sermonē. Dūmq; infantiles adhuc ac tenelli filij Babylonis, improbæ nimirū cogitationes, offerunt se menti, allidendæ sunt solo, cōterendæq; ad petrā quæ est Christus. Tres omnium maxime generales cogitationes incentore diabolo aduersum nos promotæ, in uestigio eliminandæ sunt cordis aditu. Harū malignitate nitens, nostræ salutis æmulus Dæmon & bellū nobis indicit & eas clam instillat ac suggerit. Tres dixerim, uentris ingluuiem, studiū congerendæ pecuniæ, & ambitionē

ambitiosus gloriae inanis. Per has & ipsum Dominum nostrum Iesum
 honos, & Christum ac saluatorem, (cum integro aetatis flore adole-
 opes, & scie uisset) aggressus est, omni genere tentationum ut tentaret.
 da uolu- Vnde & uictus reiectus est. Hinc nos suo docuit Dominus
 ptas: Hec Vnde & uictus reiectus est. Hinc nos suo docuit Dominus
 tria pro tri exemplo, qua arte illius impuri insidiosae omnes pedicæ inef-
 no numine ficaces reddi debeant, nempe ieiuniis & orationibus. Om-
 bet. Bap. ni enim conatu Leo hic dolosus nobis apparat ac molitur
 insidias desiderans in spelunca sua. Clam enim concinnat hic
 malorum incentor pedicas nobis ac retia obscenarum co-
 gitationum & quae nos à pietate auocent. Atqui ceu dictū
 iam est, multiuariæ eiusmodi cogitationes nulla mora sed
 ipso statim aditu profligandæ sunt ac declinandæ studio
 piæ cōtradictionis atq; orationis. Hæ maximè præuertē-
 dæ ueniunt, quæ mentem defœdant ac ueluti prostituunt: ut
 ne inquinent sanctitatem loci, neu hominem Dei prophā-
 nent & contaminent. Omni igitur cum timore diuini offi-
 cij cultum debemus persoluere. Deo: nequando deprehen-
 damur Deum quidem compellare & alloqui labijs tenuis,
 corde uerò media in Babylone desiderantes, & captiui ar-
 rodere quicquid impurum est, ita ut in nos audiamus iure
 detorqueri, Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum
 longè est à me. Agone igitur nobis opus est dilectissimi ac
 peruiigili attentione, ut interim dum emodulamur psalmos,
 mens unà cum corde concinat labijs: ut ne per hoc quòd o-
 rantes credimur Domini gratiam emereri, & conciliare
 illius fauorem, ipsum tantò exacerbemus atrocius, dum
 suaue fragranti orationis incenso tetrum inspergimus culi-
 næ nidorem ac proinde orationis nostræ hostia reprobam

com-

comperiatur ac magnopere reprehensibilis, ut olim reie-
 ctitia illa Caini oblatio. Execratur enim impendit Deus ad mune-
 ac deuouet spurcas atq; obscenas cogitationes, imò ipsum ra cain nō
 cor odit tantò infensius, quod eas nititur ac parit, id quod respexit
 Lex liquidò docet: Non arabis, ait, in uitulo & asino, Dominus.
 hoc est, in munda simul & immunda cogitatione non of-
 fereres orationem. Neque adduces pro uictima ouem quæ
 præferat maculam decolorem, uel quæ aurem habeat de-
 sectam, aut caudam detruncatam ostendet & mutilam, aut
 fœda scabiæ prurientem: sed neque de manu tua fructum
 accipiet qui elutus sit ac parum syncerus. Quanto magis
 orationem à se recellet ac repudiabit tot turbulentam in-
 temperijs, & per contemptum oblatam? Nouit Dominus
 arcana cordium nostrorum, uel teste Dauid: Nouit Do-
 minus cogitationes hominum, quoniã uanæ sunt. Et quidem
 ille puigili studio adnitebatur, quo eluctari posset & ex-
 tricari à cogitationum intemperie dicens: In matutino in-
 terficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ci-
 uitate Domini omnes operantes iniquitatem. Neque enim
 ullus immundus sinebatur ingredi domum Domini, iuxta
 legem: cuius quidē Domini domus sumus nos, Sed & Hie-
 rusalē intra nos est. Peccatores porrò terræ, cogitationes
 sunt reptiliū more repentes humi, quæ in arcano cordis ceu
 latibus delitescunt. Appositè igitur orat dicens, Restitue
 animam meam à malignitate eorum. Et, Disperge gentes,
 quæ bella uolunt. Et, Saluum me fac de luto, ut non infigar,
 Quia tu patiētia mea Domine. Vnde & Dominus ad eos,
 qui quapiam tribulatione afflicti sunt, Inuocasti me & li-
 berau

beravi te. Exaudiui te in abscondito tempestatis. Manibus igitur expansis & intenta mente fratres, clementissimus Deus nobis uenit exorandus ac repropitiandus, ut è solio suo emittat auxiliare præsidium, quo freti, hostes suppeditemus: quemadmodum Moses prostrauit Amalek. Non enim mediocris est periculi, imò exitiale prorsus, arcana quadam persuasione pacisci & assentire impuris cogitationibus. Ab istis enim cogitationibus pertrahitur quis ad operationem ac sensim desciscit à Deo. Proinde qui ex cōpactō assensum præbet istis, damnatur: ac si operetur peccatum. Neque enim in maleuolam animam introibit sapientia: sed nec habitabit in corpore subdito peccatis. Peruerse enim cogitationes separant à Deo. Sanctus enim Spiritus sapientiæ effugiet fictum, & subtrahet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, iuxta sacræ dogma scripturæ. Sed & Dominus, Ex corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia, Eiusmodi sunt uitia quæ in thesauro cordis sui, ut reprobis quisque est, recondit. Atqui nos ipsos nullo non tempore prouoluamus in conspectum diuinæ benignitatis ac proiciamus obsecrantes Dominum, corda nostra ut expiet, sic ut digni habeamur qui illi offeramus dona in spiritualem illam transscribenda Hierusalem, & ab ipso audiamus: Bonus homo de thesauro cordis sui profert bonos fructus Deo. Ipsi gloria in secula, Amen.

De disciplina sue correptione,
Homilia. 82.

Disciplina



Disciplina quominus bona uideri debeat, nulla suppetit ratio: maxime si secundū Deum est. Neque enim eum, qui ab ineunte primū ætate philosophatus sit & eruditus ad disciplinæ & Dominicæ admonitionis tenorem usque in senectam & senium, hunc Deus derelinquet. Non enim iniustus Deus, ut obliuiscatur disciplinæ & laboris eorum: qui pro gloria nominis ipsius, non instrenuè sustinent. Quæ secundum Deum est disciplina: in extremis suis multa cum libertate ac fiducia loquetur. A nobis utique Deus etiam bona aufert, quemadmodum à sancto Iob diuitias. Dominus enim dedit & Dominus abstulit. Quæcunq; ab initio conditi seculi mala intulit, de manu eius accepimus. Bona enim & mala à Domino, ait scriptura. Proinde qui mala hæc inuehit nobis idem quoq; Deus æternam inducet laticiam. Debemus itaq; multa cum gratiarū actione excipere in omnibus disciplinam & correptionem Domini. Qui enim pro ueritate quamlibet perplexos labores non fert ultroneus: nolit, licet, multò plectetur disciplina atrocior. Quisquis autem explendæ diuinæ uolūtatī se spontaneus accommodat: per modicos labores ultroneè toleratos, longè euadet acerbiores. Paræmiastes siquidem ait, Qui timet Dominum, excipiet disciplinam. Rursus, Qui parcit baculo, odit filiū suum: qui autē diligit, diligenter erudit illum. Iterum, Erudi filium tuū, sic enim bonæ spei erit. Audi fili & excipe meos sermones & multiplicabuntur anni uitæ tuæ. Suscipe correptionem meam, ne dimittas eam. Filius enim qui omittit custodire disciplinam patris, excogitabit colloquia praua.

F Iterum,

κακότης
τοῦ ψυ-
χῆρ.

sine dolo-
sum δό-
λοῦ.

Iterum, Stultus subsannat disciplinam patris: qui autem custodit correptiones, astutior erit. Rursus, Da ad disciplinam cor tuum: aures autem tuas accommoda sermonibus sensus. Iterum, Ne omiseris erudire puerum: quia si uirga eum percusseris, non morietur, animam autem eius saluabis. Rursus, Erudi filium tuum, et refocillabit te et dabit ornamentum animae tuae. Iterum, Melius est audire correptionem sapientis, quam audire canticum stultorum. Inducit, Audite filij disciplinam patris: et attendite, ut sciatis intelligentiam. Donum enim bonum dabo uobis: legem meam ne derelinquatis. Intelligite simplices astutiam: et inruditi apponite cor. Accipite disciplinam et non argentum: et scientiam magis, quam aurum probatum. Per Sophoniam prophetam Deus, Timebitis me et accipietis disciplinam et non peribitis, ut seruiatis Domino sub iugo uno. Michaeas, Pasce populum tuum in uirga. Paulus Hebraeis dicit per epistolam, Fili noli negligere disciplinam Dei, neque fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, ergo adulterum et non filij estis. Corinthiis item, Si enim ego contristo uos, et quis est qui laetificat me: nisi is, qui contristatur per me? Infert, Omnis autem disciplina in praesenti quidem non uidetur esse gaudij sed mœroris: postea uero fructum pacatum per eam exercitatis reddet iustitiae. Dauid, Beatus homo, quem tu erudieris Domine: et de lege tua docueris eum. Et, Castigans castigauit me Dominus, et morti non tradidit me. Iterum, Corripit

piet

piet me iustus in misericordia et increpabit me. Et, Disciplina tua correxit me in finem: et disciplina tua ipsa me docebit. Et qui Davidis aetate anteuertit Iob: Nunquid non locus tentationis est uita hominis super terram? Et quasi mercenarij diei uiuus, uita eius. Quod si hominis uita super terram, locus est tentationis, qui fieri possit ut non tentetur, qui in loco consistit tentationis? Sanè à Domino et Salvatore dictum est, Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. Vtique hoc ueluti indice docet, ut ne sinamus nos absorberi à tentatione ac uinci. Prorsus enim tentationem uincere, res commendatione atque insigni praeconio digna. Dominus iterum, Quis uestrum habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi, Statim ubi transieris recumbe, et non magis dicet ei, Para quod cenem, et praecinctus ministra mihi, donec manducem et bibam, et post haec tu manducabis et bibes tu? Inducit, Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quae ei imperauerat? Non puto. Sic et uos cum feceritis omnia quae praeccepta sunt uobis, dicite: Quia inutiles serui sumus. Ipsi gloria in secula, Amen.

De consultatione siue consilio, Ho. 83.



Nunc quocumque negotio, non mediocri operae feceris pretium remque Deo magnopere acceptam: si consilium expetes. Nemo enim inuenietur, qui non indigus sit consiliarij, nisi Deus et solus, penes quem sapientia est omnis. Nam homo omnis indigus est probae consultationis praehalitu quem ore efflat ac spirat, ut nos diuinae scripturae erudiant hunc in

F ij

modum,

δουχι ωγ=
πατριον
εσιν ο βιοα
τδ αυθρα
ου εωι
τδδ γδδ:

modum, Omnia fac cum consilio. Cum cōsilio uinum bibe, nimirum id quod cor latificat, spirituale uidelicet uinum. Qui talis est nūquam aberrat à scopo: sed liber anxie sollicitudinis suam omnem tranquillè exigit uitam. Consilium enim à quopiam corrogare & expetere planè argumētum est hominum qui superbiam oderint & de se modestè sentiant. eorum maximè qui præsenti urgentur periculo. Nulli arbitror obscurum, quia humilibus Deus dat gratiam: superbis autem resistit. Quemadmodum Tobias dicit filio, Consilium ab omni sapiente perquire: & ne contempseris consilium utile. Qui enim particeps est boni cōsiliij, per uia ingreditur mandatorum Domini: uir autem inconsultus sibi ipsi hostis est. Exemplo est Roboam Salomonis filius, qui derelicto seniorum probo consilio, dum puerorum qui secum indulgentius fuerant educati, adhærescit consilio, Israhælitici regni sceptrum decem perdidit. Rectè igitur sic intellige tri-
 busdecem. Sceptrum, intellige tri-
 busdecem. consultos deprædicat miseris Esaias dicens, Væ qui initis cōsiliū, non per Dominū, in occulto facientes: & erunt in tenebris opera eorum. Consilium enim malignorum iniqua consultat: pijs autem prudentia iniere consilia. Alius item sapiens dicebat, A malo consiliario custodi animam tuam. Etenim ille sibi ipsi consulit & stabit ex opposito: ut uideat quid euenturum sit. Rursus, Ne consilieris cum eo qui te toruā tuetur: & à zelantibus te, absconde consilium. Non igitur ab re sed congruè ceu prædictum est, in omnibus expetendum nobis est consortium spiritualis consilij à senioribus: quos usus rerum prolixior prudentes reddidit, carnalium uerò & inruditorum consultationes uitandæ prorsus.

sus: ut ne pro fulcimēto Scipionis è robore palmæ decerpti arundineam retineamus uirgam, quæ manum hominis fo- A simili. dicet ac perforet. suæque inspergat uenenum naturæ, aut pro oue in lupum reuoluamur & incidamus. Qui enim graditur cum sapientibus, sapiens erit: stultis ac dementibus sensus est procliuior. Salomon uerò, Qui seducit rectos in uia mala, in corruptionem ipse deuoluetur. Iterum, Filii ne te apprehendat consiliū malū, quod relinquit doctrinam iuuentutis. Quibus enim non suppetit gubernatio, foliorum instar decidunt: salus autē adest, ubi multa consilia. Sicut enim ciuitas nullis cincta mœnibus: ita qui quidpiam agit sine cōsilio. Moses qui tam familiariter cū Deo loquebatur, neutiquā repudiavit cōsiliū Hiothor, sed quæcunq; ipsius relatu didicit, expleuit opere eadē cōprobās, neq; hinc in superbiam extulit se, tanta alioqui apud Deum & homines perfruitus gloria. Sed & Paulus apostolus Christum in se loquentem qui habebat, ait Galatis: Ascendi in Hierusalem, & cōtuli cum eis euangelium quod prædico: seorsum autem his qui uidebantur esse, ne fortè in uanum currerem aut cucurrissem. Et is qui dicit se non ab hominibus didicisse, sed per reuelationem Iesu Christi, nihil grauatim tulit cum discipulis conferre, consilij ineundi gratia. Neque enim priuo iudicio tantam sibi uni tribuit fiduciæ, ueritus ne in uanum curreret aut cucurrisset. Nos autem quos latet, quæ sit aut dextera aut sinistra, quantò æquius est nihil moliri operis absque spiritualium patrum arbitratu & consilio, exemplo tanti istius apostoli: sed omni studio illorum consilio usi, non item in re quauis nitentes nostra

ἰὸθωρ. dic
 retro uide
 præfationē

qualicumque prudentia aut propriis cogitationibus fidem accommodantes: magis autem ad eorum, qui nostram banc anteuerterunt etatem, consilium decretumue ceu ad scopum recta collineemus: ne forte contingat insidiosa malignitate demonum nobis illudi. Pro sua enim ueteratoria uoluntate res quaslibet in aliam subinde permutant formam, in eorum maxime prospectu qui commentitias artes illorum non admodum scite callent aut qui plus aequo nituntur fiducia sui arcus siue brachij. In nos enim per humilitatem sedit ac delabitur sancti Spiritus gratia, quemadmodum nos edocuit Dominus, Quum adduxerint nos ad synagogas et principatus et potestates, nolite cogitare quomodo aut quid respondeatis. Spiritus enim Sanctus docebit uos in illa hora quid uos oporteat dicere. Ipsi gloria et imperium in secula, Amen.

De insomniis, Homilia. 84.

Am quando nonnulli sunt qui per hoc quod fidem habuerunt insomniis, a rectitudine uiae abducti in pudendos errores deflexerunt: huiusce rei gratia submonemus uos dilectissimi, nequando istiusmodi aeriuaigis et multiformibus insomniis comoderis fidem. Sunt enim haec aliud nihil quam mentis implanatae ac deerrantis simulacra, imaginationes et frustratoriae ludificationes reproborum demonum, nobis ut imponant et implanent, sic miserè seductos ut inescant istis delinimentis atque oblectent, ut deinceps nullo negotio hominem pertrahant ad captanda lenocinia illecebrosae uoluptatis, iuxta uerbum Iudae apostoli Iacobi fratris, de eiusmodi quibusdam

αεγορο-
ποις.

dam dicentis, Similiter et hi insomnia sua sectantes, carnem quidem maculat, dominationem autem spernunt, maiestatem uero blasphemant. Ecclesiastes item praecipit dicens, Insomnium in multitudine tentationis, et uox stulti in multitudine sermonum. Inducit, Ne des os tuum, ut exerrare facias carnem tuam: ut ne irascatur Deus super uoce tua et corrumpat labores manuum tuarum, quia in multitudine somniorum et uanitatium et sermonum multorum. Iesus item Sirach Inabsolutus sermo. filius, Insomnia extollunt imprudetes. Infert, Quae admodum qui pugno captat umbras et persequitur uentos: sic qui intendit insomniis. A medace enim, quid egredietur ueritatis? Iterum, Diuinationes et auguria et insomnia uana sunt. Multos enim errare fecerunt insomnia et exciderunt, spem ponentes in eis. Si cuiquam igitur uestrum qui in hoc spirituali defudat agone, se uisendam obtulerit aut lux aut alia quaeuis figura imaginem representans ignis: nullo pacto eiusmodi spectrum sinat animo illabi. Aliud enim id nihil est quam luculenta fraus subdola arte inimici concinnata. Hoc perspicue docet nos Apostolus, dum astruit impurum illum solere se transfigurare in angelum lucis. Profuerit igitur priusquam carpedo sopori in cubili dedas te, ad animae salutare antidotum, ad amoliendam et propulsandam ab ea demonum imposturam, ut ores orationem hanc.

Inabsolutus sermo.

Atten. nisi ad sit discretio spirituum.

Omnipotens uerbum patris, tuapte natura perfectus Deus Iesu christe, per uiscera tua Iesu bone quae ad misericordiam propensissima sunt, qui nunquam a famulis tuis te disjungis, sed in ipsis coquiescis: quae so pastor bone ouium tuarum Iesu ne me tradas insidiosa malignitati serpentis, neu

Oratio s. Antiochi.

linas

sinas me intercipi concupiscentia satanae. Semen enim corruptelae in ipso progeneratum est. Tu igitur Domine mi, rex sanctissime, Deus adorande Iesu Christe custodi me dormientem immortali tuo consilio, tuoque Sancto Spiritu, quo tuos illos sanctificasti discipulos. Exime me serpentis ueteratorij insidiis. Mibi quanlibet indigno impartire gaudium tui salutaris in cubili meo, mentemque meam illustra luce cognitionis Euangelij tui, animam meam in dilectione sanctae tuae crucis, cor meum in sinceritate uerborum tuorum, corpus meum in passione tua, idque per gratiam tuae impassibilitatis, cogitationes meas in pace tua custodi. Opportuno tempore expergefascito me ad glorificandum nomen tuum. Adorandus enim tu et glorificandus cum patre et sancto tuo Spiritu in secula, Amen:

Sunt proinde et alia insomnia, quale illud de quo Iob, Etenim semel loquetur Dominus, in secundo autem insomniis, sicut cum inciderit timor in nocte. Nos proinde dilectissimi non facile commodare fide debemus aut assentiri insomniis, tametsi in speciem uideri possint ad nos caelitus demissa esse (ni adsit discretio spirituum certa nec fallax interpretis rei uisae): ne pro luce sumum inanem captemus. Num quaso, per hoc exacerbamus aduersum nos Dominum? Aded nihil illum hac una re exasperamus, ut illi etiam futuri simus gratiores, quippe qui cum timore et circumspectione nec mediocri asseruamus thesaurum ab ipso nobis creditum. Et quidem non pauca eius generis exempla possumus enarrare quae ad nos usque peruenerunt cum uetera, tum noua, ut quae etate etiam hac nostra contigerunt, de his qui

qui per insomnia, ludificationes daemonum perpessi sunt et miserè conciderunt per fidem habitam insomniis. Sanè haec praesenti scripto uenirent inferenda ad cautelam legentium. At ne proposito nobis semel scopo excidamus, unum hoc et solum ubi adiecero ceu corollarium, finem imponam praesenti Homiliae.

Διγνυμὰ
concisum
et breue.

Fuit in monte Sina monachus quidam, qui celebre aded edidit suae continentiae specimen, ut in cellula multos uixerit annos inclusus. Postremo multiuariis reuelationibus diaboli et insomniis illusos ad iudaismum delapsus est, et carnis circuncisionem. Quum igitur diabolus huic identidem uera quaedam insomnia demonstrasset et ueluti obiecta illecebra inescasset illius obscuratam mentem: nouissime oculis istius obicit copiosam turbam apostolorum, martyrum aliorumque, omnis generis Christianorum densissimis tenebris et omni dedecore oppletam. Parte opposita, Moesen, prophetas, populum quoque Iudaeorum Deo alioqui inuisum offert splendida admodum luce conspicuos, inque gaudio et hilaritate uitam traducentes. Haec cum spectasset miser, in uestigio surrexit, derelictoque sancto illo monte in Palestinam usque peruenit. Recta contendit in Noaram et Lybiadem, asyula Iudaeorum. Cum istis denarrasset quae sibi uisae fuissent, diabolicas apparitiones: circuncisus est ac professus Iudaismum, accepit uxorem, inque omnium prospectu aduersus Christianos edidit dogmata propugnator factus Iudaicae superstitionis. Hunc ego uidi ac plerique monachorum. Neque enim quatuor anni sunt a morte illius, qua miserè perruptus est. Catarchi enim profluum aliquandiu passus et uer-

τιόφρα
λε
γε
τίσα
σα.

mium

G

Secus habet editio nostra et 70. uisiois species sunt August. 5. Gregorio. in c. 7. Iob 6. Quibus et quatenus fides habenda sit, lege praefationem.

mium arrosione contabescens expirauit. Hunc cum uidissemus ego & alij aliquot monachi correpti timore, ingenti cum luctu lamentati sumus. Erat id sanequam miserabile spectaculum. Vir hic totus incanuerat in monastica exercitatione, consenueratque laboribus attritus, & is tandem cum mulieribus iocatur, immundarum carniuum nempe Iudaicarum gustu se defœdat & inquinat, uerba loquitur obscœna & impura, blasphematur Christum, Spiritum sanctum non tolerandis afficit contumeliis. Et hunc talem illi exleges Iudæi secundum uocabant Abraham. Merito igitur Dominus dicebat, Vigilate quia nescitis qua hora fur ueniet. Inducit, Hoc autem scitote, quia si sciret pater familias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique & non sineret perfodi domum suam. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De pusillanimitate & duplicitate,

Homilia. 85.



NE fratres locum demus spiritui pusillanimitatis, nequando nostri dominetur: ut ne ipsi damnemur, dicente scriptura: Virum pusillanimum quis sustineat? Quin potius omnem nostram sollicitudinem prouiciamus in Dominum. Ipsi enim cura futura est nostri. A nobis itaque anferamus duplici-
tatem simul & pusillanimitatem. Nulla prorsus ex parte duplices inueniamur, dum quiduis à Deo deprecamur, in nobis ipsis insurreptores: Qui possim à Domino & petere & accipere, qui tanta in illum admisi? Magis autem toto corde conuertere ad Dominum & pete ab eo nihil dubius aut
euarians

euarians & ita facile intelliges quam copiosa sint ipsius uiscera misericordiæ. Neque enim ullo pacto in discrimine quouis positum te deseret: sed plena fide satisfaciet petitioni animæ tuæ. Neque enim Deus: ut homines qui acceptæ semel iniuriæ tam solent meminisse pertinaciter. Ipse enim nullius memor iniuriæ est, magis in creaturam omnem indulgentissimè expandit suæ uiscera benignitatis. Tu igitur cor tuum perpurga tantum ab omni uacillatione & hesitatione, ac pete ab eo, erisque tuæ petitionis compos. Nam uariis & anceps si deprehendere: nihil accipies. Qui enim erga Deum, animo fluctuant ac ueluti diuiduntur: isti animo duplices cum sint, ne tantillum quidem è suis postulationibus assequuntur. At perfecti qui sunt fidei integritate, quum spe nitantur erga Dominum incolumi, quicquid postulant, accipiunt: quandoquidem nihil hærendo nouerint petere. Quod si seriùs quam uelles, continget te accipere: ne ob id uacilles animo anxius, quia non in uestigio tuæ animæ postulationem consequutus es. Omnino enim ob aliquam tentationem, aut certè quia intercedit delicti quidpiam (quod alioqui ipse ignoras,) seriùs accipis. Tu igitur ne interquiescas aut cuncteris petere, quod à Deo magnopere contendit anima tua: & accipies. Quod si delassabere interpretandum: te ipsum incusa, non item eum, qui dat. Duplicitas animi planè diaboli est filia quæ omnium maximè in seruos Dei natiua sua malignitate debacchatur ac seuit. Tu igitur, fortem ac strenuam fidem uide, indutus ut sis. Sanè perstemus solidi ac stabiles incudis in morem undelibet attriti contusionibus. Excelsi animo athletæ

est & undique cædi & tamē uincere, maximē in gratiam Dei nihil non toleremus alacres, ut & ipse nos longanimitē toleret. Studiosi simus ac peruiigiles. Condiscamus ferre temporis istius iniquitatē, qui spe nihil dubia præstolamur eius aduentum, qui supra tēpora est: & qui sine tempore est & inuisibilis, nostri causa in tempore palpabilis esse uoluit: impassibilis cum esset, dignatus esse passibilis. Et hic tantus in gratiam nostræ salutis tolerantissimē cuncta pertulit. Dicit proinde scriptura, Qui timetis Dominum, expectate misericordiam eius: & ne declinetis, ut ne cadatis. Inducit, Quis confidit in eum & confusus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? aut quis permansit in timore eius, & derelictus est? Ne esto in oratione tua pusillanimis: ut ne inueniari illi assimilis populo in Aegypto qui abnuuit audire Moysen, uitio laborans pusillanimitatis. Audi tu Iesum Naue dicentem, Custodite uehementer animas uestras, ut diligatis Dominum Deum uestrum: & ipse pugnabit pro uobis. Scriptum est & in Iudicum libro, Ne exacerbemus Dominū, ut ne ascendat Madian cum iumentis suis & corrumpat fructum nostrum & ad extremam paupertatem deuoluamur. Quin & Esaian audiamus dicentem, Consolamini pusillanimes mente. Dominus enim iis qui pusillo sunt animo, infundit consolationem, & uitam contritis corde. Nos igitur cum Dauide, corde compuncto Deum interpellemus, dicentes: Exercitatus sum & defecit spiritus meus. Cor meum conturbatum est, dereliquit me uirtus mea. Perit fuga à me & non est qui requirat animam meam. Sed ne derelinquas me.

Domine

Domine Deus meus, & ne discesseris à me. Flagella autem tua auerte à me quia à fortitudine manus tuæ ego defeci. Et, Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine: dum expecto te Deum, qui saluum me facis à pusillanimitate & tempestate. Adhæsit enim pauimento anima mea, sed & uiuifica me secundum uerbum tuum. Noui enim te Domine clementissime, quia dum anxietur cor meum, in petra exaltaisti me. Et dabis uirtutem & fortitudinem diligentibus te. Sed & quid Paulus nobis præscribat faciendū, excipiamus auribus arrectis, Induimini armaturā Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Sed & iis qui spiritus alacritate præualent, edicit: Cōsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Verba hæc sanē afflatu numinis scripta multa & alacri patientia meditemur, ne forte audire cōtingat sugillationem illam: Quum deberetis esse magistri propter tempus, rursum indigetis uos, ut doceamini, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Profuerit igitur orationes profundere ad Dominum, ne nos sinat induci in tentationem. Si qua ingruerit, nōsque adoriatur: eam cum patientia excipiamus & actione gratiarum ut nostram, non ut alienam. Quōd quis uitioso cuiusdam affectui astrictus, si toto corde omnique cum humilitate crediderit in Dominum, donum accipit serenioris cōscientiæ, testem habes scripturam: Hodie enim mecum eris in paradiso. Et, Fides tua te saluum fecit. Vade in pace, quæ à passionum tumultu seiuncta est: & quæcunque formæ consimilis. Et in semine uua maturefcit. Ne igitur expromptam alacritatem nostram retundant inimici & ani-

μαρμαρ
maturitate
nigrescit,
excoquitur,
mollescit.

G iij

mi

mi hebetet acrimoniam, dum nos scuticis colaphizant multiformium tentationum: (Tolerantia enim tentationum concinnatur ac plectuntur coronae, et in infirmitatibus uirtus perficitur Christi,) imò magis pertinaci freti constantia ad orationem persistamus Dominum nostrum obsecrantes ac dicentes:

Oratio S.
Antiochi.

Domine qui solus bonus, erga humanum genus clemens, solus suavis et mitis, solus uerax et iustus, solus miserator Deus noster. Pater Domini nostri Iesu Christi, qui sub Pontio Pilato cruci est appensus et tertia die resurrexit et ita introiuit in gloriam suam pariter et tuam, adueniat quæso super me seruum tuum uirtus tuæ maiestatis et confirmet me Domine et constabiliat salutaris doctrina Evangelij tui. Certè Domine, uiscera mea artusque meos omnes fac splendescere infusione tuæ lucis tuæque; solius uoluntate. Expia me ab omni malitia et peccato. Conseruato me immaculatum et irreprehensibilem ab omni operatione aduersarij: tuæque benignitate imparti mihi, ut quæ tua sunt, cogitem: quæ tua sunt, sapiam: in iis quæ tua sunt, conuerser: tuonempe filiali timore te timeam ad extremum usque halitum. Inuoco te Domine Iesu Christe ego peccator, ut per inenarrabilem misericordiam tuam conserues corpus meum, animam ac spiritum ab omni laqueo oppugnantis me. Ita pater sancte tua solius pietate propugna me seruum tuum, nec in tanto discrimine constitutum deseras me: ut ne dicant inimici mei, Deglutiuiumus eum. Tu enim Domine mihi propugnator meus es, in te laudatio mea semper et in secula, Amen.

Ad hunc modum propius adiungamus nos tam clementi Domino, nec ulla ex re sic miserè eliquemur aut deficiamus animo:

animo: magis uerò strenuè cõtendamus illius memores scripturæ: Dixit autè eis et parabolam, quia oportet semper orare et non deficere. Infert, Deus uerò non faciet uindictam clamantium ad se die ac nocte et patiens erit? Certè dico uobis, quia faciet uelociter uindictam eorum. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De labore, qui secundum Deum est, Ho. 86.



Vi secundum Deum sunt labores, hominem rectam prouebunt ad portum salutis, multumque præstant fiducie apud Deum, qua fretus dicere ingenuè auserit: Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte uniuersa peccata mea: quia laboraui clamans, rauca facta sunt fauces mea, et oculi mei defecerunt, dum spero in Deum meum. Corpus itaque nostrum, animamque charissimi assiduis maceremus ieiuniis, manuario item operi nos ipsos macepimus: ut cum dederit dilectis suis somnum, hoc est requiem, fructum dignam recipiamus mercedis. Quamnam mercedem? Nimirum cum efficiemur hæredes ac filij Dei. Hæc planè merces fructus uetris, hoc est temperantiæ. Inueniuntur et tales, assimilés apostolis maxime qui rerum inopiâ studio affectantur. Quasi enim sagitta in manu potètis: ita eorum qui se excusserunt ab omni cura cõcretioris materiæ seculi istius. Eiusmodi sane quæ beati prædicantur, ut qui honestam et commendabilem explent concupiscentiam, nec confundentur, cum loquuntur inimicis suis in porta, hoc est, in articulo suæ defunctionis atque exitus è corporis domicilio, quo potissimum tempore hominem maligni adoriuntur demones, studio et conatu præoccupandi animam. Qui sapit et hæc planè nouit: ad mortem

usque non cōquiescet, donec suam ipsius animam faciat saluam. Nec animam modò faciunt saluam qui secundum Deū sunt, labores: sed & corpori sanitatem ac uires conciliant. Cuique enim Deus robur suppeditat pro hominis proposito. At otium malitiam omnem perdocet spinarum instar aculeatam. In manibus enim otiosi sponte sua emicant spinæ. Et, Viæ otiosorū spinis instratæ sunt. Tales dum aliud nihil conficiunt operis, totos se dedunt detractioni, dispuncto à se & excusso Dei timore. Adde his, temerarij & effrontes, uerbis sunt inconcinnis ac immoderatis quæ prætextū alioqui præ se ferant alicuius doctrinæ, cum interim nō intelligant, neque quæ ipsi loquuntur, neque de quibus affirmant. Hoc genus homines scitè admodum perstringit concentor Psalmorum Dauid dicens, In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Qui enim peccant, nec tamen resipiscunt pœnitundine ducti, neque flagris conscinduntur siue castigantur hic cum hominibus: illic utique in dæmonum contubernio pœnas luunt nullo circumscribendas fine. In hoc perdocet nos & instruit scriptura, laborem ut diligamus: quòd is ad omnia mirè concludit, Dicit enim, Ne oderis laboriosam operationem, sed humilia ualde animam tuā. Et, In oībus operibus tuis esto uelox: & omnis infirmitas non occurret tibi. In desiderio enim erit omnis piger: uicæ autem fortium planæ sunt. Dauid item, Hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei. Sed & propterea laborabo, ut uiuam in finem. Tu enim dixisti Domine, Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis, luti & lateris, nempe obscœnarum

obsœnarum ac turpium affectionum. Sanè profuerit æmulari Apostolum. Ait enim is, Fratres memores estote laborum nostrorum & afflictionum. Nocte ac die operantes, ne quem uestrum grauaremus. Ipsi enim scitis, quia gratis panem non manducauimus. Sed & ad Corinthios, enumeratis agonibus suis quos pro tuenda pietate desudarat, addit: In laboribus abundantius. Iterum, Præ illis abundantius laboraui. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et quidem labores nobis subeundi sunt, sed cum humilitate & arbitrato discretiui spiritualium patrum. Ita enim fiet, ut in nullum incidamus errorem: nec dæmonibus redemur deridiculi. Impuris enim istis spiritibus hoc inest peculiare studium, feruore indiscreto accendunt semper hominem, ea ut moliantur, quibus perficiendis neuitquam par sit. Talem postremò deridiculis sannis proscindunt. Iuxta igitur apostolum, dicendum est & sapiendū, quoties quidpiā operis cum laude ac legitime gesserimus: Non ego autē, sed gratia Dei mecum. Nec apostolus modò nobis ad omnia, formula uitæ factus est, sed & ipse Dominus noster Iesus Christus suomet exemplo nihil non quod confici debeat, delineauit. Is enim in quem nulla decolor peccati eluuias cadere poterat, Deus cum esset, nec ullius corporalis indigus laboris: nobis tamen erudiendis, nihil non suscepit faciendum. Ieiunauit enim diebus quadraginta. Fatigatus est ex itinere, nec interim habebat pius, ubi caput reclinaret. Idem pernoctabat in orationibus Dei. Ipsi gloria in secula, Amen.

De studio siue solitudine, quæ secundum
Deum sit, Homilia. 87.

Diligens & studiosa solitudo quæ secundum Deum est: nullo non tempore, nulla non in re, bona cõprobat. Sed & Dominicum illud primum mandatũ est, quod populum à seruitutis iugo transscribit in libertatẽ ac uindicat. Etenim populo illi mandatũ fuit, cum festinatione ut se ex Aegypto reciperet, utq; in terrã bonam è tenebricosa seruitute cursu concito properaret ad lumen genuinæ libertatis: cõmissumque illi, pascha ut comederet cum festinatione. Paulus proinde per epistolam suo dicit Timotheo, Sollicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo operarium inconfusibilem. Et inducit, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, Alius, Si uideris uirum sensatum, mane surge ad eum. Ecquis sapiens? adhærescito ei. Omnem enarrationem uelis auscultare, & prouerbia intelligentiæ nõ te effugiant. Iterum, In mandatis Domini meditare iugiter. Confirma cor tuum & ne deërres à narratione senum: quia ab eis disces intelligentiã. Cum prudentibus sit sermocinatio tua: & omnis enarratio tua in lege altissimi. Viri iusti erũt conuiuæ tui. Et hæc quidem omnibus appositè congruunt, eos alioqui peculiariter respicit: qui se ab omni temporariæ rei extricarunt solitudine, qui elegerunt abiecti esse in domo Dei, imò quos in suum famulitium asciiuit Dominus ac propius adiunxit sibi. Planè prioris uitæ peccata quæ benignitate Domini indulta sunt, redibunt de integro: si quidem supino quodam animi desidebimus ueterno. Vt enim

aurum

aurum exploratum igni & per purgatum, si minus accuratè tractetur, strigositatem contrahit & asperitatem: ita & studiosus uirtutis si uel unam horulam defecerit otiosus, mox à feruore gratiæ refrigit & in uestigio se illi inserunt muscæ peccati quæ exinaniunt spiritualis opificij sua uolentiam. Quisquis igitur uoles imbellem reddere inimicum: circuncidito peccatum, esto alis nudus, imitatus passerulum, cui à puerulis illuditur. Dæmones enim nullo non genere ueteratoriæ malignitatis obarmati consueuerunt per omnem omnino uitam, aduersus monachos piæ actionis studiosos & eos qui quietam tràquillamque delegerunt uiuendi formulam, suarum exacuerunt gladios tentationum. Et quò quisq; studet esse arrepti propositi obseruator: eò aduersus talem, copias suæ malignitatis apparatus infantius dæmon & promouet perplexos uixque tolerabiles conflictus: ut quoquo pacto diuellere hunc ab oratione possit. Opus igitur fuerit, ut uirtutis studiosus ad opus iturus orationis suam alacritatem ostendet expromptam & præferuidam: ut angeli perspecta hac promptitudine exhilarescant ac proinde cum tali perseuerent, è diuerso dæmones tanto feruore flagellati se in fugam proripiãt refugæ. Debet igitur uel ob hoc cultor uirtutis feruere semper spiritu. Quemadmodum enim ferrum igni candens totum à propria natura in eam quæ natiua est igni, transit, fitque propemodum ignis: ita & qui Deo propius adiungitur, par est, à se ut uitæ istius situ ferrugineo & tenebricoso obduetas curas excutiat & uniat igni, (quem Dominus uenit mittere in terram), fiatque totus ignis, ne à quoquam ad-

A simili.

A simili.

Egregiè
hic inepti-
uit scriba.

H ij uersa-

τρεῖς ὄνομα
ἐν τῷ

uersariorū intercipi possit & expugnari. Ait item & apostolus, Solitudine nō pigri, spiritu feruentes, Domino seruiētes. Qui igitur seipsum cōsecrauit Deo, necesse est, ut cū cogitatione prorsus sincera & ornamentis bonarū actiōnum conspicuus unā cum Dauide psallat ac dicat, Vnam petij à Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ: ut uideam quid iucundū sit Domino, Et illud, Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Item illud, Domine dilexi decorem domus tuæ, quia dilecta tabernacula tua Domine, Domine. Concupiscit enim & deficit anima mea in atria tua Domine, ut inhabitet in atriis tuis. Beata quoq; Maria Lazari soror ad pedes sedebat Domini multo cum desiderio perseuerans & perquam suauiter ipsius exaudiens nocem. Sed & ipse Dominus docet nos dicens, Contendite intrare per angustam portam: quia multi (dico uobis) querent intrare & non poterunt. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De ministerio, Homilia. 88.

ὁ δὲ ἄλλοτε
ἐν τῷ



VI minister est, multa cum sedulitate administrare debet, cum perspicuè nouerit opus esse Dei. Nulla in re sit is cunctatior aut minus diligens, siue ob ingestā tristitiæ nubem, aut quod à quopiam irritatus est, nec transmittat aut segniter expleat ministerium ob litem fortè à nonnullis excitatam. Quæcunque enim monasticae sunt mansionis, Deo consecrantur, tanquam ea quæ offeruntur illi. Quam magno in periculo uersetur is qui neglectim ministrat, nosse

uis?

uis? Perinde est, ac si Deum ipsum contemptim aspernetur habeatq; nibili. Quandiu enim fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis. Et, Quandiu non fecistis, neque mihi fecistis. Siue igitur quis administrat sedulo, siue neglectim inseruit fratribus: in Deum ipsum illius recurrit ac refertur ministerium. Iure igitur de istis cunctatoribus & male sedulis dicebat Hieremias, Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter. Talis contemptor, arrogans est & superbus. Nos igitur qui ab eiusmodi maledictione seclusi sumus, ut pote filij benedictionis tāquam ministri Christi omni cū sedulitate ac studio, ministerij nobis concreditam functionem plena fide exequamur, tāquam illius, benedicti discipuli qui dixit, Vbi sum ego: illic & minister meus erit. Quid insuper apostolus dicat, audiamus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem: ut non uituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus commendantes nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in laboribus, in uigiis, in longanimitate, in charitate nō ficta, in uerbo ueritatis. Iterum, Sicut serui Christi facientes uoluntatē ipsius, ex animo cum beneuolentia seruiētes quasi Domino & non hominibus. Iterū, Fratres stabiles estote & immobiles, abundātes in opere Domini semper, scientes quod labor uester nō est inanis in Domino. Et ad Timotheū, Vigila in oibus labora, opus fac Euāgelistæ, ministeriū tuū imple. De seipso quoq; dicit, Nūc autē proficiscor in Hierusalē ministrare sanctis: sed adiuuate me in orationibus, ut obsequiū meū acceptū sit sanctis. Nobiscum

H ij

reputemus

reputemus fratres, ipsi apostoli qui & columnæ ecclesiæ, quanto agone ac desiderio ministrabant Hierosolymitis pauperibus. Aliis insuper dicit, Nō enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri & dilectionis, quam demonstrastis in nomine ipsius, dum administrastis sanctis & administratis. Petrus item, Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Inducit, Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Si quis ministrat, tanquam ex uirtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Dominum nostrum Iesum Christum. His concinit Dominus, Qui mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Iterum, Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Etenim filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionē pro multis. Ipsi gloria in secula seculorū, Amen.

De inopia, Homilia. 89.



Acultatum omnium possessio ablegata semel à quopiam & excussa nihil obscure declarat synceram esse monachi conuersationem. Qui nullum possidet peculium monachus, aquila est altiuola. Inops monachus liber fit paucorum usu, ut quam plurimis perfruatur. Qui peculio exuit se, utiq; nouit: quia inquietus est & aduena super terram. Ex eo enim quod nihil circumfert secum rei temporariæ ac secularis: per hoc prodit se sempiterna illa expetere. Qui se exuit possessione facultatum, Helicæ comperitur esse imitator, Ioannis

item

item & eorum qui dicunt, Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Qui tales, ab ipso salutis nostræ uindice audiunt, Quia uos qui reliquistis omnia & sequuti estis me: multiplicia accipietis in seculo isto, & in futuro uitam æternam. Qui inops est: super terram πλῦτα
σκόνα. quidem uersatur, conuersationem uerò iam in cælis sibi cōparauit. Inopiæ enim merito, cum angelis congregitur familiariter, choro accensetur iustorum. Dum enim hæc auersatur & repudiat terrena: uel ipsa imaginatione colligit iam & contemplatur cælestia. Num uides, quanto inter se dissideant discrimine, hæc corruptiua dimisisse & possedisse incorrupta: hæc qualiacunque quæ nostra non sunt reliquisse & illis perfrui, quæ parata sunt diligentibus Deum, quæ oculus non uidit, non auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt? Quisquis mundi istius osor est & mammonæ: perspicuum euadit, quia hic mundi diligit opificem. Inferioribus enim transmissis, præstātiora nihil obscure expetit. Generosæ prorsus ac Deum synceriter amantis animæ argumentum est, nihil mundi possidere uelle. Qui eiusmodi est: hæres quidem Dei, cohæres autem fit Christi. Qui igitur indipisci uult margaritum illud multo prætiuosissimum, præsentium bonorum omnium à se cum gaudio possessionem excutiat: ut agrum sibi comparet, in quo uitæ quidem thesaurum inuenit eatenus retrusum & conditum. Tunc enim locum quis nascitur, in quo gratia Dei delituit: cum temporales hæc diuitias omnes à se abiecerit. Rationi prorsus consentaneum est, ut nos (quibus datum est semel nosse pietatis uiam) uniuersa quæ adsunt, disper-

disperdamus, nimirum ut ex his quæ supersunt, iuxta imperium Domini, dispensem facultates: ut ne dum præteximus in singulos dies nos uelle implere mandata, deprehendatur malè fuisse morigeri tam salutari mandato. Primum enim quod ex eiusmodi abdicatione facultatum proficitur, ingenua est & perquam honesta libertas curæ omnis, & quæ hinc etiamnum resilit, paupertas nullis patens insidiis. Dicit itaque apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus sanguinem & carnem: Hoc de Athleticis legibus transsumptum pronuntiat. Etenim quemadmodum illi non ueste solum exuti, (est enim id uelut præludium in eundia gonis, se ut spolient uestibus, sed & detonsi comam, inuncti oleo, ut ne capillis prebendi queant: magis autem ut læuore olei commodius elabi possint ac uitare colluctatoris manus. Sicque illi ad subeundum agonem prodeunt. Eundem in modum & nobis prosiliendum est ad agonem spiritualem: si tamen insigniri olim corona percipimus. Exuti primum ueterem hominem cum actibus suis, qui externè etiamnum detonsi, nosque ad eleemosynas exponentes, nudi quoque cura omni ac ueste in stadium ascendamus excolendæ uirtutis. Sed & Hebræis idem ait, Vincitis compassi estis & direptionem facultatum uestrarum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uosmetipsos habere meliorem substantiam & manentem in cælis. David uerò Psaltes, Diuitiæ si affluent, nolite cor apponere. Vtique dixit eleganter, Si affluent. More enim aquæ per élices disfluentis, uniuersa mundi istius nos prætereunt. Hodie ad huius pendunt arbitrium, crastinò futura penes alterum. Nos igitur

igitur cum B. David melico concentu cantillemus uerbum ipsius, Ambulabā in latitudine, quia mādāta tua exquisiui. Et, Dilexi mādāta tua super aurum & topazion. Et, Pauper & inops laudabunt te Domine. Sed & ipse Dominus diuiti, Si uis pfectus esse, uade, uēde tuas facultates & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis. Et ueni, sequere me sublata cruce. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De luctu, Homilia. 90.

LVetus inopiæ consors est, qui & omnibus nobis cōgruit, estque perquam utilis. Neque enim uirtutes modò operatur, sed & easdē solerti tuc-tur custodia, nobisque hinc emigrantibus iuxta Domini sermonem, author æterni fit gaudiij & consolationis pararius: si modò ipsum penes nos retinemus usque in finem. Pro impetrādo igitur luctu ante omnia interpellemus Deum, nobis ut eum gratuitò conferat futurum indiuiduum comitem omni tempore uitæ istius nostræ. Hunc enim perpetem possident, qui ipsius sunt amatores, sed & orationi inuigilant constanter. Qui tales sunt, induuntur arma lucis & audiunt illud: Stola tua feruida est. Istorum uerò inimici quasi diploide, confusione circunamiciuntur. Luctus sanè istius succedanea hæreditas hæc, cæleste gaudium, deliciæ ininterpretabiles, ineloquibilis gloria, nunquam desitura exultatio. Hoc ipsum nos instruit Ecclesiastes, Melius est ire ad domum luctus, quàm pergere ad domum cōuiuij. Iterum, Cor sapientum in domo luctus, cor autē stultorum in domo letitiæ. Inducit, Ne pigriteris cum flentibus, flere: & cum lugentibus, lugeto, Dicit autem & pro-

Luctus ad finem usque uitæ si retinetur, gaudium parat.

pheta Amos, Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & emittam famem super terram: non famem panis, neque sitim aquae, sed famem audiendi uerbum Domini. Et lugebit terra, & ea quae in ipsa erunt. His nunc nostris temporibus impletum est istius prophetae oraculum, Omnes enim declinauimus, simul inutiles facti sumus. Sed & Esaias, Propter hoc dixi, Recedite a me, amare flebo super contritione gentis meae. Et ne detis operam, ut consolemini me. Hieremias insuper, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte. Dicebat idem & populo, Deducent oculi mei lachrymas die ac nocte. Atqui inter nos non est qui intelligat. Quae enim propheticis oraculis praesignata sunt, occurrerunt nobis. Daniel quoque, Dedi faciem meam ad Dominum deum meum in ieiunio & sacco. Dauid, Tāquam lugens & contristatus sic humiliabar. Et, Miser factus sum & curuatus usque in finem. Tota die contristatus ingrediebar, quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Iob item, Sagittae tentationum eius super me. Venter meus exaestuauit a fletu. Super palpebras autem meas, umbra mortis. Attenti igitur simus & nos charissimi, & intelligamus sanctorum uirorum quis fuerit, dum uiueret, tenor ac formula: acie mentis cōdiscamus, quo pacto isti tempus suum exegerint in fletu, sacco & planctu: utque per afflictionem & luctum pmeruerint effici pueri, famuli & amici Iesu Christi. Et haec eō sunt p̄dita memoriae, ut nos ad studium inuitent concupiscendi luctum, ut sint nobis lachrymae panis die ac nocte, ut per singulas quasque noctes stratū nostrū rigemus lachrymarum profluuio, ut decolores notae peccato-

rum.

rum expientur, quibus circumfundimur toti, ut uel sic digni habeamur, quos nuptiali stola conuestiat & adornet Dominus. Qui enim ea nuptiarum ueste deprehendetur non esse indutus, excludetur regni aditu. Quum igitur hebeamus sic benignum ac clementem Dominum, omnisque immemorem iniuriae: ipsum exoremus ac repropitiemus per suspiriosos gemitus & lachrymas, ut in eius aduentu splendida illa amicti stola inuemamur. Magnopere is diligit salutem nostram. In hoc enim iubet, a se ut auferat Iesus Ioseph uestimenta sordium eluue defaedata, & amiciatur podere ad talos imos usque propendente. Dicit enim ipsi Iesu, Ecce abstuli iniquitates tuas. Nobis itidem, Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati, qui flent nunc: quia ridebunt. Deum nostrum addeceat gloria in secula, Amen.

Quod captanda semper opportunitas sit temporis, Hom. 91.



Vlla non in re spectanda uenit tempestiuitas, praeterquam in oratione. Nunquam enim in tempestiua potest esse oratio. Ait enim Dauid, Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Et illud, Indesinenter orate, in omnibus gratias agite. Quod autem ceteris in rebus spectari debeat & obseruari temporis comoditas: per Ecclesiasten erudimur. Ait enim, Omnibus suum est tempus & tempus omni rei. Tempus tacendi & tempus loquendi. Et, Si est tibi intellectus, responde fratri tuo. Sin autem, manum superpone ori tuo. Quod si tempus appetit loquendi: bonum fuerit, ut in tempore dicas uerbum. Ait enim, Sermo uester semper sit sale conditus, in hoc ut noueritis, quo pacto oporteat

I ij

unicuique

Ad dictio-
nē ἔγκο-
σος defit
quiddā. Et
enim inter-
cis a et in-
absoluta o-
ratio.

unicuique respondere. Omnis enim sermo interruptus. Et,
 Qui addit scientiam, addit et laborem siue dolorem: qui
 autē temerarius est labiis, incidet mala. Propter enim ine-
 ruditionem linguæ, superueniunt iræ: innocens seruat suam
 linguam, ut qui diligit suam animam. Qui adulatione utun-
 tur, seducunt corda innocentum: et qui beatificant, in er-
 rorem mittunt. Illud, Tempus flendi pro eo sumitur: quod
 est, Affligitote animas uestras. Et hoc, Tempus ridendi,
 pro eo, Celebrate mihi diem festum. τῆς αἰῶνος enim, tempus
 nimirum ridendi, letitiæ et gaudij est index. Tempus bel-
 li, luctæ scilicet: quum aduersus hominem cominus confligit
 et coöritur diabolus in illum, multiplicium tentationum
 armatus telis. Tempus pacis, ubi discussa tentationum nu-
 be, serenitas amœna diuinæ gratiæ affulget et inclarescit
 incredibile gaudium inserens animæ. Tempus iudicij, nouit
 cor sapientis: idque cum à lucta ac multiuga impressione
 passionum emancipatur anima et asseritur in libertatem.
 Gaudio enim perfusa dicit, Iudicauit me Deus de aduer-
 sario meo. Cuique enim rei præstituta sunt et tempus et
 iudicium. Et, Vnus idemque occurfus occurret omnibus his.
 Hoc dicit de hominis morte, propter uitæ insertitudinem.
 Inducit enim, Quia nescit homo tempus suum, sicut pisces
 capti uerriculo. Rursus, Vidi omnem occupationem, quam
 dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea. Illud
 etiam dedit, uenit exponendum pro: οὐκ ἔστιν ἄλλο
 Profuerit igitur sed et res commendatione cum primis di-
 gna: ut quod dictum est, implendum curemus, nempe illud:
 Sint in omni tempore uestimenta tua candida: et oleum in
 capite

capite tuo ne deficiat, hoc est, Actiones quidem animæ et
 corporis tui puræ sordium semper sint et inculpatæ. Om-
 ni proinde studio oleum elemosynæ tuæ per pauperum
 manus effunde super caput tuum, Christum uidelicet. Ipse
 enim caput nostrum est, qui dicit: Mibi fecistis, quæcumque
 fratribus meis minimis fecistis. Et per Esaiam, Tempore
 accepto exaudiui te, et in die salutis adiuui te. Sanè tem-
 pus illud sic acceptum ubi aduenit et dies salutis nostræ,
 nempe gratia: tunc et Apostolus illud uelut indice manife-
 stiùs prodens ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc
 dies salutis, nemini dantes ullam offensionem, ut non uitu-
 peretur ministerium nostrum, sed honestè et secundum or-
 dinem omnia fiant. Vnde et Dominus hoc ipsum tempus
 indicans cum accusaretur à scribis et pharisæis propter-
 eà quòd illius discipuli neutiquàm ieiunarent, ora illorum
 temerè et impudenter oblatrantia compefcuit dicens, Non
 possunt filij sponsi, quanto tempore sponsus est cum eis, iei-
 unare. Venient autē dies, quum ablati fuerit ab eis spon-
 sus tunc ieiunabunt in illis diebus. Ipsi gloria in secula,
 Amen.

Alienæ calamitati indolendum compassionis
 affectu, Homilia. 92.



Q B alienam calamitatem angere animo, incommo-
 disque proximorum mutiter condolere, sus-
 fragari item et collaborare, quam sit Deo
 gratiosum et acceptum, quis explicet? Hoc etenim re ip-
 sa ut præstemus, uel debito obstringimur: ut qui serui sum-
 mus, assessores et subministri Dei uerbi, ut illi nos pro-

bemus, in cuius accenturiati sumus & adscripti militiam: a quo relatu-
 ros nos stipendia nauatae insigniter operae certo scimus. Animam utique ad officia exercendae pietatis erga proximos mirè habet procliuem, quisquis sic condolefcit alienae infelicitati. Qui talem possidet animam: nihil non bonorum ex se tanquam ex illi quopiam fonte edet & in caelum transcribet. Quod si facultates habuerit & peculium: nihil dubitabit id in hunc pietatis usum depromere atque insumere. Si quem uiderit calamitate premi, prorumpet in fletum. Si quem compererit oppugnari calumnia: manum illi exporriget auxiliarem, nec ulli alij talem deseret. quotquot ad se peruenerint. Certatim igitur contendamus, ut fides nostra, charitas, patientia tanquam galea, & *inabsoluta oratio.* quasi hasta, omnisque species armorum nos in procinctu spiritali conferentes circumsistant. Longanimitatem mutuam inuicem praestemus, uitam hanc exigamus in mansuetudine & placabilitate, ut & nobiscum Deus. Abiectione & humile illachrymantem ne contempnimus praetereamus: ut ne lacrymae, tempore orationis fusae à Deo despectim uideantur. Si qua interim gratuita dona possidemus, nequid hinc nobis arrogemus, quin potius pio affectu compartiamur non habenti: eoque nobiscum id doni in finem usque permanebit. Dicit igitur qui inter primos in proximum affectu piensimo legitur fuisse Iob, Ego autem super omni impotente fleui: ingemui uero, si quem uidi uirum afflictum necessitate. Quod si despexi nudum, nec uestiui eum. Ianua autem mea omnibus aperta fuit. Eodem respicit illud Tobiae, Eleemosynas multas faciebam. Si quando uidebam

mortuos

mortuos in humum proiectos: colligebam & sepeliebã eos. Propheta Osee, Persequamur, ut cognoscamus Dominum. Propter quod misericordiam uult & non sacrificium: & scientiam Dei plusquam holocausta. Michaeas, Annunciatum est tibi ò homo quid bonum? aut quid Dominus querit à te, nisi facere iudicium & diligere misericordiam? Sed & in Sapietia habes, Erue eos qui ducuntur ad mortem: & redimere occisos ne parcas. Iacobus item, Si frater aut soror nudi fuerint & egeant uictu quotidiano, dicat autem quis illis: Ite in pace, calefacimini & saturamini, non dederitis autem eis quae necessaria sunt corpori: quid proderit? Admonet autem & Paulus dicens, Induimini igitur tanquam electi Dei sancti dilecti uiscera misericordiae, benignitatem, longanimitatem, supportantes inuicem. Sed & de seipso, Veritatem dico, non mentior, quia tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis cognatis meis secundum carnem. Et quia, Siue patitur unum membrum, cõpatiuntur omnia membra. Petrus, In fine autem, omnes unanimes, cõpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, humiles: non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed è contrario benedicentes, quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Ipse etiamnum Dominus ineffabilis clemetiae, nos quum uellet declarare insigni quopiam argumento sui ipsius patris germanos esse filios, ait. Estote misericordes sicut & pater uester caelestis misericors est. Ipsi gloria, In secula, Amen.

De non

De non habenda personarum acceptio-
ne, Homilia. 93.

Personae acceptio germana uicinitate adne-
ctitur ambitioni: qua gratiam captas homi-
num & fauorem. Edicto diuinæ scripturæ
comperimus nobis utroque esse interdictum

ut reprehensibili ac uitioso. Qui enim uitio isti accipiendæ
personæ obnoxij sunt, nullo non tempore sermones promunt
assentatorios ac nescio cuius cōmentitiæ beatitudinis præ-
texunt umbram iis qui prærogatiua quapiam eminent di-
gnitatis & potentia, uidelicet proferunt ligna & fœ-
num, utique materiam suapte natura accliuem corruptioni
incendentes igne, de quibus ait & ppheta, Qui uos beati-
ficant, seducunt uos: admirantes personas quæstus causa.

ἡ λουδοῖος
Ald. ἡ λου-
δος. Et pro
διαχωρι-
στῆν habet
ἀσινετα
relinquitur

Diues enim addit amicos multos: pauper uerò & ab eo qui
erat amicus disparatur. Et, Sapientia pauperis nibili ha-
bita ac despecta. Atqui non iustum sit, talia ut operemur,
debemus magis fidem nibilo disparem complexi, mutuo nos
reuereri honore, non quidē metientes proximum germani-
tate carnis, sed in Christo inuicem amoris indiuidui gluti-
nio confæderati, adeò ut nihil alicunde occurrat, quod nos
possit à cōpagine mutua dilectionis dirimere, sed è diuer-
so iuxta sententiam eius qui hymnos emodulatus est, Eri-
pите pauperem & egenum de manu peccatoris liberate
eum. Deus enim dissipauit ossa eorum qui hominibus pla-
cent. Confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Non enim
bonum reuereri personam in iudicio, iuxta scripturam. Et,
Ne acceperis personam contra animam tuam: ne autem
confun-

confundaris in casum tuum. Iustus item Iob, Nunc autem
inspecta persona uestra non mentiar. Iacobus quoq; , Fra-
tres nolite in personarum acceptioe habere fidem domini
nostri Iesu Christi. Si enim introierit in cōuentum uestrum
uir habens aureum annulum in ueste splendida, introierit
autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum
qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei, Tu sede hic
bene: pauperi autē dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello
pedum meorum: nonne iudicatis apud uosmetipsos, & fa-
cti estis iudices cogitationum iniquarum? Inducit, Si tamen
legem perficitis regalem secundum scripturam, (Diliges
proximum tuum sicut teipsum.) benefacitis: si autem perso-
nam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi
transgressores. Nec abludit Parcmiastes, Admirari per-
sonam impij non est bonum: neque sanctum, declinare iustū
in iudicio. Alius, Vereri personam in iudicio, non est bo-
num. Qui dicit impio, iustus es, maledicetur in populis &
odibilis erit inter gentes: qui autem reprehendunt, meliores
apparebit, Super eos autem ueniet benedictio bona. Pau-
lus item, Non enim est personarum acceptio apud Deum.
Iterum, Ab his qui uidebantur esse, quales aliquando fue-
runt, nihil mea interest. Personam Deus non accipit. Deus
proinde Samueli de filiis Iesse, Ne respicias in uultum &
ad magnitudinem eius, quia homo in faciem uidebit, Deus
autem intuetur cor. Ipse porrò Dominus cum à quodam
audisset, Ecce mater tua & fratres tui foris stant quæ-
rentes te. Respondit illi, Quæ est mater mea & qui sunt
fratres mei? Cūque extendisset manum suam in discipu-

Ios, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumq; enim fecerit uoluntatem patris mei qui est in coelis, hic meus frater & mater est. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

Cohabitandum paucis quidem, sed

bonis, Homilia. 94.



Rosuerit charissimi cum paucis quidem habitare, sed bonis: id quod Deo longè gratius, quam ut multis cobabites qui sunt contemptores mandatorū Domini. Vbi enim timor Domini, illic charitas & fratrum concordia: ubi nullus relinquitur timori Dei locus, ubi contentio ac zelus. Vbi reuerentia ac pietas erga Deū & amabilis erga proximū affectus, illic intermedius horū habitat Deus: ubi autē inuidia ac malè norigera & inobsequens subiectio, illia è regione ambitio regnat gloriæ inanis. Commodum fuerit ac frugi mordicus tueri nos ac retinere simplicitatē & innocentiam atq; ad infantilis uitæ formulam mores instituere, quibus incomperta est prorsus improba malignitas humana: uita expultrix, neque simus aduersum nos inuicta illius iniuriæ memores, ne per malitiam leges præuaricemur: magis autem omnem deponamus malitiam, omnem amaritudinem diuinæ legis præuaricatricem, inque unum coalescamus spiritū, omni prorsus à nobis depulsa simulatione, quatinus in nobis dignetur habitare Dominus pacis, ut spiritus ipse reuale scat, pristinae sanitati quam gratuito acceperat, in integrum restitutus. Si quis spiam nostrum, uestem dederit fulloni nouam quidē illam atq; incolumem, & banc à fullone

lone recipere uelit, fullo autem si frustillatim concisam & dissectam reddiderit: ita ne quæso, accipiet eam Dominus uestis? Nunquid non cum illo uelitaribus uerbis delitigabit uitioque illi uertet dicens: uestimentum dedi in manus tuas sanum & incolume, quid ita lauerè concidisti, ut nulli iam usui accommodum redderes? Quod si unus aliquis pro qualicumq; uestimēto ad eum modum mærore conficitur pugnâque uelitari contendit, quia non integrum recipit: quantum nos adituros supplicij par est credere, ultore Domino, qui cum spiritū accepimus nulla contage decolorem, sed sanum, ipsum mærore fecimus, quodq; uitam hanc nostram minis composuimus religiose, reddidimus inutilem, adeo ut nulli iam usui esse possit Domino suo? Vsus enim ipse spiritus nostri nostra ipsorum culpa deperit. Dum enim sic per cōtentionem, zelum & omniuariam iniquitatem, uitam traducimus: utique nulli obscurum est, quin ipsi nobismet apud Dominum conciliemus iram, denique & mortem. Multò igitur cum paucis sit præstabilius degere, qui boni sint: quam cum crebra multitudine inutilium, ut & diuina tradiderunt scripturæ. Ait enim Paracletus, Ne desideres esse cum multitudine inutilium, nisi adsit timor Domini cum eis. Melior enim est unus iustus, quam mille peccatores. In synagoga enim peccatorum exardescet ignis. Et si fuerit unus dura ceruicis: mirabile hoc, si innocens erit. Misericordia enim & ira à Domino. Alius item, Ne concupiscas multitudinem inutilium. Si multiplicati fuerint, ne lateris super eis: nisi sit timor Dei cum ipsis, ne te credas uita illorum. Ingemisces enim luctu in-

tempestiuo. Melior enim unus faciens uoluntatem Domini
 iustus, quam decem milia praeuaricantium legem. Et, iu-
 stus est emori sine liberis, quam habere filios impios. Ab-
 uo enim sensato inhabitabitur ciuitas. Apostolus proinde,
 Nouit Dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate
 omnis qui inuocat nomen Domini. Infert, In magna autem
 domo non solum sunt uasa aurea & argentea, sed lignea
 & testacea. Quaedam quidem in honorem, quaedam uero in
 contumeliam. Quotquot igitur sumus lignea uasa & te-
 stacea, expurgemus nosmetipsos, ut efficiamur uasa ad
 usum Domini accommodata, ad omne bonum apparatus, ut
 ne tandem ab ipso contingat nos audire, Discedite a me
 maledicti. Amen dico uobis, non noui uos unde sitis. Idem
 Dominus, Simile est regnum caelorum sagine missae in ma-
 re & ex omni genere piscium congreganti, quam cum im-
 pleta esset, ascenderunt ad litus & elegerunt bonos in
 uasa sua, putidos uero foras miserunt. Infert, Sic erit in
 consummatione. Exhibunt angeli & separabunt malos de
 medio iustorum & mittent eos in caminum ignis ardentem.
 Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt uocati,
 pauci uero electi. Lata enim est porta & spatiosa uia quae
 ducit ad perditionem, & multi sunt qui gradiuntur per
 eam. De paucis proinde piis ac bonis ait, quia angusta est
 porta & tribulationum spinis septa undique uia quae du-
 cit ad uitam, & pauci sunt qui ingrediuntur per eam. Ite-
 rum, Noli timere pusillus grex, quia complacuit patri ue-
 stro dare uobis regnum. Ipsi gloria in secula, Amen.

Temperandum

Temperandum a solutione & immoderato
 risu, Homilia. 95.

R

Idere solutiùs neutiquam iis permissum est, qui
 sint germanè Christiani: omnium minime con-
 uenit monachis, qui se iam crucifixerunt mun-
 di istius uitis. Ait enim Dominus, Si quis uult
 post me uenire, abneget semetipsum & tollat crucem suam
 & sequatur me. Qui quæso probabile sit hunc crucis Chri-
 sti dulcibus clauis esse transfixum, qui sic soleat profusio-
 re letitia diffundi & ridere solutiùs? Neque enim ad eius-
 modi animi elatione aut risum solutionem uocati sumus, ne
 per hæc demum contingat nos assequi una cum Ethnicis illud
 uae, magis uero per luctum, gustum qualemcumque prælibe-
 mus internae consolationis. Pro animae enim paranda sa-
 lute, uniuersus hic nobis susceptus est agon: cui alias non me-
 diocre impendet periculum, non leue eam tormentum manet,
 sed aeternum. Quis enim in inferno relinquitur confessioni-
 locus? Nullis illic lachrymis aut suspiriosis gemitibus ira
 flectitur iudicis æquissimi. In nullius item gratiam præfi-
 nitæ legis terminus prorogari illic potest: sed neque pœni-
 tentia ulla iam residet. Ab exitu istius uitæ, nulli concedi-
 tur reditus: quin ad metam ubi peruentum est huius pere-
 grinationis, nihil iam occurret peccatrici animæ non ple-
 num amaritudinis: nihil non plenum intolerabilis molestiae
 & acerbitalis iis qui indultum ad pœnitentiam tempus ne-
 glectim & sine fructu transmiserint. His enim primum
 horrenda prorsus nullique non formidabilis facies pecca-
 torum, (quæ catenus admiserint,) ultro se ingeret uisen-

vae nobis
 qui ridetis
 nunc, quia
 flebitis nos

Kij damz

dam, dirum planè spectaculum & omni supplicio amarius. Sed & hos conscientia, interiore flagro conscindens eò adiget, ut còtinenter uociferentur & eiulent uerbis illis còploratione omni dignissimis, Vae, mihi. Quid ni hunc praeuidi diem miser ego? Is quaqua uersum circumaget oculos, angelos illic circunuolitantes intuebitur à commiseratione usque adeò abhorrentes, ut uel sola specie incredibilem atque intolerandum incutiant spectatori terrorem. Sub horam tantæ istius adeundæ necessitatis suspirabunt amarius, quum nunquam finiendis sed æternum duraturis tradentur tenebris illis exterioribus cum fletu & stridore dentium, quando nunquam intermorituro uermi arrodendi mancipabuntur, cum in profundam inferni uoraginem agentur præcipites, nempe in Tartarum ac Geëmmam omni acerbitate superiorem. Hæc planè sunt, sunt inquam loca hæc atrocissimi examinis omni recogitanda circumspectione, quæ peccatrices animas hiulco ore excipiunt, non item sic animus diffundi debet risu solutiore aut insolescere per elationem. Præ eiusmodi tamen par est, oculos mentis indiuisse & pressius defigere in ppositum omnibus (ceu scopum) gratiam Dei: quemadmodum & beatus Dauid qui cum ipsius gratiã uenerabundus suspiceret, cū admiratione dicebat, Sicut oculi seruatorum in manibus dominorum: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum. Iterum, Neq; elati sunt oculi mei. Ad eum modum debemus & nos attentis esse & peruigiles, inque eam Dei gratiã oculos mētis fixius intendere, ne ipsi occumbamus in mortem, letali dum abripimur morsu serpentium, hoc est quæ ipsi admisimus, peccatorum.

Qui

Qui enim se agnoscunt subesse legi gratiæ, sua ipsorū delicta nullo non tempore habent præ oculis cordis: secumq; dum benignitatem erga se Dei demirantur, taciti insusurrant, E' quantis nos malis Deus ipse submouit & eripuit? Ecquid nos indigni retribuere possimus? Non igitur in risu, nō in elatione mentis insumamus nostri istius incolatus dies. Nos ipsos quæso, charissimi peruigili custodia seruemus: ne hostis nos intercipiat irretitos intempestiui risus laqueis. Quam multas intēpestiuus hic risus ex se parit indecoras prorsus, imò diabolicas animæ perturbationes? Planè risus talis imprudentium est: uerius dixerim, stultorum ac mente captorum in contubernio lupanari scortantium. Ob hoc scriptum est non conuenire stulto delicias, ut ne hinc sumat animos, seq; efferat impotētius, quemadmodū ille olim populus pfectus ex AEgypto. Vt enim primū iugo AEgyptiorum emancipati sunt, uideruntque tumulum in altam uoraginem depressum sibi patere: tunc ad idololatriam cōuersi sunt. Traiecto enim mari, cum nihil sibi uiderent impedēre iam periculi: simul atq; attigerūt terrā, naufragati sunt. Tunc impegerunt, quum prius lugentes pmeruissent iugo eximi amaræ seruitutis. Pulchrè igitur ait Paræmiastes, Risus stultorū in deliciis peccati. Iterū, Stultus in risu exultat uocem suā, uir autē astutus uix tacitè ridebit. Iterū, Qui in deliciis enutritur à puericia, seruus erit: in nouissimo autē dolebit super se. Inducit, Quasi uox spinarū sub lebete: ita risus stultorū. Nos igitur cū B. Iob dicamus, Quod si incedebam cum derisoribus: quæ tristitia sunt, contingant mihi. Et cum Hieremia, Domine nō sedi cū consilio luden-

tium.

tium, sed timui à facie manus tuæ. Seorsim sedebam, quia amaritudine repletus sum. Iacobus item non à risu modò absterret nos, sed & ut fleamus sedulò mādāt atque euilemus, Miseri estote & plorate, ait. Risus uester in luctum conuertatur, & gaudium uestrum in mœrorem. In risu enim stultus operatur mala; sapientia autem parit uirilem prudentiam. Itaque fratres studiosi prudentiæ, stultum hunc oderimus risum, ne nos demum transmittat ac præcipitet in æternum illud supplicium iuxta Dominicam sententiam, Væ inquit, qui rident nunc, quia flebunt & lugebunt: quin imò strenuam demus operam, ut Dominica tandem uoce laudemur atque audiamus, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Ipsi gloria in secula, Amen.

ὁ ἀποστόλος
Ald. habet
ἀποστόλου
ro. rro. 10

De dilectione proximi, Homilia. 96.

Roximum qui diligit, is se longius iam ab omni submouit peccato. Quin hoc ut faciamus, iubet scriptura omnis cum uetus, tum noua, Diliges proximum, sicut teipsum. Ipse siquidem Dominus mandatum hoc uerbis ex lege desumptis declarauit esse secundum à primo quod est de dilectione Dei. Vnde & Ionathan Saulis filius id liquidò cum nosset, præ uxore dilexit Dauidem affectu prorsus sincero. Melior enim parua particula cum timore Domini, quàm thesauri magni absque timore. Melior inuitatio ad conuiuium horum ad amicitiam & gratiam, quàm ferculum uitulorum cum inimicitia, iuxta scripturam. Iterum, Melior pauca acceptio cum iustitia, quàm multa germina cum iniquitate.

ὁ ἀποστόλος
λέγει ἡμεῖς
ἐν νόμῳ
προν. 15.

Melior

Melior est bucella cum uoluptate in pace, quàm domus plena bonis cum iurgio. Sed & Ioānes, Fratres diligamus inuicem, quia Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet. Iterum, Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalū non est in eo. Petrus quoque, Nosmet ipsos in charitate seruemus expectantes misericordiā Domini nostri Iesu Christi. Rursus, Fimis autē præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona. Iterum Petrus, Ministrare in patientia, pietatem: in pietate autem, amorem fraternitatis: in amore autem fraternitatis, charitatem. Et post pauca, Ante omnia autem mutuam in uobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Conformiter & Paulus, In charitate radicati & fundati, ut possitis cōprehendere cum omnibus sanctis. Iterum, Charitas patiens est, benigna est. Charitas nunquàm excidit. Et inducit, Plenitudo igitur legis est dilectio. Rursus, Estote igitur inuicem benigni, misericordes, imitatores Dei, sicut filij charissimi. Et, Consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum. Et, Super omnia hæc charitatē habete, quæ est uinculum perfectionis. Et, Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem in inuicem & in omnes. Aliis idem dicit, De charitate autem fraternitatis ipsi uos à Deo didicistis, ut diligatis inuicem. Et nos igitur fratres perfecta charitate eos complectamur, qui nobis uniuntur parilitate fidei, sicut & à nobis repetit Dei lex, pro illis quoque & animas parati exponere, si quidem eò ulla occasio nos inuitet. Maiorē enim hac dilectionē ne-

Non Petri
est hic locus
sed pauli. 1
Tim. 1.
ἡ ἀγάπη
ὁ ἀποστόλος
δὲ λέγει
cum leu
gatur. 1.
Pe. 4. b

minus sibi inungi & caput & pedes, Sed & hunc suum inunctorem uicaria mercede repignerat, nempe regno cælorum talem dignatur. Prorsus pauperum amator à Domino promeretur audire, Misericordia & fides non te deserant. Alliga eas collo tuo, & inuenies gratiam. Et, Prouide bona coram Domino & hominibus. Et, Viæ iustorum ut lux splendent, proceduntque & illuminant, donec illucescat dies. Mandat autem & lex dicens, Aperiens aperies manus tuas pauperi, ut ne clamet contra te ad Dominum. Parcemiastes uerò, Vitam pauperis ne defraudes. Et, Animam esurientis ne contristaueris: & ne retraxeris donum ab indigente. Famulum afflictum ne abiicias: & ne auertas faciem tuam à paupere. Iterum, Animæ suæ benefacit uir misericors: perdit autem suum corpus immisericors. Propheta Osee, Seminate in iustitia: misericordiam & iudicium custodi, & appropinqua ad Deum tuum semper. Daniel quoque Nabuchodonosor ait, Consilium meum placeat tibi ò rex. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas in misericordiis pauperum. David, Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Et, Diligit misericordiam & iudicium Deus. Beatus igitur, qui intelligit super egenum & pauperem. In die enim mala liberabit eum Dominus. Iob in super, Quod si permisi imbecillem egredi ianuam meam sinu uacuo. Alius, Inclina aurem tuam ad pauperem & responde ei pacifica in mansuetudine. Omni eleemosynæ facito locum. Vnusquisque enim secundum opera sua inueniet. Qui miseretur pauperis, ipse enutrietur. Panem enim suum dedit pauperi.

ἀνετίθησεν
μὴν πρὸ
Αὐδὸς ἡκε=
τῆρ ὑπὸ
ἐ. 270. 11.

Qui.

Qui dat pauperibus, non patietur penuriam. Iterum, Omnia quæcunque potest manus tua facere, quantacumque suppetit tibi facultas, facito. Animæ suæ benefacit uir misericors. Et, Benedictio Domini super caput distribuentis. Et, Redemptio animæ uiri, diuitiæ propriæ. Et, Eleemosynis & fide purgantur peccata. Et, Qui miseretur pauperis, fræneratur Deo. Secundum donum eius retribuetur ei. Bonum igitur fuerit, quæ sita etiam propriis laboribus quæ tibi suppeditauit Deus, in usus inopum candido ac simplici animo dissipari, neutram in partem uacillando, cui dare debeas, cui item non. Vult enim Deus in commune omnibus ut des ex propriis donis. Non uult ut fluctuans disceptes tecum, cui debeas dare, cui non item. Hoc enim minus obsequij in pauperem collati cum animi candore cõfectum plurimum obtinet apud Deum gloriæ. Nam qui nihil dubius sed simplici animo sic administrat pauperi, Deo utiq; uiuet. Sanè eximium quiddam est homo & pretiosus uir misericors. Apostolus, Qui parçè seminat, parçè & metet. Inducit, Macedonia autem & Achaia probauerunt collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem. Dominus etiamnum ait, Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite uobis sacculos qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in cælis. Vbi enim est thesaurus uester, illic erit & cor uestrum. Sed & attendite, ne eleemosynam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Ipsi gloria in secula, Amen.

Idem chry-
sostomus.



Visitatio, contubernalis & conuiuia est pro-
 pensi in peregrinos pauperesque amoris ac
 benignitatis. Sanè funiculus triplex difficilè
 rumpitur, quin uerius triluminare candela-
 brum suo eos circumfundens & illustrans splendore qui
 proximos deamant synceriter, quique laborum sunt tole-
 rantissimi ac uiam uisdem præstruens rectæ deducens ad
 uitam æternam. Ait enim, Hospes eram & collegistis me.
 Esuriui & pauistis me. Infirmus fui & uisitastis me. Qui
 igitur ægrotos aut carcere retentos, denique quauis neces-
 sitate miserè afflictos interuisit, eū utiq; ipsomet teste uisi-
 tat qui nostri causa pauper fieri uoluit, nempe deum uer-
 bum. Nulli proinde reor esse obscurum quàm bonū sit pu-
 pillos ac uiduas in tribulatione eorum uisitare, pauperes
 insuper quos præter priuam penuriam degrauiat & pre-
 mit sæcunditas filiorum: in primis tamè & omnium maxi-
 mè illos si uisites qui domestici sunt fidei, hoc esse uirtutis
 opus nemini putem controuertendum. Rursus quis inficie-
 tur eximiæ cuiusdam esse bonitatis & alendæ fratrum di-
 lectioni (quæ in Christo est) perquam utile, interuifere
 eos qui infesto Dæmone quopiam diuexantur? super illos
 unam aliquam quæ Deo placeat, effundere orationem fi-
 de magis quàm uerborum multiplicium conscientia niten-
 tem, potius quàm exercitia illa exorcismorum ad ostenta-
 tionem studio emerendæ hominum gratiæ, ut ipsi benelo-
 quentes uideamur ac memoriæ uiuacis, dum interim apud
 euergumenos fistulæ instar, personamus meras nugas ac
 battologias, non item in fide ueritatis, quemadmodum no-
 bis

in exorci-
 stas gloriã
 captantes.

bis sua doctrina præscripsit Dominus? Ait enim, Hoc enim
 genus in oratione intenta & fide cum ieiunio eiicitur.
 Prudenter itaque & ut exigit decorum in spiritu humi-
 litatis sic ægrotans nobis uisitandus est. Bonum sanè est
 collaborare fratribus ceu dictum est, qui morbo quopiam
 afflictantur & laborant, idque per uigilias, ieiunia & in-
 diuulsas orationes. Dictum enim à Domino est, Dæmonia
 eiicite, cum cæteris sanitatis gratuito conferendæ donis.
 Nam gratis accepistis, gratis date. Omnia autem honestè
 & secundum ordinem, transigenda nobis sunt (ceus eos ad-
 decet, qui sanctè Deū uerentur.) ad fratrum nostrorū ex-
 hortationem & consolationem qui aut ægrotant aut labo-
 rum graui fasce premuntur. Atqui solerter prouidendum,
 ne deprehendamus nihilo dissimiles amicis Iob cum probro
 obiicietes fratribus ueri simile aliquod erratum siue etiam
 peccatum, aut in arcano cordis nostri recessu illos cõdem-
 nantes, aut certè dum inattenti nec satis prouidi uerbum
 in illos detorquemus quod eorū animum urat & pungat,
 qua una re nulli dubium quin in Deum peccemus. Scriptū
 enim est in Prouerbijs, Qui obturat aures suas, ne audiat
 infirmum: ipse inuocabit Dominum, & non exaudiet eum.
 Sicut & Iob ait, Non aspexerunt me proximi mei, famu-
 lum meum uocaui & non obediuit mihi: ore autem suppli-
 cabam uxorem meam. Alienigena eram apud eos. Domus
 enim omni mortali, terra. Alius item sapiens ait, Ne pi-
 griteris uisitare ægrotos. Iacobus autem, Religio munda
 & immaculata apud Deum patrem hæc est, uisitare pu-
 pillos & uiduas in tribulatione eorum & immaculatum
 se cu-

Ald. τῶν
 ἀδελφῶν
 τοῦ ἀδύνα-
 ρου. Iob
 ca. 19. b.

se custodire ab hoc seculo. Paulus quoque, Mementote uinctorum, tanquam simul uincti: & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes. Inducit, Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Ad Philippenses quoque, Quòd in principio Euangelij nulla ecclesia mihi communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli, quia & Thessalonicam semel & bis misistis mihi. Habeo autem omnia & abundo. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Quid proinde per hæc instruimur aliud: quàm ut eos benignè uisitemus, qui quauis necessitate premuntur, utque nostra copia illorum suppleamus inopiam? Idque ut uel tandem ipse Dominus cum cæteris nos quoque excipiat, ac dicat: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum. Infirmus enim fui, & uisitastis me. In carcere eram, & uenistis ad me. Ipsi gloria in secula, Amen.

Spem in nullo hominum esse collocandam,

Homilia. 100.



Vacunque tandem de re in nullum prorsus hominem reclinanda spes nostra est (maledictus enim): sed in eum conicienda qui curam nostri gerit perpetem, nempe in Dominum. Etenim Diuinis literis probibemur spem proicere in ullum hominum. Enimuerò qui talis est, maledicti censura percellunt Hieremie uoce dicentis, Maledictus, qui spem habet in homine, & nitetur carne brachij sui. Et, Benedictus,

Etus, qui confidit in Domino: & erit Dominus spes eius. Sed & propheta Osee, Corruptioni tuæ Israel quis auxiliabitur? Vbi est rex tuus? Saluum te faciat. Cõsimiliter & David, Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, quibus non est salus. Bonum enim confidere in Domino, quàm confidere in homine. Bonum sperare in Domino, quàm sperare in principibus. Infert, Da nobis auxilium de tribulatione, & uana salus hominis. Nisi enim Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilauerit, qui custodit eam. Esaias insuper de nouo populo ait, Nec erunt ultra confidentes in hominibus, sed in illum qui fecit eos. De uetere autem illo populo, Væ qui descenditis in Aegyptum ad auxilium, qui in equis fiduciam habetis & in curribus: & non erant cõfidentes in sancto Israel. Apostolus item Corinthiis, Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, ut ne gloriatur omnis caro in conspectu eius. Inducit, Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos, & sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis: ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. A nobis itaque dilectissimi excutiamus banc de Deo pusillanimum fiduciam, ex qua id nobis obortum est mali, ut toti ex hominibus fiducia pendeamus ac spe, quod genus facti hominẽ reddit maledicto obnoxium: imò in illum solidam spem proiciamus qui dixit, Nolite solliciti esse quid manducetis aut quid bibatis aut quo operiamini. Scit enim pater uester, quibus opus sit. Quæramus autem iuxta eiusdem uerbum, primum regnũ Dei & iusti-

viam eius, ut cum istis terrenis praesidiis caelestia quoque possideamus. Imitemur illos Magos, qui adeo nihil Herode extimuerunt, ut etiam ei illuserint per aliam viam regressi in civitatem suam. Fidem contemplemur Haemorrhoidae quae medicis neglectim habitis & transmissis retro accidens Domino, oram attigit uestis Dominicae, & in uestigio sanitati est restituta. Nos igitur qui toti ex Christo spe optima pendemus, glorificemus eum in secula, Amen.

Ne qua fiducia, nitamur propriis uiribus, Homilia. 101.



Quemadmodum sermo prior expresse docuit nemini licere spem suam in unum aliquem proicere mortalium, & qui talis sit, maledicto reddi obnoxium: ita & hic interminatur & percellit non dispari censura eum, qui praesidenter propriis nititur uiribus. Primus itaque Moses praecipit dicens, Attende tibi, ne dicas in corde tuo: fortitudo mea & robur fortitudinis meae fecit mihi potentiam hanc. Sed recordare Domini Dei tui, quia ipse dat tibi fortitudinem. Nec alio spectat illud prophetae Amos, Pugnator non saluabit animam suam, & uelox non saluabitur pedibus suis. Sed & Anna illa Samuelis, prophetae mater dicebat, Ne gloriatur potens in potentia sua, quia non in fortitudine potens uir. Arcum enim potentium infirmauit, & infirmi accincti sunt robore. In Prouerbiis, Equus paratur in die belli: & Domino

Domino autem uenit auxilium. Psaltes regius, Non in fortitudine equi uoluntatem habebit, nec in tibiis uiri beneplacitum est ei. Non enim saluatur rex per multam uirtutem, & gigas non saluabitur in multitudine fortitudinis suae. Sed & Mendax equus ad salutem, in multitudine uirtutis suae non saluabitur. Neque enim ego sperabo in arcu meo. Non enim saluabit me gladius meus: sed tu Domine saluum me fac a tribulantibus me, pudore & confusione eos aspergens qui oderunt me, quia tu solus es qui eripis pauperem & egenum a diripientibus eum. In te siquidem uiuimus & mouemur & sumus. Et, Fortitudo nostra & robur abs te est. Sed & capillus de capite nostro non cadet super terram absque tuo nutu & plasmator noster & humanae salutis asseritor. Haec igitur cum probe nouerimus diuina nos erudiente scriptura, de nostri corporis aut uiribus aut integra ualitudine nihil omnino temere ac praesidenter sustineamus praesumere, aut praegestienti animo insolescere, ut ne illius maledictionem aduersum nos reportemus qui confirmat carnem brachij sui. Plerique enim sunt qui glorianter se his uenditant uerbis, Manus haec meae & me alunt & alios. Sed & quem tuentur manus meae, uiuere potest. Plane tales uerissime, uanae sunt mentis ac uaniloqui, crassa obliuione negligentes Deum factorem suum, qui sanitatem impartit & alimoniam omni carni & confidunt in uirtute sua. Qui talis est, non simplici superbiae morbo laborat, quippe qui a Deo se ultroneus dirimit ac desciuit refuga: dum priuae suae uirtuti ascribit, quae gesit cum laude. Quemadmodum autem Aranea ubi ad telam suam

simile elegans.

fastigium conscendit, uelut euanesceus momentò ruit præ-
ceps: ita & qui temerè propriis nititur uiribus, mox sedit
& ad priorem habitum euanius relabatur. Tales uideri
possint neuiquam audisse Iob dicentem, Si autem & ma-
num meam imponens ori deosculatus sum, & hoc mihi uti-
que magna iniquitas imputetur, quia mentitus sum coram
Domino altissimo. Sed neque Ecclesiasten. Is enim ait, Ver-
ti me & uidi quia non est uelocibus cursus, non est poten-
tibus bellum, sed nec sapienti panis, intelligentibus non ad-
sunt diuitiæ, neque cognoscentibus, gratia. Inducit, Bona
est sapientia præ spoliis belli: & peccans unus perdet bo-
nitatem multam. Dominus quoq; suis ait discipulis, Manete
in me & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fru-
ctum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in
me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites. Qui manet in
me, & ego in eo: hic fert fructum multum, quia sine me ni-
hil potestis facere. Iure quidem, Ipse enim hominum est &
lux & uita, & omnia deniq; per ipsum facta sunt, & sine
ipso factum est nihil, quod factum est. Ipsi gloria in secula
seculorum, Amen.

Importunam familiaritatem esse uitan-
dam, Homilia. 102.



Nimis quàm bonum, nec minus utile fuerit in-
tempestiuam hominum consuetudinem defu-
gere & de eorum uia decedere atque auer-
sari illos qui nihil tam resipiunt quàm quæ-
sunt mundi, si modo nulla intercedat ingens necessitas. Lon-

gè-

gè enim alius urget affectus eos, qui mundo huic uale dixe-
re supremum: & alius eos quos totos mundi amor sibi de-
uinxit. Quemadmodum enim bos si accinat bubalo, si o-
nagro ueterinum quodpiam adhinmiat, nulla edetur uox Non in-
moena HO-
mæosis.
nisi obstrepera ac dissona: sic si familiarius cum hominibus
mundi, monachi congregentur. Monachus suiipsius pote-
statem non habet. Illius enim se addixit ac mancipauit ser-
uituti, cuius accensus est militiæ & adscriptitiuus. Cerui-
cem enim illius substrauit iugo, qui ipsum delegit, ut eos de-
metat inconuersim ac desecet, qui in concauis uallibus mo-
destæ humilitatis diuino abundant frumento, riuos. nempe τέμνυρ.
in imum deuexos, pluuiis è cælo & uiuificante spiritu si-
dentibus inebriatos, cuius roscidis guttulis stillatim cælo
labentibus anima hominis eiusmodi germinis in morem, de-
Deo cogitationes concipiens letatur & hilarescit. Etenim
qui tranquillæ quietis expetit amœnitatem, quisquis cupit
Deo colloqui familiarius: debet is in genere omnem omniũ
prorsus familiarem cõgressum à se præcidere. Et hic pla-
nè instituendæ uitæ modus in solos cadit perfectos, qui se-
ipsos mundo quidem mortificarunt, Deo autem cohaserunt
glutinio charitatis. Si qua interim ingruerit necessitas sic
perfecto, spirituales patres ut compellet aut secum parili-
concertantes agone, aut certè ex fratribus nonnullos, qui-
bus usui esse possit: debet utiq; cum eis congregi familiari-
ter. Talis enim fratrum congressus peræquè illi imputa-
tur, ac si de Deo diuinisq; rebus textat sermonem. Pro-
fus talis, emolumenti plurimum aut adferet cæteris, aut cer-
tè secum referet. Siquidè scriptura ait, Virum si inuenisti

M ij.

pru-

Pro^{eu}g^{op}
 Ald. habet
 eap^{id} 119
 si uideris
 eccl. 6. sub
 finem cap.

prudentem, mane euigila ad illum. Et, Si quis fuerit sapiens: huic adiungere. Qui enim conuiuuit sapientibus, sapiens erit. Atqui nobis nihil minus conducit, quam ut cum mundi istius hominibus familiariter congregiamur. De nulla enim re alia isti texunt sermones, quam de mundi negotiis, quorum relatu mens monachi deinceps remollitur laxius & flaccescit, ab operatione interim spirituali desidet cessator, eneruis iam resoluitur ad tuendum monasticæ exercitationis uigorem, denique & tenor ipse sumendi cibi permutatur. Demonstratione siquidem fructuum quifque suæ exhibet specimen agricolationis. Ob hoc dixerim, quod eorum uita qui cœlibes atq; expertes thori maritalis degunt, nihil habeat cum mundi hominibus commune, dissentanea prorsus cum sit. Nequid igitur detrimenti aut noxæ adeat anima tua, necesse sit ut expromptè & alacriter omnem abs te præcidas secularium consuetudinem: etiamsi ut primùm te dedideris secessui ab illis seiunctus, nonnihil mens discruciat, quod eatenus ab obseruatione regule desederis, genûsq; uitæ cogeris permutare. In hoc agonistæ illi spiritualis palestræ magno studio expetebat deserta, ut à seculi hominibus disparati, nullo negotio cū Deo congrederentur familiaris. Quemadmodū enim uirgo interim dū custoditur, multis qui externi sunt, est in desiderio, mox ut prodit in publicum, iam nō æquè omnibus se probat illius decor, sed in illa quiddā deprehēditur, quod detur uitæ & notam eidem inurat: ita & monachus tantisper extorris dū uiuit à ciuitate & publico alienus, magno in honore habetur apud Deū & angelos, quin & hominū ore celebratur,

Hic nonnihil
 putem de
 esse in ex=
 emplari.

Argumē=
 eū à simili.

tur, si quando è sublimi cardine delabatur suæ conuersationis & contemplationis, seque uitæ secularis negotiis implicuerit, non iam probatur Deo, sed & hominibus in contemptum uenit. Multò igitur præstiterit, ut te quàm longissimè subducas à mundi hominibus inque cellula quapiam dedas te custodiæ ac salueris, ceu Caprea uitatis laqueis assolet, & quasi auis è reticulo aucupis. Laquei enim & pedicæ sunt aspirantibus ad salutem, secularium cōgressus ac proluxæ eorū confabulationes mentē prorsus auocant à Dei glorificatione & spirituali lætitia. Eò etiānum ipsam adigunt necessitatis, ut aliud nihil contēpletur quàm illorū uamiloquia, iuxta Paræmiasten: Decepit aut eum multo sermone, uerbis autē labiorū impexit eum. Quod si ppius nos adeunt de animæ saluari utilitate cōsulturi: cū istis liceat texere sermonē cum uerborū cōpendio quæ alioqui diuino condita sint sale, illinc & nos actutum ppiamus. Plus enim hac nostra breuiloquētia ædificabuntur, quàm si longissimam orationē progemus de rebus mundi. Quod si quispiam obiiciat, Quid utiq; Paulus ad noctē usq; intempestā legitur ptendisse sermonē? Primùm huic responderim, quod ab eis esset mox soluturus, deinde quia recens erāt edocti prima fidei rudimenta. Tunc enim primùm iaci cœperant fundamēta fidei per predicationē serēdæ. Ad hæc, Paulus Spiritu sancto erat plenus, nā & per eū ipse spiritus loquebatur. Argumentū euidēs quod quis Spiritū sanctū habeat, primùm quidē, si māsuetus est, si requietus, & de se q̄ modestissimè sentiat, si sibi tēperat ab omni uana cupiditate seculi huius, sēq; ipsum cæteris hoibus multò æstimet inferior-

Pro 102
 1019 d'e
 Ald. habet
 Βερόχοισ
 laqueisq.

rem. Sed neque is qui afflatus Spiritu sancto, quando uult loqui, loquitur spiritus: sed tunc loquitur, Si quando fuerit illum loqui Deus. Quum igitur nonnulli nos adierint utilitatis captandæ gratia, si ipsi fidem habeant Diuini huius Spiritus: in primis ad Deum pro omnibus fundatur interpellatrix oratio. Nam tunc Spiritus ille diuinus hominem adimplet, qui gratia impletus loquitur iam iuxta Domini uoluntatem. Vult autem ipse omnem hominem saluum fieri. Sanè ut bonum sit auxilio esse ei uerbis tuis, qui te quiddam rogat: sed præstiterit, ei ut coöperere per uirtutem & orationem. Qui igitur uolet numerosam assequi uirtutum copiam: necesse sit, defugiat inanis gloriæ cupiditatem, non cum aliquam multis conflictetur, ceu dictum iam est, ne continenti usu consuescat pergere aliis obuius, nullis conuitietur, quanlibet digni sint quibus retalietur, qui incessunt priores. Non ita cum multis sermocinetur, etiam si uideri possint bona esse qui dicere instituit, omnia. Immoderata enim & effrenis uerborum prolatio qua periclitatur mentis tranquillitas, non solum circa operationem spiritualem lentescere facit eam ac desidere, sed & molestissimo Dæmoni Acediæ mancipat illam ac dedit. Sanè quemadmodum exæstuantis balnei fores continenter apertæ si sunt, intimum illum calorem occlusus efflant & expellunt in ea quæ sunt extrinsecus: ita & anima si quando multa sermocinari uolet, tametsi nihil non dicat decorum & honestum, memoriam tamen sui ipsius perdit per uocalis portæ organum. Silentium igitur per omnia bonum ac frugi est. Regales quidem thesauri implebuntur auro, & sensus

Morè hūc nos cartu-
siani mori-
cū tuemur
si quando
nos adu-
exteri.

Homoxsis

sensus eorum qui non fucate sunt monachi, saturabuntur scientiæ opulentiæ. Si qua interim docendi ingruerit necessitas ad animæ correctionem, doceto. In hac tamen docendi ratione uolumus adesse doctrinæ legitimam incorruptionem, grauitatem, uerbum sanum & irreprehensibile, ut per nos glorificetur Deus in omnibus. Arma enim nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes: ut anima nullis agitata intemperis ac miti corde, nostra oratio sicut incensum suauè fragrans, acceptabilis ei fiat qui corda scrutatur & renes, nempe Deo. Sed & Dominus suis dixit discipulis, Vos non estis de mundo hoc, sed ego elegi uos de mundo. Non iam multa loquar uobiscum. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

2. Co. 10. 4

De silentio, Homilia. 103.



El hoc nomine nobis emolumento est silentiū & adiuuat: quod doceat à malis feriari & interquiescere. Quòd si uirtutes quatuor in oratione conciliarit sibi & ascuerit, (quibus nitatur.) nimirum longanimitatem, animi modestiam, uigiliam, temperantiam: nihil usquam inuenies, quod breuiore compendio animam reddat circa turbulenta passiones sic stabilem, ut silentium. Quàm igitur speciosa quàmque opportuna, & accommodata est nobis uirtus silentij? Aliud prorsus nihil, quàm sapientissimarum cogitationum mater. Benignus etenim ille Spiritus uix aliud tam

1. Cor. 10. 4

N auersatur

auerfatur & fugit, ut multiloquij uanitatem. Quandoquidem is ab omni turbulenta se submouet intemperie atque ludificatoria imaginatione. Silentium igitur tanto cum splendeat decore: mater iure cenfetur uirtutum monachi. Eas enim progenerat per iugem & indiuulſam ad Deum interpellationem. Monachus ſilentij & quietis amator non poteſt non à Deo diligi. Quum enim Dei amore inardescat, ſoli cupit Deo colloqui per ſynceram orationem. Is & ſi in terra moretur, cœleſtia tamen tranſcendit pia imaginatione. Tota enim iſtius mens in hac una & anxia cogitatione uerſatur, ut Deo ſe probet ac reddat amabilem; ſanctique Spiritus templum promereatur effici. Hic ceruicem ſuam perquam leni Chriſti iugo & ſuaui ſubſternit acclimis ſemper. Viſibilia cuncta tranſmittens, ad inuiſibilem rapitur amorem: magis uerò inuiſibilem (quatenus ea contemplatur) aliquoſque compoſiam eſt. Qui tales ſunt, puritate uitæ cum angelis congregiuntur. Iſti nullo non tempore expetunt adeuntque ſolitudines, ut taciturni ac tranquilli puriùs diuina perfruantur allocutione, ſuamque ipſorum mentem ſpeculum efficiant nulla labe interpunctum aut aſperſum, magnum illum imitati Heliam ac præcurſorẽ & baptiſtam Domini Ioannẽ. Beati planè tales, cum ſuper terram, tum & in cœlis, qui quidem omnia ducunt quaſi ſtercora: Chriſtum ut lucrifaciant, inuenianturque in miti ac requieto incedere ſpiritu. Idque nos omnium maximè facere addecet, qui in hæc peruenimus tempora. Sic & propheta Amos, quæ inſtanti tempore contigerunt, ſuo nos præerudiens oraculo, ait: In tempore

tempore illo intelligens ſilebit, quia tempus malum eſt. Eſaias quoque, Qui odit iniquitatem & manus excutit à muneribus. Qui claudit oculos, ne uideat iniquitatem, hic habitabit in ſpelunca excelsa. Panis ei dabitur, & aqua eius fidelis. Regem cum gloria uidebit, Et oculi ueſtri uidebunt terrã délonge, anima ueſtra meditabitur timorem. Is ex Domini perſona dicit, Ad quem reſpiciã, niſi ad humilem & quietum & trementẽ ſermones meos? Hieremias item, Quis dabit mihi in ſolitudine diuerſorium nouiſſimum & derelinquam populum hunc? Rurſus, Non ſedi cum colludẽtibus eis, ſed reueritus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quia amaritudine repletus ſum. Dauid, E-longaui fugiens & manſi in ſolitudine. Et, Poſui ori meo cuſtodiam, dum conſiſteret peccator aduerſum me. Obmutui & non aperui os meum, quia tu feciſti. Et, Dominus habitare facit unius moris in domo. uir enim prudens quietem agit. Et, Homo ſapiens ſilebit uſque ad tempus. Et, Qui intelligens eſt, idem & tacet, ſecundum ſcripturam. Eccleſiaſtes, Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcender ſuper te, ne dimiſeris locum. Ioannes enim in deſertis et moram ad diem uſque oſtenſionis ſuæ ad populum Iſra. Dominus quoque uirtutum omnium typus nobis factus in ſolitudines ſecedebat & orabat, ſuiſque dicebat diſcipulis, Venite uos in deſertum locum & requieſcite paululum. Ipsi gloria in ſecula, Amen.

De uigilia, Homilia. 104.

N ij

ἐπισημα-
σαίον ὑμῶν
ἀγ.



Vigilia sane, scutum mire magnitudinis & eleganti decore conspicuum nobis indultum à Deo est aduersus Diabolum eiusq; milites, nimirum contra spiritus totius artifices malignitatis. Vigilia alacrior fit, enitet ac firmatur tenui penuria rerum, sed & peruigili sensu ac prudenti cum Deo congregitur familiariter: contra, saturitas uentris atque satietas illi obiacet & oblectatur, nec id solum, sed & mentem timidam efficit ac imbecillum, & quæ inter obscenarum passionum assultus deprehensa, nullo negotio inferior fit atque expugnatur. Orandum igitur, ne fuga nostra hylème fiat aut sabbato, hoc est dum illidimur importunis affectibus aut iacemus securi malorū. Si Christi milites sumus, ne defugiamus recta ingredi, quæ per laborem ad tranquillitatem conscientie pertingitur, ac pro uirili cum nostro colluctatore preliemur. In obseruandis excubiis si attentè ac prudenter uigilauerimus: poterimus utique uulnere atrocissimo consauciare aduersarium. Et hæc quidem secundum Deum uirtutes sunt; nimirum; uigilia, oratio, psalmodia, modesta humilitas, & Eucharistia. Hæc inquam arcus frunt aduersus inimicum; laqueus ac flagra, quibus miserè conscinditur, modò ne insolentiùs efferamur si quando inter orandum fusum nobis defluunt lacrymæ. Neque enim ex uobis, sed ex illius gratia corriuatur: qui nobis eas suppeditat. Egregium sanè sit, si impensiore cura par illud uirtutum exercebimus, sobrietatem & in sumendo cibo parcimoniam. Vtriusq; studiū inualescit ac roboratur peruigilio. Vtraque nobis potissimum conuenit, qui in hoc ipsum militamus: ut

placeamus.

placeamus illi qui nos suæ adscripsit militiae. De uigilia enim non uno loco Dominus præcipit, Sanè uigilandum & orandum, ut inimici machinas euadere possimus. Cum sobrietate ergo & alacritate ipsam expleamus uigiliam in humilitate & compunctione cordis: ne ulla in re obtineat aduersum nos insensissimi uenatoris atque inuidi Diaboli ueteratoria malignitas. Qui enim strenuus est miles, omni se armorum genere communit, nec quicquam facit reliqui ex apparatu armaturæ spiritualis quo non se circumseptat ac obarmet. Et nos igitur induamur thoracem, fidem uidelicet Christi & galeam, crucem ipsius, scutumque & hastam, ardentem erga ipsum charitatem & gladium Spiritus, ipsius Spiritus eloquia, sicque accincti aduersus coluctatorem consistamus arrectis animis tanquam generosi milites, idque per uigilias, orationes ac ieiunia, sicut & in Prouerbiis scriptum est, Ne dederis somnum oculis tuis, neque dormites palpebris tuis: ut salueris tanquam Damulla ex laqueis, & tanquam auis ex reti. Ait item & Dauid, Si dederò somnum oculis meis & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino. Iterum, Vigilauit & factus sum sicut passerulus solitarius in tecto. Et, Prope est Dominus iis qui contrito sunt corde & humiles spiritu saluabit. Rursus, Media nocte surgebã ad cõfitemdũ tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Iterũ, Deus Deus meus ad te de luce uigilo. Sitiuit ad te anima mea. Et, Præueniunt oculi mei ad diluculũ: ut meditarer eloquia tua. Is in commune suis dicebat, In noctibus extollite manus uestras in sancta & benedicite Dominum. Apostolus, Orationi

N iij. instate,

χορηγία
& κόρος.

ὡς σὸν
θίον μὲν
ζῶν.

ἡσὺς ὁ
θρῶν.

instare, uigilantes in ea in gratiarum actione. Iterum, Orantes in omni tempore in spiritu & in hoc ipsum uigilantes in omni instantia & obsecratione. Idem de seipso, In laboribus, in uigiis, in ieiuniis. Inducit, De temporibus & momentis fratres non necesse habetis, ut scribam uobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita ueniet. Quum enim dixerint, Pax & securitas: tunc repente eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis & non effugient. Ne igitur dormiamus, sicut & ceteri: sed uigilemus & sobrii simus. Dominus item, Vigilate igitur, quia nescitis qua hora Dominus uester ueniet. Illud autem scitote, quia si sciret Paterfamilias qua uigilia fur ueniret, uigilaret utique & non sineret perfodi domum suam. Iterum, Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Rursus, Beatus ille seruus quem cum uenerit Dominus eius, inuenerit ita facientem. Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam. Ipsi gloria in secula, Amen.

De psalmodia, Homilia. 105.

Psalmodia, in corporearum uirtutum est opus, Deo administrantium & indiuisse adstantium, iuxta quod dicitur: Laudate Dominum de caelis omnes angeli eius, & omnes uirtutes eius. Iterum, Laudate Dominum omnes angeli eius, potentes uirtute, facientes uerbum eius. Benedicite Dominum omnes uirtutes eius, ministri eius qui facitis uoluntatem eius. Hoc operis competit & hominibus. Omnis enim spiritus laudet Dominum. Monachis autem peculiari quadam prerogatiua uel imprimis

mis conuenit: quod institutum uitae prorsus angelicae ultronei delegerunt. Beatus enim qui meditabitur in lege Domini die ac nocte. Et, Qui timetis Dominum, laudate eum: uniuersum semen Iacob glorificate eum. Psalmodia sane iuge est sacrificium & sacrificium laudis. Debet monachus, dum sacris operatur, diuinas & legitima sanctione constitutas laudes reddere Deo iugiter & indurptè. Benedicam, ait David, Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Audiamus quid nos cohortetur, ut faciamus, Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite sapienter. Psallite Domino in cithara & uoce psalmi. Sed &, Bene psallite ei in uociferatione. Exultabunt enim labia mea, dum cantauero tibi & anima mea quam redemisti. Rursus, Psallite Domino sancti eius. Et, Seruite Domino in timore & exultate ei in tremore. Laus enim eius in ecclesia sanctorum. Et filii Sion exultet in rege suo. Ego autem cantabo & psallam in gloria mea, quia concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Et, Dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Sic benedicam te in uita mea: in nomine tuo leuabo manus meas, quia, Sicut ex adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum. Nam torrente uoluptatis tuae potabis eos qui psallunt tibi. Sed quid necesse sit in medium depromere singula quaeque ex Davide testimonia nulli non uestrum persuasa ac perspecta, quibus nos beatus ille hortatur ad psallendum? aut certe quid opus, ut explicem, quantum gratiae & spiritualis letitiae inseratur eius cordi, qui

Psalmodia
finitio.ἐν τῷ οὐρανῷ
ἡ οὐσία.Nota o mo-
nachus...

cum.

cum compunctione & perugili attentione psallit Domino? Norunt planè, qui didicerunt doctrice experientia, ne cui sorte nugax uidear & blatero. Sanè in eo temporis articulo quo memoria celebratur diuinæ laudis, iuuerit multiplicare deprecationem, ut quod per obliuionem exciderit memoria, ipse Dominus dignetur suggerere, atque ita charissimi in concinendis Psalmis attenu persistamus, ore misque uoce exerta & constanti, auersati studium omne multiuariæ cogitationis & curiosæ solitudinis. Hæc enim solennis consuetudo dæmonibus moleuit, si quando unum aliquem uiderint animo alacri psallentem aut orantem: cogitationes tunc suggerunt rerum prospectu ipso necessariorum, mentem interim psallentis per hæc aliò detorqueant, nempe ad rerum illarum indaginem, ut uel sic dum ad earum perscrutationem anxia diducitur, totius perdat dulcedinem Psalmodiæ. Cuius rei gratia, Christus laudem ex ore fidelium sed malitia paruulorum prodeuntem perficit, aut certè per operatoriam atque efficacem uim psalmodiæ, inimicum & ultorem prorsus destruet sua aduersum nos tyrånide superbius insolescentem. Inimicum dixerim uirtutum, ultorem uerò siue defensorem malitiæ, Diabolum. Nos igitur in hac nostra simplicitate laudibus concelebrantes Dominum, ueteratoris inimici commentitias omnes machinas conteramus prorsumque demoliamur. Sit sanè in ore tuo perpes ac iugis Psalmus. Deus dum nominatim aduocatur, dæmones abs te summouet lōgius ac profligat. Sed & necessarium uobis ut illius renouem memoriam, quod alioqui nemo uestrum est, qui ignoret. Nam
psalmodia,

psalmodia, Canon noster dicitur. Sanè quemadmodū unus aliquis agricola nisi suum cānonem plenum ac bonum reddiderit, in carcerem cōiicitur, suspenditur, cōscinditur flagris, quousque omne reddiderit creditori debitum: ita continget monacho, cum per oscitantiam sibi præscriptū transmiserit cānonem. Is enim gratia mox destituitur, suis addicitur inimicis, illorum succumbit pedibus & proculcatur, nec unæ afflictionum procellæ talem adoriuntur, ita ut uociferetur, Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? & dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius? Cæterum, uelociter exaudi me Domine, quia defecit spiritus meus. Et, Ne auertas faciem tuam à me, ut ne assimiler descendētibus in lacum, quia repleta est malis anima mea, & uita mea inferno appropinquauit. Et hæc quiuis dum afflictione angitur, uociferabitur ad Dominum, qui cānonem alioqui non omittendum negligit reddere Deo & per hoc quòd ab opere Dei digreditur ac secedit, tribulatione multiplici attritus eruditur. Incertum prorsus, si audire illud promerebitur: In tribulatione inuocasti me & liberaui te. Periculum enim, ne huic respondeat Dominus, Non noui te. Discede à me operarie iniquitatis, quia non audisti uocem meam, nec auerem commodasti uerbis meis. Si enim audisses me, pro nihilo inimicos tuos utique humiliassem, & super tribulantes te misissem manum meam. Propter hoc eieci te, ut eas secundum adinventiones cordis tui. Nos uerò Paulum magis exaudiamus dicentem, Verbum Dei habitet in uobis abundanter, in omni sapientia docentes & admonentes uosmetipsos in psalmis & canticis spi-

Canon monastice uite, Psalmodiæ.

Canon psalmodiorum reddebatur Deo, contra Erasmi & Lutherum.

ritualibus. Rursus, Vnusquisque uestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsin habet. Omnia igitur ad ædificationem fiant. Ob hoc sanè Deo nullo non tempore exhibeamus sacrificium laudis, hoc est, fructum labiorum consentientium nomini ipsius. Et exhibete corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, bene placentem Deo, rationabile obsequium uestrum. Ait autem & Iacobus, Tristatur quis in uobis? oret. Aequo animo est quis? psallat. Verùm ut diximus, quia sicut ex debito repetimur psalmodiam, tanquam cānonem debitum: ita illam debuimus irreprehensibilem, inculpatamque offerre, hoc est citra iram cogitationesque acceptæ ullius iniuriæ. Neque enim speciosa laus est in ore peccatoris. Quòd si aduersus fratrem tuum quidpiam habueris, nec ei ex animo induleris: nunquam tua acceptabilis fuerit uel psalmodia uel oratio siue elemosyna & cætera eiusmodi quæ te credis bona efficere. Voce enim saluatoris audies dici tibi, Vade, prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offer munus tuum. Psalmos tuos dum cōcinis, innocens esto & simplex: ut illi Hebræorum pueri, qui quidem Domino occurrerunt cum ramis & palmis dicentes, Hosanna in altissimis. Benedictus, qui uenit in nomine Domini. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De oratione, Homilia. 106.

Vacare.



Acare orationi indiuisse ac iugiter cum primis necessarium & nobis perquam frugiferum est. A Deo igitur & patre Domini nostri Iesu postulemus, nobis ut impertiat intelligentiam spiritualem, qua ueluti conciliatrice & attenti simus & peruigiles, ab ipso ut postulare nouerimus eius uoluntatem in nobis fieri. Spiritualem lucem quæ uera est lux, quæ & illuminat omnem hominem uenientem in mundum iussit, ipsi ut peteremus nobis indulgeri. Quando igitur sacrosanctam & unius eiusdemque substantiæ inuocamus Trinitatem castissimis quidem orationibus & quæ nihil insynceri habeant admistum, mente uerò minimè turbulenta atque aptissima unione ad diuinam contemplationem: tunc nos beatæ Trinitati propius adiungimur & pro qualicumque labore dona recipimus omnigenæ uirtutis quæ nos erga illam solidè ac stabiliter confirment. Oratio cæteras uirtutes faciliè antegreditur, si modò sua illi puritate Deo propinquat. Sanè oratio mansuetudinis est & inirascentiæ germen. Oratio gaudij est & gratiarum actionis tutelare propugnaculum: tristitiæ uerò & pusillanimitatis amuletum præsentaneum. Mens igitur componenda est orationis tempore & confirmanda, ut ne obstrepera sit aut secum tumultuetur & insusurret: tunc enim poterit quis synceriter orare. Oratio familiare est mentis cum Deo colloquium. Quo igitur in statu necesse est, ut se mens constabiliat & adornet, sic familiariter cum proprio Domino congressura? Nimirum si nihil eam interpellarit externarum cogitationum. Oratio cum luctu coniuncta

in ipso
ad.

Et ad Deum effusa in spiritu, alimonia mentis est, haud
 secus ac panis corpori. Beata sanè mens cui tempore ora-
 tionis datum est nullis se interpellantibus rémoris Deum
 posse alloqui. Talis perinde se habet, ut Aquilæ pullus, dum
 sese in sublime attollit. Tota enim fœlici, nempe ac diuina
 permutatione à se alienata, radioso splendore intermicat.
 Adorationem dum consistemus, ceu prædictum est, ne ore-
 mus propriam expleri uoluntatem, magis autem eam que
 Dei est, iuxta doctrinam illam: Fiat uoluntas tua in me et
 in re qualibet. sicq; ab eo deprecamur, ut eius fiat uoluntas.
 Iure quidem. Nihil enim tam uult, quàm quod bonum est et
 animæ conducit. Nos autem non ita per omnem modum
 hoc ipsum petimus, licet nos ipsos depretemus miseros multo
 etiamnum cum lætu. Quà enim fronte impuri nos susti-
 neamus adistere Domino Sabaoth? Quisquis igitur ora-
 tionem puram cupit effundere, prius apprecetur sibi indul-
 geri lachrymas sarcidæ puritatis coöperatrices: ut lætu
 uelut parario anima præferox cicuretur ac mansuefiat;
 atque ita demum perfruatur sincere suæ uoto orationis.
 Etenim iugis oratio et cõtinens per congressum cum Deo
 familiarem, mentem auocat ab omni prudentia fastuque
 mundi, eamque Deo præsentem offert: quòque propius iun-
 git Deo, hoc maiore adimplet timore. simul et mititate.
 Neque enim sine humilitate, accepta possit esse oratio uel
 teste scriptura: Respexit in orationem humilium et non
 spreuit precem eorum. Quocirca qui cor suum ab omni
 sorde expurgare contendit: illud perpeti accendat et in-
 flammet memoria Domini. Hoc solum iugem exercitatio-
 nem

nem habet et opus nunquam intermittendum. Neque enim Nullo non
tẽpore ora-
dum.
 aliquando orandum quidem sit, aliquando feriandum ab
 oratione iis qui cariosam peccatorum putrilaginem à se
 excutere cupiunt: sed semper orationi incumbendum, inter-
 na quidem mentis locutione, etiam si extra oratorias ædes
 diuersemur. Quemadmodum enim aurum si quis uult sco- Argumen-
tũ à simili.
 ria exuere et perpugare, sinat autem illud ad teporem
 ignis, qui in fornace exiguus sit, lentescere ac feruari, ex-
 utam semel strigositatem ac sorditiem rursus ingignit pur-
 gata illi materia: ita et qui aliquando quidem commemi-
 nit Dei, non item aliquando, etiam quod orationis merito
 uidebatur assecutus, per animi remissioris laxitudinẽ per-
 dit. Vt que ferrum contiguus ignis reddit impalpabile: ita Alterũ se-
mille.
 et orationes crebrius effusæ mentem corroborant, stabi-
 liunt et confirmant ad subeundum cum hoste conflictum.
 Sicut ferrum igni candens, transformatione fit concolor Tertia Ho-
mœosis.
 igni: ita et mens illustrata splendore ignis, nimirum gra-
 tiæ, quem ignem uenit saluator noster mittere in terram.
 Eiusce rei gratia is qui nos ad salutis portum cupit proue-
 here, Dominus de oratione continenter uerba facit. Quin-
 idem nobis factus exemplar orandi, in oratione Dei per-
 noctabat, exemplo suo docens nos quàm longè optimam ex
 oratione præcerperemus utilitatem, nec mediocrem ad
 Deum propinquitatem, si modò assidua fuerit. Primum igitur
 petendum nobis, ut accipere promereamur orandi gra-
 tiam ceu dictum est, ab eo qui dat orationem, sed oranti.
 Ait enim apostolus, Quid oremus sicut oportet, nescimus:
 sed ipse spiritus interpellat pro nobis. Id gratiæ dum acci-
 pimur.

conspetu angelorum & hominum, uniuersarumque celestium uirtutum. cum nuda & aperta erunt omnia. quando unusquisque nostrum presentabitur pro se responsurus. cum nemo alteri poterit esse auxilio. quando cunctis arcana patefcent, nulli eatenus comperta & explorata, nisi quae cuiusque conscientia nouit: quin potius plurima quae necor quidem nostrum scit praeter Deum qui corda scrutatur & renes. cum ignis in conspectu eius procedet & inflamabit in circuitu inimicos eius. quando condemnabuntur, hi quidem in tenebras exteriores ablegandi, quae paratae sunt Diabolo & angelis eius: illi uero praecipitandi in ignem aeternum. Et quidem alij propellentur addicendi nunquam dormituro uermi, alij uoragini tradentur tartarea. Ecquid necesse sit, singula haec minutim ut percenseam, quorum censu auditoribus taedium ingenerem? Haec igitur atque his perquam similia charissimi si expenderimus: ad compunctionem utique pertingemus, nosque quam ocyssime recipiemus a consuetis operibus improbis, die ac nocte plorabimus in conspectu Domini qui fecit nos. Vbi enim lachrymae, ibi exorabilis Dei clementia. Meretrix illa lachrymis unius horae, sed praeseruidis multorum retulit remissionem debitorum. Lachrymae praesentem exhibent Deo orationem, eamque gratiosam reddunt & acceptabilem. Petrus ipse amarulentis lachrymis una hora profusus. non peccatum modò abnegationis promeruit sibi condonari, sed & in earum gratiam illi concredita sunt clauis regni caelorum. Ezechiae regi eximio quòd tantillum fudisset lachrymarum, accreuerunt ad illius uitam anni quinq; & decem.

Rorulentae

Rorulentae aspergines lachrymarum ut dulcor mellis sunt cordi aut suaue fragrans thymiana apud Deum. Ante igitur petitionem omnimodam, necesse sit lachrymarum utaris praesidio, ad uitae obtinendam correctionem. Ipse enim Dominus noster summopere gaudet, dum orationem excipit, quam lachrymae comitantur cum humili corde, nec ullo pacto se efferente, quasi praeter multos qui inter nos sunt: ea enim exigitur modestia animi, ut ne tantò amplius largitorem istius gratiae exacerbemus. Sunt enim plerique pro peccatis illachrymantes, quos alioqui fugit, qui sit scopus lachrymarum. Hi insania perciti, demum mente etiam moti sunt. Si quis proinde perfectus affecutus est compunctionem, sensu ipso experietur se à pane uitae alimoniam accipere spirituali, alimoniam dico praestantioris illius, nempe filialis timoris, alimoniam desiderij caelestis, suspiriosum gemitum internae consolationis & compunctionis, melleique ac suauius cantici scientiae profundioris & diuinorum quorundam mysteriorum. Compunctio adornat cor concipiendis cogitationibus quae sint profundendis lachrymis idoneae & perquam suaues: unde uidere prorsus liceat semina orationis cum lachrymis inspersa esse in terra cordis nostri propter spem metendi olim gaudij. Meditatio quam comitantur compunctio & oratio, gignit in nobis castum Dei timorem. Ait enim lex, Sedens in domo tua & ambulans in uia & dormiens ac surgens, fixa sint & immobilia ante oculos tuos, ut discas timere Dominum Deum tuum. Dicit autem & Iob, Perueniat deprecatio mea ad Dominum: coram autem eo stillat oculus meus. Anna insuper consternata animo in

P

Seloim

^{σλωμ} Seloin, flensque orationem effudit ad dominum dicens, Si
^{Selom. nos} respiciens respexeris ad humilitatē meam, & dederis mi-
^{ppius ac-} hi semen uiri. & hanc Dominus exaudiuit, deditq; illi pro-
^{cedimusuo} phetā Samuēlem. Altera item Anna Ioacimi uxor flens in
^{ei hebrai-} phetā Samuēlem. Altera item Anna Ioacimi uxor flens in
^{ca. Nā silo} horto suo cum petitionem suam obtulisset pro impetrando
^{pax, abun-} filio, promeruit accipere sanctam uirginem Mariam Do-
^{dantia, hic} mini ac Dei & saluatoris nostri Iesu Christi secundum
^{prociuita-} carnem, matrem. Dauid ipse, Exaudi orationem meā Do-
^{te.} mine & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas
 meas. Ne silueris & exauditus ait, Misericors Dominus
 & iustus, quia humiliatus sum & saluauit me. Et, Eripuit
 animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, & pe-
 des meos à lapsu. Et, Qui semināt in lachrymis, in exulta-
 tione metent. Deinde & illud, Placebo Domino in regione
 niuorum. Illud item, Euntes ibant & flebant. Vt puto, hæc
 de nostra captiuitate reddidit oracula. Siquidem præscri-
 pta hæc in nos incurrerunt. Nos igitur pro nobisipsis atque
 illis debemus lachrymas profundere amaritudinis plenas.
 Primum quidem, quòd ciuitas sancta Hierusalem incendio
 conflagrarit, crux quoque sancta Christi Dei nostri in
 Persidem transmigravit, in eorum item gratiam qui tot ac-
 cisi bellis perierunt: nobis enim erant concorpores & ea-
 dem nobiscum insigniebantur fide, ad quem modum Ioël
 propheta clamat, Plangite sacerdotes qui ministratis al-
 tari, quia miserè afflicta est omnis terra. Flete sacerdo-
 tes qui ministratis Domino, & dicite, Parce Domine po-
 pulo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut
 dominentur eius nationes, ut ne dicant, Vbi est Deus
 eorum?

!Sub Cof-
 dyōā ty-
 rāno Per-
 fidis.

eorum? In nostra enim situm est potestate exorare tam
 clementem Dominum & qui facile malorum omnium
 obliuiscitur, iuxta propheta Sophoniae oraculum dicen-
 tis, Apposuit tibi ignem & aquam: ad utrunlibet uolue-
 ris, extende manum tuam. Ante homines uita & mors:
 & quodcunque placuerit, dabitur ei. Peccantem enim
 in animam suam quis iustificabit? Quis inquam, nisi præ-
 feruida lachrymæ quas comitetur compunctio? Siit qui-
 dem semper nostram omnium salutem benignus & mi-
 sericors Dominus uel teste Apostolo, Qui omnes homi-
 nes uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire.
 Scriptum autem est & in Lucæ Euangelio, Et ecce mu-
 lier quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit, quia ac-
 cumberet Dominus in domo Pharisei, attulit alabastrum
 unguenti. Cùmque stetisset retro secus pedes eius flens
 cæpit rigare pedes eius lachrymis & capillis capitis sui
 detergere & unguento ungebat. & eò promeruit uoce
 saluatoris illud audire, Dimittuntur tibi peccata tua: Ipsi
 gloria in secula, Amen.

Lapsus est
 memoria
 hic. Nō ea-
 nim ex So-
 phoniade-
 promptus
 est hic lom-
 cus, sed ex
 ecclesiasti-
 ci. c. 15. d.

De honore parentum,
Homilia. 108.

Parentes ut honore prosequamur, utque uicem
 rependamus beneficiorum, uel ipse naturæ te-
 nor atque ordo docet nos iure obstringi. Idip-
 sum confirmat sanctio legis diuinæ. In primis, quia sensile
 hoc lumen illorum opera contuemur, deinde & spiritua-
 lem lucem hausimus, nimirum agnitionem fidei quæ nos per-

regeneratiui lauachri gratiam rectà ducit ad Dominum nostrum Iesum Christum. Tum propter pium erga suos liberos quem illorum animis natura inseuit, affectum, ob laborem quem pro illorum educatione sustinent, & anxiam solitudinē qua interdum noctūq; anguntur, dum malè metuunt, ne quid filiis suis occurrat fortuiti & aduersi casus. Sedulò item dum operantur ac perplexos adeunt labores, quibus liberis suis indumentū parent & alimoniam, utque posteritati seponant thesaurum & à morte relinquunt. Quam quæso uicem uniuersis his condignam rependere possimus? Quocirca adnitamur pro uirili ea explere quæ ad eorum attinent honorem, famulatum, requiem, idq; peculiariter senio dum grauantur: ut uel ipso filiorum aspectu recreentur ac propè reuiuiscant, quemadmodum Iacob uiso mox Ioseph. Concertemus cum auiculis quæ Vpupæ dicuntur, illis ne dispares deprehendamus & dissentanei. Si quando enim parentes suos uiderint consenuisse & per senium bebetiore esse uisu filij alares pilos parentum conuellunt, deinde allambunt oculos illorum, mox ipsos parentes suis met alis subiectos excalfaciunt ac refouēt. Atq; ita demū eos quasi pullos recens æditos reuocant ad florē ætatis, sic ut iuuenes uideri possint, quasi si suis dicāt parentibus, Quemadmodū uos pullescere nos fecistis & labores tolerastis. p educatione nostra: & nos simile quiddā uobis repensamus. Quidni igitur nos, parentes arctiore uinculo charitatis prosequemur rationis compotes? ut ne aduersum nos ingemiscant? Planè res eiusmodi neuiquam futura nobis est ulli emolumento: magis autem detrimentosa ad-

modum,

modum, ut qui cōperiemur & patris fuisse & matris cœsores. In lege scriptū est, Honora patrem tuam & matrem tuam: ut bene tibi sit, & sis longæuus super terram. Et, Qui maledixerit patri aut matri: morte moriatur. Nec ablūdit Esaias, Qui dicit patri, quid generas? & matri, quid parturis? Scio ego, quia durus es: & neruus ferreus ceruix tua. Alius item, Qui honorat patrem, iocundabitur in filiis suis, & in die orationis suæ exaudietur. Iterū, Oratio patris confirmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Apostolus, Filij obedite parentibus uestris in Domino. Hoc enim iustum. Honora patrem tuam & matrem: quod est primum mandatum in promissionibus. Rursus, Filij discant primum propriam domum religiose regere & mutuam uicem reddere parentibus. Hoc enim bonum & acceptum coram Deo. Patremia item, Filius astutus obedit patri: filius inobediens in perditione erit. Iterum, Maledicentis patri aut matri extinguetur lucerna. Iterum, Qui uim facit patri aut matri & credit se non peccare, socius est uiri impij. Id ipsum & Dominus ad Phariseos, Quare & uos transgredimini legem Dei, propter traditionem uestram? Nam Deus dixit, Honora patrem tuam & matrem. Et, Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autē dicitis, Quicumq; dixerit patri uel matri suæ, Corban. quod est, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem. Sed hæc sufficere putem, ad explicationem sumpti argumenti, nempe quòd parentibus uicem debeamus resoluerē. Atqui ne il-

P ij

lud

lud quidem ignorare cōueniat, à nobis non id repeti solùm, ut parentibus secūdum carnem uicem redhibeamus: uerū tantò ampliorem honorem cultūq; nos debere iis qui secundūm spiritum patres sunt nostri, ut per hos hereditate assequamur benedictionem Dei. Neque enim minùs nostri causa isti affliētantur aut minore cura premuntur, quin maiore multò, siquidem illi carne, hi autē spiritu nos regenerant. Hęc porrò omnia nō sermone solūm, sed & opere nos edocet Dominus. Ait enim scriptura quia subditus erat patri & matri suæ. Sed & in cruce ad discipulum, Ecce mater tua. Et ad matrem, Ecce filius tuus. Ipsi gloria in secula, Amen.

Reuerentiam deberi senibus, Homilia. 109.

T quidē senes reuereri modis omnibus Deo est acceptum, & hominibus commendabile. Sed & honorem deferre sanē debitum decliui iam ac deuexa ætate uiris, nihil minùs Deo gratiosum, nobis uerò nimisquam accommodum & utile. Nos etenim si continget ad ea usq; tempora prorogare uitam: eandē prorsum recipiemus mercēdem. Si uerò hinc abeundum sit intempesta ætate: nihil minùs sumus habituri Dominum nostrum dignæ mercedis repigneratorem. In utrouis ipse & merces qui & mercedis est distributor, siue hinc senex emigrabis, siue ætatis flore. Ait enim ille, Quemadmodum fecisti, fiet tibi. Primus Moses mandat dicens, A facie cani capitis consurges: & honorabis uultum senioris. Iob uerò, In multò tempore sapientia, & in uita prolixore scientia. Alius item, Corona senum, multa

peritia:

peritia: & gloriatio eorum, timor Domini. Apostolus insuper Timotheo, Seniore ne increpaueris, sed obsecra ut patrem. Omnino illud forsā obieceris, Oportet senes sobrios esse, castos, sanos fide & dilectione iuxta eiusdem Apostoli sententiam. Senectus enim honorabilis est nō diuturna, neque annorum numero computata. Cani enim sūt sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata, iuxta scripturam. Nostræ nō est facultatis pronuntiare de eiusmodi, magis autem Dei qui probat corda nostra. Nostræ autem functionis unicuilibet reddere sua debita, cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: non solūm bonis & modestis: sed & dyscolis. Sed & fraterna charitate in uicem beneuoli, honore in uicem prauenientes. Scriptum quippe est, Fili si sapiens fueris, tibi ipsi eris & proximo. Si autem malus interibis, solus exhauries mala. Nec diuersus abit Petrus, Iuniores subiecti estote senioribus. Omnes autem inuicem humilitatem insinuate: quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humilia mini ergo sub potenti manu Dei, ut exaltet uos in tempore. Addecet igitur nos qui Christiani sumus, singulis quibusque ut reddamus debita. Nam & hoc ab ipso Domino Deo & saluatore nostro Iesu Christo instruimur. Per ineffabilem enim suam ad nos dignationem, nihil indignum duxit, Ioannem ut adiret ab ipso baptizandus. Ille porrò prohibebat eum dicens: Ego opus habeo à te baptizari, & tu uenis ad me? Dominus autem seruo, Sine nunc. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Ipsi gloria in secula, Amen.

De lon.

De longanimitate siue lenitate animi &
iracundia, Homilia. II. O.

A simili.

Virtutes quidem omnes laude & cōmendatione cum primis dignæ sunt: qui autē placabili animo est nec ad iram ullis plicetur quantiflibet pulsatus iniuriis, talis utiq; sapiens prudensque est, minus præceps sed moderatus. Talis omni ex parte perpolitus est & ornatus, ac propria longanimitate magnopere edificat proximos: eiusque comperitur esse filius qui nullo non tēpore nostros perfert longanimitate defectus, qui & ait: Estote perfecti, sicut pater uester cœlestis. Quemadmodum enim fons silentibus scatebris præterfluens quotquot se adeunt, ultroneus præfert suauem potum: ita & uir longanimis ac placidus. Ipse uultus atque indoles uiri sic cuncta longanimitate tolerantis moderationem animi pmittunt ac representant. Ipsi oculi placidè ac leniter respectant. Longanimis enim uir uultus est in prudentia: pusillanimis uerò fortis stultus. Longanimis, proximos deprehēditur sufferre semper citra omnē intemperiem ac turbelam. Suos semper, non item proximi attendit defectus. Cogitat secum anxie, qui possit se pbare Deo. Quisquis tandem sic efficietur longanimis: hunc Spiritus sanctus sanè purus sordium placidè inhabitabit, nec patietur eò inferri à maligno spiritu quiduis caliginosum, sed spatiosè habitans, cum suo uase quod inhabitare dignatur, exhibet. Quin & talis Domino ministrat multa persusus hilaritate. Si qua proinde iracūdia ingruerit: mox Spiritus ille sanctus in angustum se contrahit, non iam locum habens

habens suæ synceritati congruentem, illinc etiamnum querit desciscere, quòd locum non habeat præut expetit, ad seruiendū Domino idoneum. In longanimitate habitat Dominus: in iracundia uerò Diabolus. Spiritus igitur uterque eundem si inhabitet locum, minus conducit, imò in malum cedit homini, quem uterque inhabitat Spiritus. Si enim quis accepto in manus absinthio, ex eo nonnihil infundat dolio mellis, nunquid nō totius mellis dulcor deperditur & euanescit? Et quidem per portiunculam absinthij, tantæ suauitatis fit depulsio. Perdit enim natiuam dulcedinem & amarescit, nec quicquàm seruat pristinae gratiæ apud Dominum suum, quòd degenerarit in amaritudinem. Planè uides longanimitatem longè esse etiam præ mellico dulcore dulcissimam: quin & ea utitur Dominus quàm commodissimè: cum contra, iracundiæ furor & amarulentus est & prorsum inutilis. Si quando illa concitati animi incandescencia simul & patientia permiscetur, cui dubium sit patientiam fæda contagione pollui & conspurcari? sed nec congressus eiusmodi patientiæ usui esse Deo potest. Iracundia enim maligna cum sit, sua ipsius improba operatione subuertit seruos Dei. Simul enim ut uiderit homines requietos nec ulla seditione tumultuantes, seipsam colligit ac inserit cordi unus illorum: qui nulla ex re amarescit totus & exasperatur ob res temporarias aut certe ob edulia, aut quia colloquium incidit prolixius & idem uanum, putà de dato & accepto, deue similibus negotiis. Hæc enim omnia aliud nihil seruis Dei sunt, quàm stultitia & uanitas. E' diuerso longanimitas ipsdem Dei seruis magna prorsus

A simili.

Q

sus

sus ac robusta, & quæ admirabili præpollet potentia, quod
 prauum est, ad rectitudinem reuocat, & exultans securam
 cum sit rerum omnium, Dominum glorificat, nihil in se ha-
 bens amaritudinis, lenis & tranquilla. Hæc animi mo-
 deratio domicilium habet cum illis cõmune, qui incolumem
 retinent & perfectam fidem: iracundia uerò stultorũ est.
 Ex stultitia demceps resilit amaritudo, ex amaritudine fu-
 ror, ex ira autem incandescencia perseuerans. Sanctus
 igitur Spiritus ut qui loci temperie mirè se oblectat ac de-
 liciatur, cuius nulla intercedit consuetudo cum implacabi-
 li acrimonia reprobis spiritus, ab eiusmodi homine longius
 se submouet, deligens sibi domicilium in homine, patiens qui
 sit & longanimis. At interim homo ille inanis fit spiritus
 iusti, excæcatur totus: dum exuitur mentis dulcedine ac
 benignitate. At autem scriptura, Melior uir patiens forti.
 Et, Sicut probatur aurum & argentum in fornace: sic ele-
 cta corda probat Deus, iuxta scripturam. Iterum, Vir
 mansuetus, cordis medicus est. Rursus, Fili si accesseris ad
 seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem.
 Dirige cor tuum & sustine. Omne quod applicitum fuerit
 tibi, suscipe libenter: & in mutationibus humiliat ionis tuæ;
 patientiam habe. Crede ei & recuperabit te. Nos itaque
 fratres longanimitatis ac patientiæ merito subnixi und-
 cum Dauide concinamus, Proba me Domine & scito
 cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas. Et ui-
 de, si uia iniquitatis in me est, & deduc me in uia æterna.
 Quia ego in innocentia mea ingressus sum: redime me &
 miserere mei. Et illud, Me autem propter innocentiam sus-
 cepisti

cepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
 Dicit item Salomon, Vir longanimis, sapiens est. Et, Stulto
 interroganti sapientiam, sapientia illi imputabitur: mutum
 autè is qui seipsum fecerit, uidebitur esse prudens. Iterum,
 Vir misericors, longanimis est. Iacobus, Patientes igitur
 estote fratres usque ad aduentum Domini. Ecce, agrico-
 la expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens,
 donec accipiat pluuiam temporaneam & serotinam. Pa-
 tientes igitur estote & uos. Exemplum accipite laboris
 & patientiæ, prophetas. In Euangelio quoque scriptum
 est, Videtes autem discipuli Iacobus & Ioannes, quia no-
 lissent eos recipere Samaritani, dixerunt, Domine uis
 dicamus, ut ignis descendat de cælo & consumat eos,
 quemadmodum Helias fecit? Conuersus autem Iesus incre-
 pauit eos & dixit: Nescitis, cuius Spiritus estis? Filius ho-
 minis non uenit perdere animas hominum, sed saluas eas
 facere. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

De his qui præsumunt, Homilia. iij.



It scriptura, Quæ cœpit Iesus facere &
 docere. Primum fecit, & sic docuit. Nec se-
 cus sancit præcepto faciendum, dicens: Qui
 fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in
 regno cælorum. Is igitur cuius fidei tutela animarum à
 Deo concredita est, non mediocri studio aduigilare debet
 pro salute subditorum, quippe qui certò sciat se pro illis

ἅπαντες
 ἡ.ε.ο.
 omnia.

adituum esse animæ propriæ periculum, at quidem pro
 se ne minimam habiturum esse excusationem. Ab eo enim
 cui multa apposita sunt, abundantius repetent. Debet igitur
 pastor totus esse mens & oculus, ut ne una quidem cõ-
 creditarũ sibi pecudum reicula fiat & indigna quæ reci-
 piatur à Domino per oscitãtiam, aut decolor sit impetigine
 cogitationũ, aut per suam pastoris indulgentiam laboret ac
 pruriat pecus fœda scabie, ne claudicet per irreligiosum
 ac minũs grauem incessum, aut defecta sit aure per inobe-
 dientiam, ne caeca esse comperiat per uitiosum aspectũ,
 aut capta à bestiis siue morticina per improbam operatio-
 nem. Cum igitur is probè nouerit, (ceu mihi dictum est,) se
 pro illis rationem esse repositurum, par est ut peruigili
 cura suo prospiciat gregi, morẽmque imitatus medici lon-
 gè experientissimi, cuique affectui uitioso opportunum &
 competens adferat auxilium, nullo illorum neglectim trans-
 misso. Peritus enim si est præses, neququam sinet discipu-
 lum ullius uulneris impressione sauciari. Si quem norit iam
 saucium nihil cunctatus sanãdum suscipiet. Tu igitur quis-
 quis præses, discipulos tuos sermonibus obarma, quibus
 se cauti obseruent ac tueantur. Illorum præmũni pectus
 certa promissione futurorum bonorum. Scuto ueræ fidei
 circumsep̃i eos. Ad finem usque prouebito præduce spe quæ
 in Christum ceu scopum rectà collineet. Pedes obtura ac
 circumtege angelicis disciplinis. Præcinge lumbum illorum
 spiritualis lætitiæ sermonibus. Da illis in manum, gladium,
 nempe acrimoniam animi præcidentem uitiosos affectus.
 Si quos senseris cingi ac premi improbo agmine perturba-
 tionum.

tionum aut uoluptatum, coördina & tu aduersus utrumq;
 instructissimam aciem. Caue, moueris animum aduersus
 discipulum peccantem. Neque enim sancti uiri est ea fun-
 ctio, tibi ipsi uulnus infligere & consauciare, dum aliis stu-
 des mederi: sed & quod ceteros latet, clementer emenda.
 Medicus etenim medetur quidem morbis, non item ad-
 uersus eum qui inuitus ægrefcit, indignam ullam mouet
 querelam. Vt igitur medicus dum carnis putrilaginẽ se-
 cat, hoc utique facit citra iram ita & doctor interim dum
 reprehendit, non iracundiæ furorem immiscet suæ repre-
 hensionis. nec rursus contradicentium susurriis deterritus,
 quæ addecent, frugemũe afferunt subiectis, silentio premit:
 ut ne unius noxa in multorum perniciem sua contage re-
 currat & dimanet. Hic ne te præstes longanimitèr patientem:
 non item queras quod tibi utile est, sed quod multis: ut
 incolumes seruentur. Rursus subdito uide, ne consenseris
 dicenti tibi: Fac mecum potestatem temporariæ cuiuspiam
 morulæ dum interim recipiam me, ut & hoc uel illud pro-
 bẽ, sicque quod decorum est & ex officio concitus absol-
 uam. Qui enim ad eum loquitur modum, nimirum unde-
 cunde uenatur occasionem perficiundæ p̃pria uoluntatis:
 eam uerò cui se ex pacto obstrinxit, frustratur & elidit
 obediẽtiam. Oportet interim ut cũ patientia hoc obserues.
 Qui enim alimonia uerbi diuini ex promptè atque alacri-
 ter pascit subiectos: apparet mentem suam ad excipiendã
 flagra sed spiritualia, omnẽmque tentationum procellam
 generoso ferat pectore: ferè enim fit, ut & doctor ad igno-
 miniam & dedecus elocetur, tentationes dum sustinet pro-

homocofis.

defit hic
anne.

his quæ ad spiritualem suorum utilitatem in commune cõ-
tulit. Nos enim ignobiles (ait Paulus), & colaphizamur
perinde ac palo quopiam cæsi: uos autem fortes & glorio-
si. Neesse igitur sit, ut homo Dei in omni opere & sermo-
ne bono instructus sit ac perpolitus, nihilque non perficiat
honestè & secundum ordinem ad eorum informationem
quos habet dicto audientes. Quisquis igitur præsidet: ed
fortitur præsidis nomenclaturam, quòd ceteros antegre-
diatur strenuitate operis. Neque enim id nominis (nudum
si est) inducit in regnum cœlorum, sed nec sermo ineffi-
cax ullam adfert audienti utilitatem: uerùm operatio po-
tens si est, pastorem ipsum ceu certo specimine declarat ef-
se ueridicum doctore. Qui enim fecerit unum de mandatis
& docuerit: hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Qui
autem per inefficacem operationem soluerit unum de man-
datis, & docuerit sermone quidem infrugi: minimus uoca-
bitur. Quin potius mercenarij illius cogetur subire sen-
tentiam, qui lupo admorsu dentium gregem sibi creditum
dilacerante ac dispergente, in fugam se proripuit. Opor-
tet igitur, ad omnia usu discretionis solers ut sit & indu-
strius: sed & quæ iusserit pro potestate facienda, ex æquo
& bono coördinet, non necessitate adigat, sed spontaneos
sibi auctiõnetur discipulos: eum proinde qui minùs páret
dicto, longanimitè ferat, ut ne interim in se detorqueri
illud Dauidis promereatur audire, Qui fingis laborem
in præcepto. Illud item ex Salomone, Viscera impiorum
crudelia. Quin potius admitatur ut audiat, Intelligentè
agnosces animas gregis tui, & appones cor tuum tuis ar-
mentis.

mentis. Et, Pascet iustus animas iumentorum suorum. Ne-
cesse rursus, ut ne subditorũ errata prætermittas silentio.
Ait enim scriptura, Fili speculatorem dedi te domui Is-
rael. Si igitur uiderit speculator gladium uenientem &
tuba cecinerit, & qui audierit non obseruauerit se: san-
guis ipsius super caput eius erit. Et speculator si uide-
rit gladium, & non significauerit, & unum aliquem ap-
prehenderit gladius: sanguinem illius de manu specula-
toris requiram. Edocti itaque præsides quantum uobis
impendeat periculi ex discipulis, peruigili oculo mentis ob-
seruatote ac provideate gregi Dominico utique rationis
compoti, ad exemplum beati Iacob: A uestris oculis rece-
dat somnus, die quidem exæstantibus causone, nocte item
gelu afflictis. Pro eis quæ à bestiis captæ iam sunt, pecudi-
bus, uidete nequando audire contingat uos: Ecce ego su-
per pastores, & exquiram oues meas de manu eorum.
Non enim requisierunt pastores oues meas: sed pauerunt
seipsos, oues autem meas non pauerunt. Et per Hiere-
miam, O pastores qui perditis & dispergitis oues pas-
cuae meæ. Propter hoc ecce ego ultionem expetam de
uobis super omni malitia studiorum uestrorum. Sanè per-
fecti uiri sit, sibi que prospicientis & in spiritali palestra
legitimè decertantis non perfunctoria administratio, sci-
tè ut nouerit fratribus præesse, iuxta scripturam dicen-
tem: Rectorem posuerunt te, noli extolli, sed curam ha-
be illorum, & sic sede, & omnem usum tui facito atque
accumbe. Sed & Gedeon trecentis secum militantibus,

A me uidete & sic facite. Nec secus Abimelech accepto lignorum fasce, inque humeros sublato sequenti se populo dixit: Quod uidetis me facere, facite & uos. Et de Ioseph melicus psalmorum cantor, Constituit eum dominum domus suae & principem omnis possessionis suae, ut erudiret principes eius sicut semetipsum, & seniores eius sapientiam doceret. Paulus item, Admonentes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. in quo & laboro decertans. Timotheo quoque, Attende letitioni, exhortationi, doctrinae. Insta in his. Ephesus idem ait, Memores estis quia per tres annos nocte ac die non cessauimus cum lacrymis admonere unumquemque uestrum. Rursus, Argentum aut aurum aut uestem nullius concupiui. Ipsi enim scitis, quia necessitatibus meis & qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae. Omnia ostendi uobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos. Ad hunc sane modum contendat praeses quiuis, ut forma sit atque exemplar suo gregi in omni iustitia & conuersatione sancta, sancte & iuste conuersatus, obseruans quaecumque sunt munda, quaecumque pudica. Si qua uirtus est, si qua laus, si quis bonae famae, A praelato frugis bonae atque utilitatis gratia correctio procedat: locum suum ut tueatur in omni diligentia spirituali, laudem ut procuret membrorum, qua melius nihil est, omnes ut portet sicut & ipsum Dominus. Omnes ferat in charitate, pro omnibus iugiter oret, postulet intelligentiam spiritualem sibi conferri, ut quae magnopere conducunt nouerit discernere, peruigilet de singulis anxie sollicitus, omnium defectus ac morbos pro modulo rationis discat

ΕΤΙΣ ΕΥΦΗ
ΑΟΣ.

discat ferre quasi perfectus athletes. Vbi enim fatigationis moles maior, ibi maior etiam quaeustus. Quod si multitudinem discipulorum uelit aggregare copiosam, non statim illi gratia est: sed si minus dicto audientes atque intrastabiliores ad officium & obedientiam amabili lenitate erga illos usus reuocarit. Non enim uulnus omne uno & eodem curatur emplastro. Curandi ueniunt paroxysmi proluuione & crebra infusione humidorum. In omnibus imitare prudentiam serpentis, columbinam amulor simplicitatem, ut quae sibi quidem parent in faciem, obseruet: quae autem minus in conspicuo sunt, postulet sibi manifestari, ita ut nulla re destituatur sed omni abundet gratia. Opportunum sane sit, ut ceu nauclerus quispiam generose confirmet se aduersus uentorum turbines, ingentes fluctus & naufragas procellas undecumque aspirantis malitiae: uice praedux ut sit ad portum usque diuinae uoluntatis iis, qui undisonae tempestatis agitantur fluctibus. Dicit autem & Dominus, Si quis uult inter uos maior esse, sit minor: & qui praest, ministret. Itaque ceu dictum mihi est, iis qui tuae sunt ditionis, modestae humilitatis esto formula in omnibus. Ita enim & Dominus, Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare & dare animam suam redemptionem pro multis. Iterum, Vos autem me uocatis, magister. Vnus enim est magister uester, qui est Christus. Ipsi gloria in secula, Amen.

γνώμη.

A simili documentum.

Argumentum alterum a simili.

De renuntiatione, Homilia. iiz.

R

Qui



Vi semel mundo supremum dicit uale, ab his debet auocare mentem, quæcumq; oculis patent: & eam ad inuisibilem cōtemplationem attollere. Quæ enim uidentur, temporaria sunt: quæ autem non uidentur, æterna. Eò siquidem renuntiatio dicitur, quòd terrenis qui renuntiant, in ordinem cōoptantur cœlestium. Dum enim patriam hanc nō inuiti deserimus, sublimem illā expetimus Hierusalem. Dum mundi istius sapientes ne salute quidem dignamur, magis uerò auersamur ac repudiamus: cum spiritualibus uiris tantò propiùs congregimur. Virtutes igitur adipisci magnopere si cupimus, in primis iugi exercitio excolendæ sunt hæc, cōtinentia, patiētia, modesta humilitas. His omnibus cōtinens suffragetur ac perpes oratio, & quod studiose efficere molimur, minore perficiemus negotio. Vt enim domum exædificare qui uult, materiam apparatus priùs fabricæ omnibus suis partibus absoluendæ idoneã: ita & qui suam ipsius domum, domicilium nempe sacrosanctæ Trinitatis molitur extruere. Ego enim ait, & pater meus uenimus & mansionem apud eum faciemus. Et illud, Spiritus sanctus qui habitat in uobis. Ad finem uitæ istius (si secundum uirtutem transigitur) hæc adsint indiuiduæ comites, cōtinentia, patientia, modesta humilitas & oratio. Ineffabilem enim iustitiam nec aliquando otiosam aut desinentem, labores progenerant ac spirituales conflictus. Ne tanti quidem æstimandi ueniunt labores, ad magnitudinem collati felicissimæ illius gloriæ, quam parit uirtutis studium, iuxta Domini doctrinam dicentis, Quia tribulationem habetis

ris in mundo hoc. Vitam enim præsentem liquet esse certaminum atque luctarum stadium: præmiorum autem quæ certò manent uictores, futura illa est uita. Dominum igitur sincero diligamus affectu, ut nobis ea clementer impartiat, quæ diligentibus eum daturum se esse pollicitus est: quæ quidem non oculus uidit, non audiuit auris, nec in cor hominis ascenderunt. Magno conatu adnitamur studeamúsque carnem hanc uincere & eius prudentiam, adiuuante nos Dei spiritu. Christo nobis uires suggerente, Satanam draconem implacabilem superemus. Tollamus crucem, sequamúrque Iesum qui præstat uictoriam. Cursu festino nec minore fiducia decertemus, ut brauiū attingamus supernæ uocationis in Christo. Omnis enim qui currit spe nihil dubia subnixus, non item in incertum: accipit brauium perfectæ renuntiationis. Ad hoc, opes assequitur sanctimonix operosas sanè, sed nec mediocri mercede cumulatas. Et quidē Petrus scribit, Quasi modò geniti infantes, rationale & sine dolo lac cōcupiscite, ut in ipso crescatis, hoc est, impermixtam & incorruptam fidem, ut in ea crescatis. Crescit enim in homine fides quotidiana accessione dum mentem hominis suo illustrat splendore in bonis operibus cōuersantis. Paulus, Induite uos armaturã Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quia non est nobis colluctatio aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi retores tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitix. Rursus, In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis tela nequissimi ignita extinguere, per omnem orationem

R ij & depre-

deprecationem, orantes in omni tempore, in hoc ipso instantes cum omni instantia & obsecratione. Hunc in modum pro uirili si strenuam commodaueritis operam, uerissimam in uobismetipsis per omnia Christi imaginem exprimetis in uita, in conuersatione, in proposito, sermone, opere, patientia, uirili fortitudine, in prudentia, iustitia, longanimitate, in immemoria acceptæ iniuriæ, pietate, sanctitate, continentia, in fide, spe, deniq; in perfectissima ad Deum charitate. Agonistæ isti prorsus synceres si sunt, ab omnibus abstinent, omni uirtute se adornantes, inque præceptis conuersantes Dei iuxta Apostoli sententiam dicentis, Nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut & ui-

*οἱ δὲ αὐτὲς λέ-
γε οἱ δὲ α-
μῆρ.
οἱ κοςο-
μῆρ.* *ta Iesu manifestetur in mortali carne nostra. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam, æternam in cælis. & in hoc ingemiscimus: habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes. si tamen uestiti & non nudi inueniemur. In nullo prorsum uel suiipsius habet monachus potestatem, at ne uoluntatem quidem retinet propriam. Illius est dicere, uiuo, non iam ego: uiuit uero in me Christus. Iterum, Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo & expleat opus eius, ut glorificetur in æternum. At carnales spiritualia hæc exequi non queunt: ut neque spirituales carnalia.*

A simili argumentum Qui igitur cupiet solitariæ istius uitæ angelicam conuersationem legitimo exercitio excurrere: operæ sit huic pretium, sibi ut conciliet serpentis prudentiam & simplicitatem columbæ, ut nulla non in re uoluntate Dei intelligat bonam, bene.

bene placentem & perfectam atque ita glorificetur Deus in omnibus per nostram operationem diuinæ pietati conformem, perque synceram uitæ sanctioris conuersationem: ut qui nos pressius cõuentur & explorat, queant internoſse, quia semet benedictum ac sanctum sumus, filij nempe Dei uiuentis in omni sermone, ingenuo ac spectabili pudore, mansuetudine, uitæ instituto, & oratione: quarum uirtutum gratia, nulla in re, nullouero pacto mundi istius hominibus deprehendimur conformes, quin potius ut nouerint pios nos esse doctores ex nostra ad eum modum religiose instituta conuersatione & omni scientia, omni prudentia atque iustitia exornatos. Lampadem igitur syncerioris sanctimonie uitæ serua cum omni cautione, sicut amicos addecet Christi. Illorum fac, æmuleris uitæ rationem & institutum. Fac, repræsentes Ioannem illum Christi præcursores, uerè angelum Domini puritate uitæ præsignem, aut certè alterum illum Ioannem imitator Domino tam familiariter ac domesticè notum, quæ merito castimonie uirginalis deamabat Iesus. Paulum item sectare, Barnabam & Timotheum, qui uitæ cursum atque agonem in castitate expleuerunt nulla aspersi labe obscenæ pollutionis. Quin Helie etiam & Helisæi atque aliorum nec paucorum uitam nihil dissimilem cõperies fuisse nimirum intemeratam nec ulli peruiam reprehensionis. Hos igitur si cupietis efficaciter æmulari: imitamini seniores, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Et illud, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Christi enim imitatores, ipsius uitam strenuè & efficaciter imitantur, atque tales beati sunt. Dixit proinde cuidam Dominus, Sequere me. Hic respondit

Paulus uir-
go.

A simili. Domino, Permite mihi Domine, ut abeam prius ad sepeliendum patrem meum. Cui & dixit Dominus, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sed & alteri cuiusdam dixit, Sequere me. Ille respondit, Permite mihi primum renuntiare iis qui in domo mea sunt. Huic talia Dominus, Nemo mitens manum ad aratrum & conuertens se ad ea quae sunt retro, aptus est regno caelorum. Iuducit, Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem & uxorem & filios & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam: non potest meus esse discipulus. Et, Si quis uult post me uenire: abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Ipsa gloria in secula, Amen.

De subiectione, Homilia. 113.

Quisquis propositum arripit religiosae subiectionis, primum omnium propria se exuat ac spoliatur uoluntate, & salutaribus documentis saluatoris nostri induatur, crucemque tollat suam iuxta uerbum Dominicum, postque eum incedat ac sequatur. Qui in subiectione uitam instituit suam, iam emortuas suas uoluntates derelinquat cum praemortuis, & anteuertat siue occupet uiuentem cum uiuentibus. Qui conuersationem suam studet in statu subiectionis componere: ab istius temporariae uitae uix extricabilibus curis se mortificet & uelut mortuus expediat, in eorum se referat album qui nullo digni sunt ferendo de aliis suffragio, sicque illi ad uitam aeternam interior dabitur accessus. Qui libera electione destinatus rectam percurrere uiam mandatorum Domini,

mini, & ad latitudinem usque cordis occurrere, atque illustrari: is sit ut uestis in fullonaria officina. Quemadmodum enim uestis quaelibet a fullone pertunditur, proteritur calcibus, eraditur & confricatur, deinde inalbescit & candidat niuis instar: ita & qui in subiectione cum sit, si perquam multis appetatur iniuriis. Purgatur enim & fit uelut argentum quod igne exploratur, natiuo suo praerentens splendore. Qui cupit ad perfectam subiectionem promoueri: is utique deserit cuncta quae ad eius consecutionem certo nouit nihil conducere, quod ea apprehendere mereatur quae ad illam conferunt, & fiat ueridicus Christi discipulus, ut cum Petro ausit dicere, Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? A nobis igitur fratres, uoluntates nostras excutiamus, quae nihil aliud sunt, quam repunt humi uiles & abiectae, mandatum quoque saluatoris nostri illud altiuolum (quippe quod in supernam usque Hierusalem nos rectam prouebit,) obseruemus. Dicit Dominus, Qui audit uos, me audit: qui autem me audit, audit eum qui me misit. Neesse itaque sit eos qui se disciplinae substrauerunt, tanquam patres ut deament suos (si modo ueri sunt) doctores. & quasi principes timori eosdem ut habeant ac uereantur, non etiam per amoris mutui familiaritatem illos aspernentur aut certe a rigore arrepto sinant se resolui & emolliri. Scriptum enim est in Sapientia, Qui honorat patrem, peccatis impetrat ueniam. Et, Qui timet Dominum, honorabit patrem suum, & quasi domino seruiet ei. Iterum, Honora patrem tuum, ut ueniat super te benedictio ab illo. Rursus, In toto corde tuo glorifica patrem tuum.

οὐτὶς ἔσται
λεγε ἄνευ
τῆς ἀνάγκης.

tuum. Paulus, Obedite præpositis uestris & subiaccete. Ipsi enim uigilant pro animabus uestris, tanquam rationem reddaturi: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim nõ expedit uobis. Iterũ, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. nõ est enim potestas nisi à Deo & c. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirent. Rursus, Vt serui Christi, facientes uoluntatem Dei ex animo: cum bona uoluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus: scientes quia à Domino accipietis retributionem. Ad Titum, Admone illos principibus & potestatibus subditos esse & dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse & non contradicere. Petrus, Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Dominum, quia sic est uoluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Dominus autem, Descendi de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, patris. Ipsi gloria in secula, Amen.

De obseruatione mandati,

Homilia. II 4.

Andati obseruatio, hominem rectà prouebit in illam felicissimæ uitæ regionem: contra, eiusdem præuaricatio, letale uulnus affigit animæ: idque dicere liceat exactiùs diuina nos erudiente scriptura. Nisi enim initio statim conditionis nostræ in Paradiso mādatum fuisset transgressi: haudquaquam contigisset audire nos illud, Terra es & in terram abibis, neuiquam mundum

mundum hunc noster ille aduersarius tot retrò annis seua tyrannide grassabundus oppressisset. Nemo qui Dei mandatum cõtempserit, in rectitudine uitam instituit suam. Saul Dei mandato malè moriger, in macerore uitam cum egisset tempore ipsi præscripto, demum regno quoque excidit. Filij Heli Ophni & Phineës cum illis immorigeræ aures occaluisse ad uocem paternæ monitionis nec paruissent dicto, arcam quidem Dei in manus alienigenarum tradiderunt, ipsi autem unà cum populo meritam mercedem retulerunt miserima morte perfuncti. Huiusce uitandi mali gratia clamat Dominus per Ezechielem, Abiicite à uobis omnes iniquitates uestras & facite mandata mea, dicit Dominus, & conuertimini à uia uestra quæ mala est. Et, Vt quid morimini domus Isracl? Lex quoque, Custodiens custodies mandata Domini Dei tui. Rursus, Viri sancti eritis mihi. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis: inambulabo inter uos, & ero uobis Deus, & uos eritis mihi populus, dicit Dominus. Nos igitur si expleuerimus eius uoluntatem, si ad tenorem mandatorum ipsius p̄grediemur, si quæ illi nouimus esse gratiosa & amabilia, ipsi etiam dilexerimus: templum illi efficiemur. Qui enim erga Deum & proximum flagrat charitate, longè se ab omni proripiet peccato, isque à Deo diligitur. Quòd si deprehendemur contempsisse: utique nouit meritas exigere pœnas de his, qui minus sanctis suis obtemperant mandatis. Nolimus, quæso, aduersum nos eum exasperare, tam benignus cum sit Deus noster, qui aliud nihil quàm uiscera misericordiæ gestitat:

S miseri-

Locū hunc
in exēplari
corruptis-
simum, re-
stitui ex. c.
21. ad Ro.
mutuatus.
ΑΝΤΙΟΧΕ

Ab exēplis
Reuocatis

*miseri- cors siquidem est, sanctus, purus, impollutus, ab omni-
 concre- tione materie alienissimus, solus, unus, exorabilis,
 syncer- us, ab omni dolo seiunctissimus, inirascibilis, omni de-
 nique no- meclatura qua à nobis uel cogitari uel dici potest,
 multò superior ac sublimior Deus noster Iesus. Christus.
 Laetetur potius nobiscum & hilarescat, dum ipsi decorè ui-
 tam instituimus. Gaudio diffundatur, nobis synceriter ui-
 uentibus. Ab omni turbela interquiescat, probè nobis ac pu-
 dicè degentibus. Dapsili epulo à nobis excipiat, qui ipsum
 deamamus, dum nobis pulchrè temperamus ab immoderatis
 eduliis ac sobrijs sumus. Si igitur aestuanti cum feruore ad-
 mandatorum Dei impletionem accingemur, organa sen-
 suum omnium deinceps gratia Dei illuminans in ipso actu
 sentiendi, nostras quidem ueluti comburet cogitationes: no-
 stra aut uirtus cor ipsum ita afficiet, ut secum ratiocinetur
 & expendat spirituales animi conceptiones non iam secun-
 dum carnem in pacifica quadam amicitia & ab omni fuco
 aliena. Scriptum enim est in Prouerbijs, Fili ne præteref-
 fluas, custodi autem consilium meum & animi mei senten-
 tiam, ut uiuat anima tua, & ambules confidens in pace per
 omnes uias tuas, Dominus enim aderit tibi in omnibus uis-
 tuis. Iterum, Custodi mandata, ne obliuiscaris. Noli despi-
 cere os meum, & ne declines à uerbis oris mei, neque de-
 relin- quas mandatum hoc & adiuuabit te. Fili, uerbis meis
 accõmoda aurem & custodi in corde tuo. Vita enim est in-
 uenientibus ea, & omni cordi sanitas. Et in Ecclesiaste,
 Qui custodit mandatum, non cognoscet uerbũ malum. Qui
 custodit mandatum, hic sanus est. Inducit, Beatus uir, qui
 exaudiet.*

*exaudiet me: & homo, qui uias meas custodiet. Paulus Ti-
 motheo, Præcipio tibi coram Domino, ut serues manda-
 tum sine macula, irreprensibile. Idem Corinthiis, Laudo
 autem, quòd semper estis memores, & sicut tradidi uobis,
 traditiones tenetis. Quin & hoc nos edocent diuinæ scri-
 pturæ omnes, non mandata Dei solùm nobis perpetuò ob-
 seruari debere, sed & patrum nostrorũ, doctorum ac præ-
 positorum præcepta cum omni cautione inuiolabiliter tene-
 mur custodire. Ait deniq; Dominus, Vos amici mei estis, si
 feceritis, quæ ego præcipio uobis. Rursus, Si præcepta mea
 seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præ-
 cepta patris mei seruauit & maneo in eius dilectione. Ipsi
 gloria in secula, Amen.*

De mansuetudine, Homilia. 115.

*Ansuetudo obsequenti famulatu gratiam eme-
 retur diuinam. Moses etenim Domini famulus
 promeruit dici, quòd cæteros omnes eximia mā
 suetudine antegrederetur, atq; hinc Dei uisione supra cum-
 Etos prophetas dignus habitus est. Ait enim, At non talis si-
 cut famulus meus Moyses, ore ad os loquor ei. Quin &
 quidam uehemèter temerarij ac improbi cum aduersus eum
 atq; Aãronem cõtentiõsius cõõrrentur pro summo sacer-
 dotio & gētis Iudaicæ principatu: omni prorsus ambitione
 aut affectu imperij in gentem retinendi se declarauit supe-
 riorem, nihilq; cunētatus populi præfecturã, Dei cedebat
 iudicio. Rursus quãdo aduersus eum cõgregati sunt, quòdãq;
 primas occupasset, cū probro & contumelia obiicientes in-*

*Hæc eadẽ
 dionys. Ac-
 reop. in es-
 pistolis.*

terminabantur & iam in eum propè insiluerant, tanta cum irgeretur necessitate, exerta uoce clamauit mansuetissimus ad benignum Dominum, sibi ut esset ad salutem, sed & Deum propitium illis reddebat dicens, Si quidem dimittis illis peccatum, dimitte. Sin autem, & me deleto de libro quem scripsisti. Mansuetissimus quoque Dauid appetitus ex insidiis à filio Absalone qui & propalam in patris mulieres nefarium admisit scelus, modis omnibus patrem ad mortem dum uenatur. Atqui uerè mansuetus Dauid, iustus nec ullius memor acceptæ iniuriæ pro parricida luctuosas effundebat lachrymas. Nec secus cum Semet maledicentia & execratione ipsum inceseret & appeteret crebro iactu lapidum, ad eò nihil aduersus illum concepit iræ, ut etiam seruis suis in illius improbi necem stridore quodam gestientibus, dixerit, Sinite eum maledicere Dauid. Decorè igitur & commodè is dicebat, Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Abundè quidem exemplorum mihi inductum sit in eorum gratiam qui uirorum istorum planè admirabilium constanti prudentia permoti imitari cupiunt mansuetudinem atque clementiam, ut cum illis olim audiant, Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram mansuetis repositam. Sanè quæ secundum Deum est mansuetudo, Deo ipsi gratiosa est & perquam amabilis. Ait enim, Ad quem respiciam nisi ad humilem & mansuetum & quietum ac trementem sermones meos? Lucunda sanequam est pacifici status contemplatio. Constratis etenim maris fluctibus, Delphines prono in æquor capite desilientes urmantur & adnant. Ordo tranquilla in pace si est: sermones.

sermones abunde effunduntur decori admodum & modesti. Ait autem & Iacobus, Abiicientes omnem immunditiam, in mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas uestras. Hymnorum regius concentor Dauid, Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores usque ad terram. Et, Docebit mites uias suas. Alius, Populum humilem saluum faciet Dominus: oculos autem superbiorum humiliabit. Sed & benignus ipse Dominus noster, Tollite iugum meum super uos & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est & onus meum leue est. Ipsi gloria in secula, Amen.

Iniuriam ferto patienter, nemini
interim sis iniurius,
Homilia. II 6.



NE quid iniuriæ cuiquam inferas, lex præscribit uetus: & noua hortatur illata ut feras æquanimiter, nec solum, sed & eam ut excipias cum gratiarum actione. imò uerius is qui legis est consummator ad perfectionem atque adoptionem in filios puebit hominem dicens, Estote misericordes, sicut pater uester cælestis misericors est. Necessè igitur sit ut qui ardentibus uotis cupit obtenta uictoriæ laurea palmarem ex hoste referre coronam, non solum ut contumelias, iniuriasque generose perferat: sed & ut optet etiam atrociora accipere, quam is irrogare uelit, ac liberalitatis exuberantia supergredi limites improbandæ concupiscentiæ raptoris

illius. Qui Christi uult esse discipulus, sui documenta doctoris opere efficaci exprimet: qui cum malediceretur (teste Petro) non remale dicebat, cum pateretur, non cominabatur. Alioqui iure is promerebitur audire: Quid me dicitis, Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Qui non fucatè Domini est discipulus, exerceri uult tolerantia iniuriarum, non item in alios esse iniurius, perque humilitatem uincere in se iniurios. Aduersus impotentem illorum iram, mansuetudine utetur. Aduersus talium magniloquam ostentationem, modestus erit, nihil sibi magnificè arrogans. Contra effertam & agrestem ferociam, placidus ac lenis, adeo ut nulla in re istis assimilis possit uideri. Talis pro uirili contendet irrogatas iniurias æquo animo, ut ferat potius, quam ut in quempiam sit iniurius. Itaque iuxta sententiam superiorem, præstiterit talium uiolentam impressionem excipere patientiâ, proque talibus effundere preces, ut per penitentiam ad Dominum se recipiant, non item ut pereant retaliationis acceptæ iniuriæ, dum cum eis exoptulamus ob ea quæ per immoderatam cupiditatem extorserunt à nobis. Planè ea est Dei uoluntas, ipsum ut lucremur rei nostræ occupatorem, non rem fraude occupatam. Etenim qui sic hominum malignitate afficitur, uitat peccata: sed & in tribulatione nihil disparem nanciscitur Domino succurrète defensionem. Qui particeps efficitur sanctæ cognitionis, plusque melleam Dei gustauit dulcedinem: non debet is aliquando de quocumque sententiam ferre, aut actionem intendere ulli hominum, tametsi toga aut pallio spoliatur. Quam enim immane est discrimen, quo inter sese dissident & Dei & seculi istius

istius alumni? Mandat lex, Non facies iniuriam proximo tuo. Et, Non dormiet merces mercenarij apud te. Non maledices surdo, & coram cæco non pones offendiculum. Patrocinia stes, Non facies uiolentiam pauperi (Pauper enim est): neque inhonores infirmum in portis. Dominus enim iudicabit iudicium eius. Et hæc quidem uetus illa lex, ut quæ imperfecta erat, cum nodum adultis & pusionibus ad eum modum texebat sermones. Christi autem lex perfecta cum sit, perfectis iam & qui participes facti sunt solidi cibi sua præscribit mandata. Ait enim Dominus, Orate pro calumniantibus uos & persequentibus. Hoc expleuerunt præceptum initio coruscantis fidei, illi germanè Christi discipuli Stephanus & Iacobus. Ille quidem creberrimo lapidum iactu adobrutus, hic uerò præcipitio traditus neci, uterque pro suis interfectoribus preces fudit. De Iacobo enim Ioannis fratre memoriæ proditum est quod is (cuius delatione fuerat denuntiatus,) cum uidisset Iacobum rapi ad mortem, ductus penitentia pedibus pròcidit beati dicens, Indulge mihi. Beatus uerò aliquantum morulæ restitans respondit, Pax tibi. hoc dicto in illius amplexus ruit & oscula. At ille uoce exerta Christianum se esse professus est, eique adnumeratus est, quem incusarat & brauium cum illo affectus supernæ uocationis. Ait autem & Petrus, Quæ enim gloria, si peccatis & colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum, ut in eo quod detrectant de uobis tãquam de malefactoribus, suppedescant qui calumniantur uestram in Christo sanctam conuersationem. Inducit, Nouit enim Dominus pios

Vide EN-
sebiu. c. 9.
libri. 2.

ωοιορηδ
ος αλι
ς gratia
1. Petri. 2.

de tentatione eripere, iniquos autē in diem iudicij cruciandos seruare. David, *Qui facit iudicium iniuriam patientibus, qui dat escam esurientibus. Propter hoc & ego iniquitatem odio habui, legem autem dilexi. Iam quando mandatum tuum est, ut illatam iniuriā fortiter ferens, nemini sim iniurius: isti reddiderunt mala pro bonis, ego autem orabam. Deus meus eripe me de manu cōtra legem agentis & iniqui. Paulus item, Vt quid non magis iniuriam patimini? Sed uos facitis iniuriam & fraudatis, & hoc fratribus. An non scitis, quia iniqui regnum Dei non consequentur? Alio item loco, Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Dicit autem & Dominus, Si quis angariauerit te miliare unum, uade cum eo & duo. Et ei qui uult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium tuum. Si quis te percusserit in dexterā maxillam, præbe ei & aliam. Beati enim eritis, cum oderint uos homines & separauerint propter filium hominis. Gaudete, quia merces uestra multa est in cœlis. Ipsi gloria in secula, Amen.*

De gratiarum actione, Homilia. 117.

Silue ipsi consolamur, siue afflicti nos quæpiam tribulatio, quocunq; in statu consistimus, iuxta apostolicam sententiam, gratiarum actionem debemus exsoluere. Dominus enim animarum nostrarum curator prouidentissimus perinde atque unus aliquis

aliquis medicæ rei experientissimus, nostro omnium usui ^{A simili.} consulens tribulationes infligit & acrimoniam asperitatemque urentis cauterij aduersus coalescentem morbum admouet, integer ut sit homo & incolumis. Et tanquam pater in liberos pientissimus, si quādo perpenderit suum ipsius ^{simile alterum.} filium quippiam designare indecori, castigat illum. Quod si perspexerit neglectim admittere correptionem aut implacide ferre, obsecrat & hortatur: ita nobiscum agit benignus noster Dominus ac pater, quæ nouit nostræ profutura saluti, inuehit omnia, siue consolatione opus est, aut certè asperitate correptionis, ut qui tam amanter erudit filios. Tribulationibus igitur attriti tanquam genuini ac legitimi non item ut spurij tantò ampliorem debemus rependere gratiarum actionem. Si Christus suapte substantia Dominus est noster, si idem & Dominus est dispensatione assumptæ carnis (Ipse enim nos cum non essemus, condidit, conditos sed peccati tyrannide mortuos proprio redemit sanguine): nos inuites serui quam illi resolvere dignam possumus gratiarum actionem? Quod si tum gratias rependimus, tantissè dum commodè habemus fœlici rerum latissimè cadentium successu, nihilo deprehendimur ingratissimis illis Iudæis dissimiles: qui cum Domino suspicienda miracula edente in eremo uescerentur panibus, dicebant, Hic est uerè propheta, eumque propè arreptum regem erant facturi. At ubi istis tam malè gratis dicebat, Operamini non cibum qui perit, sed qui manet in uitam æternam, subiungere: Quod signum ostendis nobis? Patres nostri comederunt manna in deserto. Sic enim meritò in nos appositè detor-

quebitur illud. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Qui planè talis cõperietur, usque in seculum non uidebit lumen. Ne quæso, tam auerse gratos repræsentemus morum similitudine, magis autem discipuli gratiæ qui sumus, sumus per continentem actionem gratiarum illis exemplo, ut in nobis contemplati lumen splendescere piæ gratitudinis, queant à densissima caligine ingratitude qua obuallatur, emergere. Illud enim Pauli, In omnibus grati estote, in genere uim obtinet præcepti: siue quis animi iucunditate perfruitur, siue nubilo tegitur tristitiæ, siue tribulatione afflictaur anxius aut certè diffunditur gaudio, debet nihil minùs agere gratiarum actionem, qualis nihil obscure fuit eximius ille

δ'εκαβο= Job. Is enim perditis semel omnibus, domo insuper decem
εσὸν, αὐτὸν= contignationibus fastigiosa adæquata solo, sed & filiis,
τρον λεγέ= (interim dum geniali epulo inuitant se & indulgent.) rui-
δ'εκα na oppressis: quam Domino pro his rependit gratiarum a-
σι γορ. ctionem? Nimirum accepto hoc nuntio dicebat, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita & factum est, Sit nomē Domini benedictum. Nec eatenus solum perspicuum specimen edidit suæ in Deum gratitudinis, sed & in sterquilinio sedens, in uermium erumpentium saniosa cõsistens putredine, simul atque conuiuam uxorem audiuit obuiuentem illud: Dic uerbum aduersus Dominum & morere, os impudenti obturauit dicens, Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini, mala quid ni sustineamus? Hoc insigni argumento internofcitur qui nihil fucate gratis est: dum inter medias deprehensus calamitates, toto pectore gratias agit Domino. Contra, cognobile

cognobile iudicium uiri malè grati: is dum angitur quapiã tribulatione, si est querulus, si murmure interstrepit, si discrutiat ob hoc miserè, si tuetur causam suam & excusat innocentiam, & si qua his similia. David item sanequam aduersitatis tolerans, dumq; afflictaur in latitudine cordis pèrmanens, ut primùm mortem intellexit pueruli, è terra erexit se & supplex adorauit Dominum. Is nonnunquã dicebat, Quis sum ego Domine mihi domine qui in tantum me dilexisti? Rursus hymnos melico cantu personàs dicebat, Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eius, iterum, Quæ fecisti mihi Deus magna? Quis similis tibi? Quia tenuisti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me & cum gloria suscepisti me. Propter hoc, exaltabo te Deus meus rex & confitebor nomini tuo in seculum, quia exaudisti me & factus es mihi in salutem. Ex omni enim tribulatione eripuisti me. Memor fui tui Domine & delectatus sum. Et, Benedictus est Deus qui non amouit orationem meam & misericordiam suam à me. Sed & Esaias, Benedicam te Domine, quoniam iratus es mihi & misertus es mei. Zacharias, Si quid bonum eius, & si quid pulchrum: ab eo. Paulus quoq; ait, Omne quodcunque facitis in uerbo aut in opere: omnia in nomine Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Iterum, Quam enim gratiarum actionem possumus reddere pro uobis. Nos itaq; Deo & patri perpetem & indiulsam gratiarum actionem repèdamus, qui ne unigenito quidè filio suo pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Gratias insuper agamus Christo

Deo, quia nos tanti aestimauit, quos proprio sanguine redimeret de maledicto legis, factus ipse nostri causa maledictum. Ecquam laudem, quamue gratiarum actionem ipsi possimus exsoluere pro omnibus bonis quae nobis humilibus opulenter contulit? Gratias denique agamus sancto spiritui qui in lege, in prophetis, in nouo item locutus est testamento, qui mentes nostras prius quidem densa caligine ignorantiae tectas illustrare dignatus est ad cognitionem operationemque suorum ipsius mandatorum, qui os nostrum adaperuit ad confessionem & gratiarum actionem bonitatis ipsius. Ait insuper Euangelista, In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi pater Domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Ita pater quia sic fuit placitum ante te. Ipsi gloria in secula, Amen.

De letitia & delectatione in Deo, Homilia. 118.

Horum est oblectatio letitiaeque illa celebris: qui erga Deum, charitatem perfectam in deptiam sunt. Nam quotquot praesentia perfruuntur Spiritu sancti, in ipso iucundantur & exhilarescunt: qui nimirum apostolorum sunt affectatores, prophetarum & martyrum, qui in monastica disciplina exercent se, qui persecutiones, afflictiones, tormenta ducunt animi esse integram iucunditatem, & que mundi sunt omnia ad suaues illecebras prolicientia, loco habuerunt uilium stercorum, ut Christum lucrifacerent. Ignis, bestiae, gladius, fames, praecipitia, & quae supersunt caetera, tales oblectant,

oblectant, dum toti in Deum flagrant charitate, contestante Esaias, Erunt redempti & congregati per Dominum: letitia sempiterna super caput eorum. Omnis uidens eos, cognoscet illos: quia isti sunt semen benedictum a Deo & letabuntur super Dominum. Rursus, Ecce qui seruiunt mihi, comedent, bibent & letabuntur & exultabunt in letitia. Sophonias, Inducet super te letitiam in dilectione sua. Naum, Celebra Iudaea festiuitates tuas, redde Domino uota tua, quia ascendit insufflans in faciem tuam. Dominus item ait discipulis, Accipite Spiritum sanctum. Dauid, Letabor & exultabo in te. Haec enim dies quam fecit Dominus: exultemus & letemur in ea, nempe resurrectio Christi. Et, Letifica animam Domine serui tui, quia ad te leuavi animam meam. Et, Anima mea exultabit in Domino, delectabitur super salutari suo. Etenim letatum est cor meum & exultauit lingua mea, quia replebis me iucunditate cum uultu tuo. Iucunditate enim tali adimpletur quis per charitatem erga Deum, Letitia enim iustorum, ipsa est erga Deum charitas. Talis denique alios etiam eo adhortatur dicens, Venite, exultemus Domino. Et, Seruite Domino in letitia. Et, Delectare in Domino, hoc est, frueri dulcedine eius. Dicit enim scriptura, Comede fili fauum, ut edulcetur guttur tuum, & dabit tibi petitiones cordis tui. Discipulis enim dixit Dominus, Si diligitis me & mandata mea seruaueritis: quodcumque uolueritis, petetis a patre meo & dabit uobis in nomine meo. Iterum, Letetur cor querentium Dominum. Et, Letamini iusti in Domino. Et, Letabitur iustus in Domino. Et, Letetur Israel in eo qui fecit & filij uicior.

Syon exultauerunt in rege suo. Habitatio enim in te quasi letantium omnium. Alius item, His qui seruiunt mihi uocatur nomen nouum, quod benedictum erit super terram. Quotquot enim seruiunt ei in timore, & exultant in tremore, hi sunt filij Dei uiuentis. Parcmias tes proinde ait, In letitiis non admiscetur tristitia. A choro enim iustorum fugit dolor & tristitia & gemitus. Et, In die bonitatis uiue in bono. Iterum, Oculus uidens bona delectat cor. Corde autem exhilarato facies reuirescit. Ait enim Dominus, Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. fama autem bona impinguat ossa, quemadmodum & anima Pauli, cum dicebat: Gaudeo & cōgaudeo omnibus uobis. Et, Cor gaudens bene ualere facit. Apostolus, Gaudete in Domino, iterum dico gaudete. Sed & in Euangelio ait filio pater, Latari autem & gaudere oportebat, quia filius meus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuētus est. Ipsi gloria in secula, Amen.

Anxiam & intempestiuam sollicitudinem esse uitandam, Homilia. 119.



Vra illa nimisquam anxia de his quæ temporaria istius uitæ cōcernunt usum, hominis est planè infidi & pusillanimis. Neque enim sic solliciti, in eum iam inclinamus indubia spe, (cui de nobis prouida est cura) Deum nempe nostrum: sed in nos ipsos reclinamus spem, de nobis ipsis tantopere solliciti. Si enim uisibiliū curam bonorū quæ nobis benignè benignus impartit, nō permittimus eius fidei: quo pacto de inuisibilibus, (quæ alioqui se certò nobis p̄misit daturum) fidem illi

commo-

commodabimus? Non hic consentaneus est ordo bona obtinendi, magis autem queramus ipsius regnū & hæc omnia adiicientur nobis, iuxta eiusdem uerbum. Tantò sanè præstiterit, inque rem nostram cedit scilicet, si his (quæ nostra neuitquam sunt) cōtemptim transmissis, quæ propriè nostra sunt, tota alacritate expetemus nempe incorruptionem & immortalitatem. Incorrupti enim ubi iam & immortales fuerimus per purissimam speculationem, conspicua expleti Dei apparitione quaquauersum illustrante nos & circumfundente radiantissimis illis splendoribus, ut olim discipulos in augustissima illa Christi transfiguratione, participes autem intellectus ipsius in nos effusa lucis, consortes quoque unionis intellectum longè exuperantis, in illis constituti nulli dum cognitis ac beatis ei aculationibus sine uibramentis prænitentium radiorū, in diuiniore cælestiū mentium scilicet imitatione. Tunc enim ut diuinum asseruit uerbum, Angelis æquales erimus & filij Dei, resurrectionis inquam erimus filij. Eleganter sanè concionatur Ecclesiastes, Dulcis somnus serui, si parum & si multū comedet. Inducit, Est infirmitas quā uidi sub sole. Diuitias conseruantem & hoc suo labore in malū sibi, & peribūt diuitiæ illæ in occupatione mala. Et certè omnes dies eius in tenebris & luctu & in indignatione multa & infirmitate. Et labor eius in uentum transuolabit. Quemadmodū enim aduenit nudus, sic & abibit. Subinde uerò potestatem non dabit illi Deus ut comedat de labore suo, sed uel extraneus comedet illius diuitias. Propter quod pauper nouit pergere obuiam uitæ. Alius item, Ne sollicitus sis de crastino. Non enim scis, quid crastina

crastina pariet dies. Iterum, Noli gloriari in crastinum.
 Neque enim scis, quid tibi occurret. Trāssibit enim uita no-
 stra, tanquā uestigia nubis. Vmbræ enim uia, tempus no-
 strum, & non est reuersio finis hominis. Dauid quoque, Ia-
 eta super Dominum curam tuam & ipse te enutriet. Non
 enim uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens pa-
 nes. Non confundentur in tempore malo, sed in diebus fa-
 mis saturabuntur. Venationem enim benedicens benedi-
 cam: pauperes eius saturabo panibus. Petrus item, Omnem
 sollicitudinem uestram prouicite in eum, quia ipsi cura erit
 de uobis. Nec aliter Paulus, Dominus prope est, nihil soli-
 citi sitis, sed in omni oratione & obsecratione petitiones
 uestræ cum gratiarum actione innotescant apud Deum.
 Rursus, Potens autem est Deus omnem gratiam super-
 abundare facere in uobis, ut in omnibus omnem sufficien-
 tiam habentes abundetis in omne opus bonum. Dominus
 item, Nolite solliciti esse animæ uestræ quid manducetis
 aut quid bibatis: neque corpori uestro, quo induamini. Scit
 enim pater uester cælestis, quia his oibus indigetis. Quæ-
 rite autem primū regnum cælorum, & hæc omnia aduici-
 entur uobis. Ipsi gloria in secula, Amen.

De primitiis, Homilia. 120.



Vantum attinet ad primitias, his exoluen-
 dis modis omnibus obstringimur ex his etiā-
 num quæ sunt proprio quæsita labore, ex cor-
 poris uiribus quas benignè ipse suppeditat
 Dominus, quâsque sua solius prouidentia suggerit, dum no-
 stri prouidam agit curâ, iuxta scripturæ tenorem dicentis:

Honora

Honora Dominum de tuis iustis laboribus, & primitias of-
 fer ei de tuis fructibus iustitiæ, ut impleantur horrea tua
 frumento. Lex quoque, Non apparebis uacuus in conspe-
 ctu meo. Et, Primitias fructuum tuorum inferes Domino
 Deo tuo. Et, Ne sis incredulus ei, nomen enim tuū in illo est.
 Primitias aræ & torcularis non tardabis reddere. Do-
 num primitiarum offeret hæc Domino. Et, Offeres sacrifi-
 cium primitiuorum tuorū. Et, Placationis hostiam offeret
 sacerdos pro peccato suo & auferetur ab eo. Rursus,
 Et obtulerunt principes dona sua ante altare. Ezechiel,
 Omnis populus dabit primitias ei qui præsidet. Propter
 hoc Tobias dicebat, Primitias foetuum meorum dabam sa-
 cerdotibus ante altare. Alius, Non apparebis in conspectu
 meo uacuus. Hæc enim omnia propter mādaturum da altissi-
 mo, iuxta datum ipsius, & multipliciter retribuet tibi. In
 bono oculo glorifica Deū & ne imminuas decimas manuū
 tuarum. In omni dato hilarem fac uultum tuum, quia obla-
 tio iusti impinguat altare. Sed & præcepti istius obseruās
 Dauid, Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi
 uota mea, que distinxerūt labia mea. Holocausta medulla-
 ta offeram tibi cum incenso & arietibus, offeram tibi boues
 cū hircis. Idem hortatorio sermone alios submonens, Affer-
 te Domino filij Dei, afferite Domino filios arietum. Tollite
 hostias & introite in atria eius. Et, Vouete & reddite
 Domino Deo nostro omnes qui in circuitu eius afferent
 munera, hoc est qui propius ad eum illum. Apostolus, Ut sim
 minister Iesu Christi, in gentes administrans Euangelium
 Dei, ut fiat oblatio gētium acceptabilis sanctificata in Spi-
 ritu

V ritu

ritu sancto. Itaq; ceu dixi, homo omnis primitias ac decimas offerre debet domino deo, nec ullus est qui prætexere possit ac tueri se uelamine paupertatis. Nemo enim uidua illa pauperior usquam inuenitur quæ duo minuta obtulit, cæteris alioqui omnibus ampliozem retulit gratiam. Præcipuè autè monachi offerre Deo debèt primitias & decimas. Nec eas modò, quæ in conspicuo sunt ac propalâm uidentur, hoc est ex iis quæ aliorû munere ipsis distribuuntur aut ex opere manuû resiliunt cõmoda: sed & spirituales hostias, aut quarum oblatione gaudet tantò præ illis Deus. Offer totum te Deo in holocaustum per aram confessionis & lachrymarû. Id quod subindicat illud, Boves cû hircis. Comite quidè oratione sed quæ sincera sit, & hæc euaporatio est fragrãtis incensi. Offer ei pectoris tui partem intimam, illam nimirum quæ suapte natura est ad iracûdiam procliuior. Offer duos renes, Temperantiam uidelicet, Caput item cum pedibus, mentem nempe animæ portionem primiceriam unâ cum operationibus uic siue conuersationis rectâ ad uitam prouebentis, omnem offer animi conceptionem, opera da illi omnia & motum corporis atq; contemplationem Deo cõsecrandam transcribe corde cõtrito. Te ipsum sic si in holocaustoma obtuleris Deo: lepram animæ tuæ pressius adhærescentem, obscenas nimirû passionés expurgabit, efficiere autem tu altare imò tẽplum spiritus sancti, audies dici tibi: Vade, ostende te ipsum sacerdoti, qui Christus est, & offer munus, quod præcepit Moyses ei qui in spiritu Iudæus est, in testimonium eius adoptionis, quam affecutus es. Ipsi gloria in secula, Amen.

De propi-

De propitiatione aut placatione,

Homilia. 121.



Ecesse sit, ut pro suis primùm peccatis Deum fleat & repropitiet sacerdos, atq; utinam sic: deinde pro populi, iuxta Domini mandatum dicentis: Munda prius, quod intus est callicis: & tunc, quod deforis. Qui enim possit unus aliquis irato aduersum se Deo ac malè ppitio, pro populi exorare peccatis? Offer holocaustoma tuñ & populo cõciliabis placabile numen. Liqueat, quod si is primùm suas eluat sordes, utique & domesticos expurgabit. Tunc deinceps (ait scriptura) eleuatis Aaron manibus benedicet populo. Ezechiel pinde ad hunc locutus est modum de sacerdote, Vinum non bibet sacerdos, quãdo ingreditur atrium interius. Apostolus item ait, Quemadmodum pontifex prius pro peccatis proprius hostiam offert, deinde pro populi. Dicit enim, Lex constituit pontifices infirmitatem habentes. Rursus, Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui cõdolere possit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipse circûdatus est infirmitate, & propterea debet, quemadmodum pro populo: ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Vt igitur dictum mihi superius est, necesse sit eum qui ad id muneris Deo uocante adsciscitur, offerre dona & sacrificia pro populo: prius tamè debet is suam ipsius animã, corpus item expiare ab omni feceriueterati hominis. utinam pro aliis quoq; ausit nihil dispari

V ij

legatione

legatione perfunctus deprecationes offerre Deo, ac imitatur eximium illum pontificem Zachariam præcursoris patrem. De hoc enim contestatur scriptura, quia erat iustus incedens in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, sine querela. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur, ingressus est in templum ut incensum poneret, & erat omnis multitudo expectans eum foris, tempore incensæ. Apparuit autem illi angelus Domini stans à dextris altaris, & dixit, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem, & erit tibi gaudium & exultatio. Erit enim magnus coram Deo. Ipsi gloria in secula, Amen.

De dignitate & functione pontificis,

Homilia. 12. 2.

Hæc desum
psitex Dio.
Areop. tū
aliās, tum
ex. i. c. Ec-
cles. Hic
arch.

Pontificia dignitas iuxta ueterum traditionem, prærogatiua ordinis ambit & completitur: sacrarum rerum functionem omnem, cum præ-eminentia ordinis qua omnibus præpollet, habeat cæteros qui ad Dei cultum intermedij sunt, consecrare & primarias illas quæ ab ipso Deo cœlitus inspirantur, uisiones interpretari. Sanè oportet pontificem uirum esse præter alios afflatum fauore numinis, imò diuinum, totiūsq; sacratiores scientiæ & cognitionis per quam plenum, quem admodum Paulus suo per epistolam scribit Timotheo, Oportet episcopum esse irreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctore, nō uinolentum, non percussorem, non turpi lucro deditum, sed modestum, non liti-

giosum

giosum nō cupidū. Nec secus Titum admonet, Oportet episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorē, hospitale, iustum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contradicunt, redarguere. Ephesios insuper his uerbis cohortatur, Attendite uobismetipsis & uniuerso gregi, in quo posuit uos spiritus sanctus episcopos pascere ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine. Messis nanque multa, operarij uerò pauci, hisce nimirum temporibus nostris, quando fames inualuit audiendi uerbū Domini, eoque oremus Dominum messis, ut emittat operarios in messem suam, operarios sanè tales qui uerbum ueritatis dispertiantur rectè & tractent, qui nullo deterreantur probro, irreprehensibiles, operarios integræ & incolumis fidei, luminaria orbis terrarum, qui operentur cibum non qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Operarios planè tales, cuiusmodi apostoli fuisse, illis asimiles, quibus dicebatur: Nunquid non uos opus meum eritis in Domino? Coöperarios Domini in euangelium qui operentur hominum salutem. Nō enim uult Deus mortem peccatoris, magis autem ut conuertatur & uiuat. eoque dicebat Ezechiel: Fili hominis, speculatore m dedi te domui Israel. Audies ex me uerbū & interminaberis eis: dicente me iniquo, morte morieris, si non prohibueris eum: sanguinem de manu tua requiram. Quòd si contestatus fueris eum, & non auersus fuerit ab iniquitate sua, in peccato suo morietur, & tu animam tuam liberabis. Et, Iustus si se auerterit à iustitia sua & deliquerit: ipse in peccato suo morietur. Nō erunt

V ij

in me-

in memoria iustitiæ eius quas fecit, & sanguinem de manu tua requiram, quia non prohibuisti eum. Et tu si prohibueris iustum, ne peccet, uita uiuet & tu animam tuam liberabis. Inducit, Viuo ego, dicit Dominus: quia nolo mortem peccatoris, magis autem ut conuertatur & uiuat. Ecquid ait Dominus Petro? Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis. Vis uerbi istius quàm operatoria sit, quàmque efficax, expende. Non dixit, Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in terra. Sed quid? Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata in cælis: uide inquàm solerter, ut dum quempiam censura excommunicationis cogeris ferire, dum arces templi aditu, dum gradu deicis: habeas rem hanc horrore quippe qui Deum ipsum inuoces sententiæ tali tuæ suffraganeum, quasi qui dum hæc facis, contestere eadem sancita esse & in cælis. At interim inhorrescit totus qui eliminatur templi aditu, aut gradu deturbatur, ut qui intelligat excludi se regno cælorum. Vide rursus dixerim, ô sacerdos, quid agas. Quæ enim deorsum uinculo innectis oris tui: certo tibi persuade eadem sanciri sursum & comprobari. Non enim uinculum eiusmodi impune ut: si quidem iniuste quempiam ligaueris. In consistorio enim illo angelorû exactissimè rationem repositurus es. Nequem uinculo implicueris, ira aut uitiosa ulla affectione incandescens. Non item quasi te ipsum ulciscens, quin potius quasi pro tuenda uirtute decertans. Vlscitur enim Deus ac defendit iniusta censura ligatum, si quidem is comperitur non cõtempnisse uinculum. Qui igitur citra fucum ullum Christi pascit gregem, iure uocatus legitur, Os Domini: Ait

enim

enim Hieremias, Si eduxeris pretiosum à uili, quasi os meum eris. Hæc ueri sunt pastoris insignia, ut animam suam ponat pro subditis. Id si tergiueretur præstare, sibiq; præcipiti fuga consulat: pœnam subire cogetur illius mercenarij, qui lupo se uicente desertor factus est ac refuga gregis, audietq; à principe pastorum in se detorqueri illud: Non exquisierunt pastores oues meas. Non pauerunt eas. Et, Exquiram oues meas de manu eorum. Tale aliquid inuenisse liceat apud ireneum. Ait enim is de Ioanne Theologo, quod cum uidisset is adolescentem quædam natiuæ idolis dexteritate præsignem, rudimentis fidei instruxit, instructum baptismo admouit. Hunc ciuitatis episcopo curandum dedit dicens, Adolescentem hunc tuæ cõmendo fidei & iter arripuit Episcopus non instrenuam operam alendo puero commodauit. Non mediocriter hunc amabat, adeoq; promouebat adolescentem initio. Sensim cum oscitanter illius ageret curam pueri, à rectitudine uicæ deflexit tandem, ita ut princeps efficeretur latronum. Cùmque eò loci se postliminio recepisset Theologus, repoposcit ab episcopo sibi repræsentari depositum. Is arbitratus cõmendatitiam pecuniam à se reposci, hærebat dubius animi, quid responderet: quippe qui nihil ab apostolo accepisset pecuniæ. Tunc nihil dissimulanter aperit rem episcopo, inuenem illum quem tuæ fidei credidi, redde. At hic collisis manibus & complois respondit, Ille mortuus est atque ita enarrauit quæ illi contigerant. Tum apostolus magno cum fletu caput percussit & ait, Bonum te custodem reliqui fraternæ animæ, simul dicto egressus est ad persequendum iuuenem. At hic ut uidit Ioannem, fuga

concutus

Att. impie
 ἡ ἔραστῆ
 sig. i. uthe
 ri, contu=
 max i. chri
 sti uicariū.

Ipeneus et
 Clemeus.
 vide Euse=
 bi. li. 2. c. 18
 eccles. hi=
 storie.

Ioan. Euā=
 gelista pri=
 mus omnium
 theologus
 dictus.

concutus dilabebatur, Clamabat Ioannes, Expecta fili patrem tuum. Miserere canicie huius meae. Cumque is propius accessisset prœcidit senis genibus, dextera alioqui contracta. Euangelista proinde exosculabatur manum illius dicens, Super me peccatum tuum fili. A me requiret Deus animam tuam. Is conuersus uelut postliminiò factus est uas electionis. En istud est pastorem probè agere, ac sinceriter animam ponere pro ouibus. Hanc ob rem incredibile gaudio perfunderetur, mirèque oblectabitur & hilarescet ubere fœtura ouium suarũ. Gaudebit sanè si singulas quasque compererit incolumes, si nulla è septis exerrarit. Si quã demum dispalantem & erraticam Dominus deprehenderit, Væ erit eiusmodi pastoribus. Caterùm ipsi pastores si comperientur in pudendos errores prolapsi: quid hos spes sui gregis Domino responsuros? Num quèd improbitate ouium dispalantes exerrarint? Talibus utiq; ne tantillum fidei commodabitur. Id enim incredibile, ut ab oue pastor quicquam patiatur: uel ob hunc maximè mendacem prætextum, atrociores lucent pœnas. Quum igitur perspicuè cognorint non perfunctoriam reddicturos se esse rationem (ut qui præsumt ecclesiæ, primasq; obtinent cathedras) se ipsos unã cum grege sibi concredito exactiore diligentia præmunt: ut Deo gratiosi specimen aliquod edant suæ industriæ. In nomine enim Dei nihil deprehendes quod carnis resipiat prudentiam. Fructus siquidem Spiritus omnes salutare sunt, in quibus inhabitat Deus & inambulat, qui & conspiciuntur tanquam luminaria in mundo; cum uerissimè sint pietatis exultatio & gloria. Sanè augustior hic sacer-

sacerdotum principatus, sacer ordo & scientia est. Sacri igitur principatus istius scopus hic est, Deo (quantum humane sinunt uiriculæ) ut se assimilet atque uniat, Deum habens sacræ totius scientiæ & operatoriæ uirtutis præceptorem dum aciem mentis intendit in augustissimam illius pulchritudinem nihil euarians. Pro modulo autem uirium, Deum imitatus suos etiam socios diuinas imagines perficit, specula nitidissima & immaculata, capacia primariæ illius lucis, radij prorsus diuini. Hanc rursus Hierarchicam functionem in cætera suo quæque ordine relucetia trãsmittit. Non enim fas sit sacrorum ceremoniis aut sacrè initiatis quicquam omnino efficere præter proprias & eas sacras constitutiones. Itaque Hierarchiam qui dicit, sacram quandam in genere exprimit distinctionem, imaginem diuinæ illius pulchritudinis, quæ natiuum splendorem explicat, seque exerit in ordinibus ac multiiuga cognitione Hierarchiarum, dum sanctè perficit propriæ illuminationis arcana mysteria, dum ad propriam originem (quatenus fas), reducit. Ea enim est Hierarchiæ perfectio, ut secundum proportionem cuique propriam, hominem promoueat ad imitationem diuinæ bonitatis ac Deo coöperetur, reque ipsa declaret diuinæ uirtutis efficaciam (quatenus est attingibilis) in seipso relucetè, dum illuminatur in primis ac pinde ceteros circumfundit lumine, dum purgatur & purgat, in diuinis dum perficitur & perficit, adè ut quisquis uos contuetur, facillè intelligat semen uos esse benedictum à Domino, uerè semen estis honorabile, regale sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem Dei, hæredes immortalium & immarcescibilem

sibilium promissionum, quas non uidit oculus, non auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quas preparauit Deus diligentibus se & obseruantibus madata sua. Ait autē & Petrus, Pascite qui in uobis est gregem Dei prouidentes non coactē sed spontaneē secundū Deum: non turpis lucri gratia, sed uoluntariē: neq; ut dominantes in cleris sed forma facti gregis, ut cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem glorię coronā. Dominus item, Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus. Mercenarius autem & qui non est pastor, uidet lupum uenientem & dimittit oues ac fugit. Et lupus rapit oues & dispergit, quia mercenarius est & non pertinet ad eum de ouibus. Inducit, Propter hoc me pater diligit, quia ego pono animam meam pro ouibus. Ipsi gloria in secula, Amen.

¶ pro uia
teste Occu
menio.

De ordinatione cleri, Homilia. 123.

Rationi prorsus consentaneum, suum ut sacerdotes imitentur per omnia pontificem, quemadmodum Christi imitator pontifex est: bonus ut sit, pia gestitet uiscera, alat cōcordiā, nihil non ex æquo & bono faciat ac interpretetur, de se quā modestissime sentiat, fraternæ dilectionis obseruans sit, sit hospitalis, omnium malis indoleat & cōpatiatur, sit misericors. Sacerdotes quæ agnouerint à rectitudine deflexisse, conuertant ac reuocent in uiam. Nullum non uisitent infirmum. Prouidam agant curam uiduorum, pupillorum & pauperū. Prouideant bona semper coram Deo & hominibus. Omnem à se eliminant iram, personarum acceptionem,
iudicium

iudicium iniustum, auuiditatem pecunię. Nō facile cōmodent fidem delationibus. In pronuntiando iudicio præfracti ne sint aut æquo seueriores: ut qui sciant neminem non esse debitorem peccatorum. Nos igitur qui Dominum obsecramus, debita nostra ut dimittat, nihil grauatim debemus & nos dimittere. In oculis enim uersamur Domini ac Dei. Hoc tenore uitę Diaconi etiamnum conuersentur. In conspectu iustitię Domini ingrediantur sine querela tanquā Deo & Christo ministrantes non item hominibus. Sedulo & accuratē administrent, illam ut defugiant propheticam imprecationem, ne illi per oscitantiam se reddant obnoxios. neue priores honoris partes præcerpant & occupent prætextu tuendi cultus diuini, sed omnia (iuxta apostolum) honestē & secundū ordinem fiant. Quid enim indecori faciebat Ozias Deo dum adolēret incensum? Quid item Saul, uictimas dū offert? Quid porro tyrannici illi dæmones Dominum uerē esse Deum dum profitentur? Sed horū theologia explosa est. Vnusquisq; autē in ordine perstet suę functionis. Ait item lex, Solus pontifex in sancta sanctorū intrabit semel in anno. Idq; in omni Hierarchica purificatione, & sacerdotes cōoperiant sancta. Et, Leuitę ne tangant sancta ipsa, ut ne moriantur. Et iratus est furore Dominus super temeritate Ozā. Sed & Maria percussa est lepra, quum temere molita esset legem sancire legislatori. In filios Sceuē insiluit dæmoniachus. Et, Non mittebam eos, & ipsi currebāt: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabāt. Et, Impius qui immolat uitulum, quasi qui occidit canem. Atque ut compendio perstringam, exactissima Dei iustitia non

Diaconorū
cōuersatio
quæ esse de
beat.

Ex episto.
Arcop. 6.

sustinet quicquam fieri præter ordinis decórum. Dicentibus enim illis, In nomine tuo uirtutes multas fecimus, respondetur: Non noui uos. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Non itaq; fas esse astruunt sacra eloquia, ut quis quantlibet iusta administret, nisi pro dignitate ac seruato decóro. Attentum sanè unumquemque sibi oportet esse, ut ne intelligere moliatur, quàm pro modulo ingenij sublimiora & profundiora. Secum quidem taciti cogitent quæ per ordinem sibi imperata sunt, ut ne sint calumniatores, non bilingues: sed quam minimum ut sint pecuniæ auidi, continentés, erga omnes pij, strenui diligentia, secundum Domini ueritatem incedentes, qui omnium factus est minister, cui placidè si obsequemur in præsentí seculo, illius promerebimur perfrui gloria in futuro, quemadmodum pollicitus est nobis, se nos ex mortuis excitaturum: quòdque si ipso dignè conuersabimur, cum eo simul & regnabimus. Dixit enim, Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum: pater meus. Ipsi gloria in secula, Amen.

Sacerdotes uenerationi atque honori habendos, Homilia. 12. 4.



Gnatius cognomento Theophorus per epistolam dicit, Episcopo obtemperate, ut & Deus uobis. Recreor in Episcopo, qui mihi subrogatus est, presbyterisque & Diaconis, quibus cum contingat utinam habere me partem in Deo. Rursus, Testis mihi est, in quo & uinctus sum, quia per carnem

carnem humanam non cognoui. Spiritus autem sanctus ipse prædixit hæc, Sine episcopo nihil facite. Nihil igitur tentandum uobis est sine annutu episcopi. ubi enim conspicietur adesse episcopus, eò se conferat multitudo: quemadmodum ubi nominatus est Iesus Christus, eò cogitur & confluit catholica ecclesia. Non enim quolibet passim sinuntur pecudum greges abire: sed quocunque eas abducunt pastores. Nam eas quæ se submouent & disparant à grege reliquo, feræ abripiunt: & erraticas ac dispalantes in suam conuertunt alimoniam. Itaque quoad eius fieri potest, sine Episcopo nemo baptizet, nõ Agape celebretur. Nam quicquid ille probauerit faciendum, hoc Deo perquam acceptū scitote esse. Episcopum qui honorat, utiq; honoratur à Deo. Qui clam episcopo quiduis operis aggreditur: diabolo exhibet culturã. Neesse igitur Episcopo subiecti ut sint etiã presbyteri, ut & apostoli Iesu Christo, qui nobis spes unica est in quo si uiuimus, inueniemur tandem. Sed & diacones qui sunt, oportet mysteria Iesu Christi ut dum administrant, dent interim modis omnibus operam, grati ut sint omnibus atque amabiles. Non enim esculentorum sunt aut poculentorum ministri, sed ecclesiæ Dei subseruiunt. Neesse igitur hi ut uitent crimina perinde ac ignem. Nec secus diaconos reuerenter obseruent omnes atque Christum Iesum: & Episcopum, quasi patrem. Presbyteros ut Dei conciliū & quasi uinculū apostolicæ charitatis. His sine, ne utiquam uocatur ecclesia Dei. Nulli igitur fas unquam fuerit, obniti ac reclamare sacerdotis imperio. Qui enim resistunt, damnationem sibi acquirunt. Principi enim populi tui non male-

A simili er gumētum.

Ritus hic baptismi ueris attinēgitur.

dices. Dominus item eximius ille Pontifex ait, Qui suscipit uos, me suscipit: & qui me suscipit, suscipit eum qui me misit. Et, Qui suscipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet: & qui suscipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Ipsi gloria in secula, Amen.

De certa expectatione futurorum,
Homilia, 125.

Vtura bona quisquis certa spe opperitur, nihili isthac ducit temporaria: quin auiditate flammans futurorum, caetera omnia uitae istius ceu uile quodpiam sarmentum, aut uirulentam Arachnen transmittit propter spem sibi repositam atque gaudium. Illo enim adproperat occurrere: ubi possessionis substantia, nempe iam desiderium habet subactum. Quibus sanè cordi est caeleste illud peculium: nil tam expetunt ardentem, quam ut ex incolatu inquilini corporis euolent. Bona igitur nobis reposita & quae insuspiciabilia sunt prorsus, tota animi praestolemur contemplatione, atque ea ardenti desiderio expetamus, isthac aspernati quae solidi nihil habent & perdurantis substantiae, spe aeternorum ac permanentium exhilarati, quae nulla queat humana cogitatio comprehendere. Omni itaque custodia seruemus cor, constanter expectantes Dominum familias, nempe Christum Deum nostrum, qui nostri causa pauper esse uoluit, proque nostra omnium salute, humanae infirmitatis affli-

Etiones

ἐπιθυμῶν
τὸ ἐσθλὸν
καὶ τὸ κερταῖον

Etiones in se recepit: ut nos consortes haberet suae incomprehensibilis opulentiae, simulque futura illa & ineffabili gloria perfrueremur. quem ne quaeso desinamus sincera complecti charitate, ut ab ipso redamati, unà cum eo prouehi mereamur ad felicissimam mansionem nobis à patre adornatam & instructam, ubi in eius lumine uidebimus lumen. Formidabilis planè & horroris plena dies aduentus eius, dies magna & illustris ualde. eoque promissiones has qui indubia fide tenemus, ineloquibili & glorificato gaudio perfusi iucundemur, iugiter abstergentes concretam animae eluuiem, nequa radix amaritudinis sursum germinans interturbet, & inquinentur multi, ut nullam denuo eandem contrahens maculam aut rugam, lympidissimo ac splendidissimo perlustratur lumine. Illic enim perspicue contuebitur beatam prorsus illam nec ulla hominum industria fabricatam naturam, ubi Pater, Filius & Spiritus sanctus, sicuti Romanis dicit Paulus per epistolam, Obsecro uos per miserationes Dei, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, beneplacentem Deo, rationabile obsequium uestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed transformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis uos quae sit uoluntas Dei bona & bene placens & perfecta. Rursum, Nobis enim reuelauit Deus per spiritum suum, Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda Dei. Quis enim nouit hominum, quae sunt hominis, nisi Spiritus qui est in eo? Sic & quae sunt Dei, nemo nouit: nisi Spiritus qui est in Deo. Inducit,

Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Iterum, Si enim administratio damnationis, gloria: multò magis abundat administratio iustitiæ in gloria. Neque enim glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multò magis quod manet, in gloria est. Alius item, Iustorum animæ in manu Dei sunt: nec aliquando tanget illos tormentum. Illi autem sunt in pace. Et, Spes eorum immortalitate plena. In paucis uexati, in multis bene disponentur: quia Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Et quasi holocaustum hostiæ accepit illos: & in tēpore uisitacionis ipsorum resplendescit. Dauid quoque, Ad uesperum demorabitur fletus: & ad matutinum letitia. Et illud, Statuisti in loco spatiofo pedes meos. Iterum & apostolus, Si igitur surrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite: ubi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt, sapite: non quæ super terram. Rursus, Nunc autem liberati à peccato, serui facti Christo habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uerò uitam æternam, in Christo Iesu Domino nostro. Dominus item, Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardentes. Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis: ut cum uenerit & pulsauerit, aperiant ei. Inducit, Beati serui illi, quos cum uenerit Dominus, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis, quòd circuncinget se & discumbere eos faciet & transiens ministrabit illis, Ipsi gloria in secula, Amen.

De uoca-

De uocatione Dei, Homilia. 126.



Ominus ac Deus noster cum nos ad se inuitet per legem, per prophetas, per apostolos & euangelistas (obsecrat uerius & hortatur): quàm nefarium ac piaculare fuerit nos contemptim trāsmittere imperium Domini tam clementis, tam benigni crassa quadam socordia, animi lentore ac mollicie? tam supinè & oscitanter propriam nibili ducere salutem, ut ne uel tantillo tempore excludamur sponsi aditu, sponsi inquam desiderabilis adeò, modisque omnibus expectendi fruitione spoliemur? Vt cum fores ictibus crebrò repetitis pulsauerimus, nullo nostro fructu desideamus suspiriose per hanc nostram ignauiam ingemiscetes? Quin potiùs fratres mei alacriore utamur studio & in id toti incumbamus, ut aliquando detur apprehendere supremam illam arcem, imò ciuitatum omniũ matrem nostram sublimem illam Hierusalem, quæ sanè omnium nostrum mater est, ac regio felicissimè uiuentium. in qua lux suos quaquauersum eibrat & eiaculatur radios, inextinguibilis fax refulget, ubi oculus peruigil non dormitat, bonorum quoque nullo fine intercipiendorum largitor Deus. Si igitur dilectissimi cū timore, ardenti desiderio simul & comite fiducia accedentes tam clementi Domino prociderimus: illic contemplari licebit naturam omnem angelorum, archangelorum, uirtutum & potestatum, denique bona ineffabilia quæ diligentibus Deum initio statim conditi seculi conseruata sunt. Quotquot enim cœlestem illam Hierusalem ex animo dilexerunt, ex ea succum lactis exugent, oblectabuntque se ab uberibus conso-

Y

lacionis

lationis eius & abundè se proluent ac inuitabunt torrente uoluptatis. Ipsi igitur accollemur & adherescamus qui dixit, Appropinquate mihi & appropinquabo uobis. Ad illū nos recipiamus qui legem sanxit, Si audieritis uocem meam, eritis mihi populus peculiaris, regale sacerdotium, gens sancta, & sanctificabimini & eritis mihi sancti, quia ego sanctus Dominus Deus uester. Et, Te praelegi mihi ipsi in populum peculiarem praeter omnes gentes. Sapientia proinde ait, Accedite ad me qui concupiscitis me: & a generationibus meis implemini. Et, Memoria mei super mel dulcis. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Nam qui audit me, nunquam confundetur. Iterum, Venite comedite panem meum, & bibite uinum quod miscui uobis. Derelinquite stultitiam, ut uiuatis, & querite in cognitione intelligentiam. Dauid item, Accedite ad eum & illuminamini, & facies uestrae non confundentur. Apostolus quoque, Si igitur consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt, querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Inducit, Itaque non iam estis hospites & aduenae sed conciuues sanctorum & domestici Dei. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae, ut accipiamus misericordiam & inueniamus gratiam in auxilio opportuno. Dominus noster hominum amator ac saluās, nos ultrò ad se aduocat dicens, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauē est & onus meum leue est. Sed & illud, Venite post me, & faciam uos piscatores fieri hominum, Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.



Visquis synceriter Deum timet, non multo admodum negotio ad perfectionem prouebitur diuinæ charitatis, eoque efficitur Christi & discipulus & amicus. Ait enim, Vos me amastis. Qui eiusmodi est, utiq; ineluctabili nexu is astringit sibi mundiciam in castissimo timore Domini. Qui uerissimo domini timore ceu clauis cōfixit effrenes carnis motus, ab illo eximitur timore: crescite & multiplicamini. Vitauit proinde & illud, Ut ne ulla ex parte debeat in hominum descendere familiaritatem. Mundi istius defugit iam sollicitam anxietatē, imposturas, uoluptates, crapulae & ebrietatis intemperiem omnem. Omnimodā insuper Babylonicæ cōfusionis fuga anteuertit abyssum. Vitā istius suauiter traducendae renuntiauit illecebris: mundo quoq; uale supremū dixit, cuius & retia prupit, cōgressus mirè implexos euasit & pedicas. In terra tametsi ambulat, re ipsa declarat se cōplexum esse cōuersationem quae in caelis est. Quum enim longè istis faeliciora expetat, nihil est quod cunctetur renūtiare istius mundi lenociniis, nimirū uitam ut uiuat diuinam, caelestem, angelicam in obseruatione syncerae prorsus religionis, intemeratae ac sanctae, in spiritu Dei, patriā exhibens omnipotēti Deo propter caelorum regnū, cuius gratia supercilium omne posuit mūdane istius prudētiā. Time enim, ille ait Dominū, & custodi mandata eius. Sanè Dei mandata si custodieris: eris utique in omni operatione potens, operatioq; tua incomparabiliter succedet. Dominū enim si timueris, nihil nō decorē cōficiēs. Hic planè timor est, quo necesse sit ut timeas & salutem consequare, diabolium proinde nihil

timueris. Dominū enim qui timet, aduersus diabolum præualebit. Nihil enim huic superest uirium. Vim utcunq; qui habet aduersus illum, utiq; habet & Dei timorem: is enim cum nihil obtineat uiriū, omnium patet despiciatui & contemnitur. Est tamē quod timeas, opera nempe diaboli. Maligna enim sunt. Timore porrò Domini munitus, quid est quòd cōmenta fraudēsque ueteratorias timeas diaboli? Illius opera nequaquā adeò designabis, ut ab eis resiliās quā longissimē. Atqui timoris species duplex est. Si itaq; cupies nihil admittere quod malignū sit ac reprobum, time Dominum, & ne opereris illud. Dominū itaque qui timet, fortis utique & gloriosus. Nam quancunq; eum timuerint, obseruantēsque fuerint mandatorum ipsius: uiuent Deo. Etenim creatura omnis ipsius cum sit, eum ueretur ac timet: nō item omnis custodit illius mandata. Illorum sanē uita apud Deum reposita est, quotquot eum reuerenter timent & eius mandata explent opere. Ipse timor Domini necessitatem nobis imponit cominus conferendi cum uitis. Nobis strenuē depreliantibus, gratia Domini malitiam omnem ad interuersionem usque intercudit. Non autem potest quis ad Dei timorem pertingere, ni prius desciscat ab omni uitæ istius temporariæ sollicitudine, iuxta superiorem sententiam. Quum enim mens resederit ab omni intemperie, securā rei mundialis: tunc timor ille Dei sic requieto plurimum facescit negotij, quo eundem promouet ad exuberantem diuinæ benignitatis amorem. Seridò decertantibus in agone spiritali ipse timor expressam etiamnum imaginem adfert sanctimonie & puritatis. Timor Domini sanctus, ait Dauid,

permanens

permanens in seculum seculi. Timor Domini prudentiæ est parens. Vnū aliquem si tuetur & obseruat, nihil hic quantlibet multos timebit, potius ob hunc unum multi exterrébuntur, uel teste scriptura: Si timueritis Dominum Deum uestrum & audieritis uocem eius: nemo contra uos stabit ante faciem uestram, sed timor uester ac tremor erit super omnes gentes. Denuo adhortatur dicens, Dominū Deum timebis & ei adhærebis. Rursus, Quis dabit, ut sit sic cor populi, ut timeant omnia mandata mea, ut bene sit ei? Et quidem hæc habet lex. Sed & propheta Michæas, Et oriatur uobis timentibus Dominum sol iustitiæ. Et egrediemini & salietis quasi uituli à uinculis relaxati. Paræmiastes autē, Initium sapientiæ timor Domini & propugnaculum sancti. Timor Domini fons uitæ, ut faciat declinare à laqueo mortis. Iterum, Beatus, cui donatus est timor Domini. Timor Domini ad uitam uiro. Timor Domini delectabit cor, & dabit letitiam & gaudium. Timor Domini, donum est à Domino. Timenti enim Dominum bene erit in nouissimis, & in diebus defunctionis ipsius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere Dominū & inebriabit eos de fructibus suis. Iterum, Concupiisti sapientiam? serua mandata, & Dominus dabit eam tibi. Qui timent Dominum, nihil uerebuntur aut expauescent, quia ipse spes illorum est. Dauid, Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Quia secundum altitudinem cœli à terra corroborauit Dominus misericordiam suam super timentes se. Et, Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet & saluos faciet eos. Et, Firmamentum Dominus

Y iij

timentium

Timor duplex.

Sine castus
ἐγυος.

timentium se & testamentum suum manifestabit eis. Ecce enim oculi Domini super timentes eum. Idem de seipso, Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Afflatus quoque aura Spiritus sancti ait, Particeps ego sum omnium timendum te, & custodientium mandata tua. Iacobus autem, Quæ desursum est sapientia, primū quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia & fructibus bonis, absque diiudicatione, sine simulatione. Fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem. Petrus uero, In omni gente qui timet Dominū & operatur iustitiam, acceptus est ei. Dominus item, Nolite timere eos, qui corpus occidunt: animā autem non possunt occidere. Timete autem magis eum qui postquam occiderit, habet potestatem & animam & corpus perdendi in gehennam. Certè dico uobis, eum timete. Ipsi gloria in secula, Amen.

De charitate siue dilectione erga Deum,
Homilia. 128.



Onsurgat noster hic sermo ac promoueatur à timore Dei ad perfectam ipsius dilectionē. Sanè eam dixerim charitatem, quæ infracta sit & inconcussa, quæ impartilis sit & indiuidua, quæ se auelli ac diduci nullis sinat, quamlibet multis tundatur tentationum suppliciorumue attritionibus. Eam intelligo charitatem, quæ nos Deo proximè connectit & cōfœderat, quæ nos efficit Dei filios. Ad illustrandas animas, dilectio Dei & timor cæteras uirtutes facillè exuperant.

rant. Oculi enim Domini super diligentes eum. Qui pleno cordis sensu Deum diligit, ab ipso talis cognitus est. Quisquis perfectam in Deum dilectionem semel possedit: in hac etiamnum sic adest uita quasi non sit. Extorrem enim se & proinde computat alienum ab his, quæcumque oculis subiacent, admirabili constantia ad inuisibilia suspirans. Totus enim felici alteratione à se transiuit in dilectionem Dei, iuxta Pauli sententiam: Siue excedimus, Deo: siue sobrii sumus, uobis. Qui se priua dilectione prosequitur, Deum neutiquam potest diligere: contra, Qui à se prorsus excussit priuæ illius dilectionis affectum, ob supereminentes diuitias dilectionis Dei, planè hic Deum diligit. Primaria illa lex hunc in modum edicit, Ego Dominus faciens misericordiam his qui diligunt me, & seruant mandata mea. Alius item, Semen firmitatis, timentes Dominum. Et, Honorabilis plantatio, qui diligunt ipsum. Et, Misericordia hominis super proximum suum: misericordia autem Domini super omnem carnem se expandit & illuminat oculos. Dicit & Sapientia, Ego diligentes me diligo: qui autem quærunt me, inuenient scientiam. Diuitiæ & gloria mihi supersunt. Melius est ex me fructus colligere præ auro & lapide precioso. Dauid item præferuido charitatis in Deum affectu incalescens iugi clamore insonabat, Deus Deus meus, ad te de luce uigilo. Sitiuit te anima mea quam multipliciter tibi caro mea, In terra deserta & inuia & inaquosa. Rursum, Diligam te Domine fortitudo mea. Dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus. Et, Domine

φιλοῦσα
lege φι-
λόσοφου.

Inuenient
sciētiam pro
quo Aldus
habet χά-
ρις gratiā.
Prou. c. 8.

unguentorum tuorum super omnia aromata. Vnguentum exinanitum nomen tuum. Ideo adolescentula dilexerunt te. Traxerunt te. Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Exultemus & letemur in te. Rectitudo dilexit te. Rursus, Renuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie. Ecce enim tu pulcher & decorus. In umbra tua desideravi & sedi, & fructus tuus in gutture meo. Alios adhortata ait, Adiuravi uos filia Hierusalem, si suscitaueritis & si excitaueritis dilectionem donec ipsa uoluerit. Iterum, Ostende mihi faciem tuam, audire me fac uocem tua: quia uox tua dulcis & facies tua decora. Planè talis erat Moses in clamans: Ostende mihi faciem tuam, perspicue ut uideam te. Iterum, Quæsiui, quem dilexit anima mea. Tenui eum, nec dimittam ipsum, quia uulnerata charitate ego. Quia fortis ut mors dilectio. Aqua multa non poterit extinguere charitatem. Talis & Petri anima cum diceret, Domine quò uadis? Et, Ad quem ibimus? Cui Dominus tertio, Petre amas me? Ille autem, Certè Domine tu scis, quia amo te. Dominus denuo discipulis suis, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum & ad eum ueniet & mansionem apud eum faciemus. Ipsi gloria in secula, Amen.

De filiorum adoptione, Homilia. 129.



Gloria esto benignitati tuæ, eximie hominum amator Domine, qui nos rerum omnium indigos tam amanter excipis, filiis tuis tam indulges clementer

menter, qui deamas animas, qui tanti æstimas qualemcumque uitæ nostræ probitatem, quemque nulla urget memoria malorum ò Domine. primos quidem iam olim (mandatum abs te præscriptum quum in paradiso positi contemptim transmississent) mortis sententia mulctatos ob peccatum, nosque priuâ uoluntate mortificatos non libertate solùm donasti, sed & proprios filios declarasti: cum alioqui in hunc usque diem improuidè tam desideremus circa adimpletionem mandatorum tuorum, ut in nobis impleri illud meritò uideri possit: filios genui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Quis enarrare sufficiat pelagus tuæ erga nos commiserationis, qui longanimitate tanta animarum nostrarum procuras salutem, Deus omnipotens & Domine misericordiæ? Per Oseë enim prophetã dixisti, Vocabo eum qui non est populus meus, populũ meum: & quæ nõ erat dilecta, dilectam. Et erit in loco ubi dictum est, Populus meus uos: illic uocabuntur filij uiuentis. Ioannes insuper, Charissimi: nunc filij Dei sumus & nondum apparuit quid erimus. Scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quia uidebimus eum sicuti est. Paulus, Nos autem omnes, reuelata facie gloriam Domini specularantes in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam tanquam à Domini Spiritu. Iterum, Qui in charitate prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. Estote igitur imitatores Dei, sicut filij charissimi & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit uos. Iterum, Nõ solùm autem, sed & ipsi primitias Spiritus habentes nos etiam ipsi in nobis ipsis ingemiscimus adoptionem filiorum expectantes,

redemptionem corporis nostri. Rursus, Quia autem estis filij: misit Deus spiritum filij sui in corda uestra, clamātem, Abba pater. Itaque non iam es seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres Dei per Christum. Iterum, Quicumque enim Spiritu Dei aguntur: hi filij sunt Dei. Non enim accepimus spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum filiorum adoptionis in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autē filij, & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Item, Filij altissimi uocabuntur. Itaque cum intuebuntur regem Deum in gloria, illic portæ istis adaperientur regni, patrisque conclauia ingredientur, qui & sanctos suos, (quotquot à condito primū orbe fuerunt) illis uisendos proponet, solque iustitiæ interclarescet istis. Et exhibunt & salient quasi uituli laxati à uinculis, tumque transformabit corpus humilitatis nostræ, conforme ut sit proprio corpori gloriæ suæ. Illic ipsorum iuuentus renouabitur, ut aquilæ, terramque conspicient promissionis, & super genna consolabuntur. Quemadmodum mater si quem filiorum consoletur: ita illis exorietur Dominus iustitiæ & exultatio in omnium prospectu qui ipsum sincero diligunt corde. Nos igitur dilectissimi eum qui nos tāto affecit honore, in idq; prouexit dignitatis fastigiū, reuereamur, obseruamus. Illi & seruiamus in timore, tanq̄ legitimo & secundum naturam Domino. Exultemus item ei in tremore, ut patri per gratiam, nequando irascatur Dominus & excidamus iure istius filiorum adoptionis. Quisquis adoptione hac spoliatur, Iudæ proditori efficitur similis,

nilis, nimirum perditionis filius ac geënnæ, imò diaboli. Ne quæso, contingat nos ab eo desciscere refugas: qui nostræ est uindex salutis & Deus noster. Is enim hanc indulsit benignus potestatem, nobis ut liceat calce proterere serpentes, scorpiones, omnemque inimici potestatem. Quotquot enim accepimus eum, dedit nobis potestatem filios Dei fieri, quādo dixit: Vos autem nolite uocare patrem super terrā. Vnus enim est pater uester: qui est in cælis. Ipsi gloria in secula, Amen.

De regno, Homilia. 130.



Andata Dei superius mihi inducta, si obseruauerimus: utique ad regnum licebit ceu postliminiō redire, pro quo nobis non unus agō indicitur, sed & secutura requies multiplex promittitur. Regnum temporarium ambit quis: hic necesse est, ut exerat atque ostendet strenuitatis plurimum in bellis, periculis, excubiis, anxiiis solitudinibus, laboribus perplexis. Nihil ducit tribulationes omneis, undecūde contingant: spe dū alitur regni uel per insomniū excogitati. Et hæc conditio est temporarij, nec unquam constabiliendi regni. Adde, quod omni uix exantlato labore diem suum obit. Cūque se existimat in manibus habere, quæ spe præcerpsat: unus aliquis citra omnium suspirationem pro illo plerunque diadema tulit. Quanto agone opus, quo studio, quā ex prompta animi alacritate, quibus uigiliis, solitudinibus, periculis, tribulationibus, tentationibus arcanis quidem & uix ulli compertis ærumnis: imò & quot mortis species adeundæ ueniunt ei, qui cum Christo

eteruum cupit regnare? Ob hoc unum sancti omnes qui no-
 stram hanc anteuertunt etatem, uiri, mulieres, imò &
 pueri ad mortem usque strenuè decertarunt, quò uel tan-
 dem regno perfruerentur cœlorum. Regnum siquidem cœ-
 leste uim patitur. Illud enim piè rapiunt, qui in omnibus
 suam indolem ad uitia propendentem student euincere ui-
 quadam iniecta suæ naturæ. Quisquis pro cœlestis regni
 consecutione se prorsus castrauit, aut tuendæ uirginitatis
 obstrinxit uoto: modis omnibus admitti debet, se ut dignum
 regno exhibeat. Neque enim ad cœleste illud regnum pro-
 uebitur quis sermone, habitu, splendore nominis, generis
 claritudine, formæ elegantia, fortitudine corporis, aut tem-
 poris prolixitudine: sed uirtute fidei opera fide digna re-
 præsentâtis. Sanè fidem eiusmodi uim suam exerentem ius-
 tus declarabit efficaci & operatoria impletione manda-
 torum Christi. Abstinentum proinde est ab omnibus quæ
 mandatis ex contrario obluentantur, hoc est à carnalibus
 uitiis, uidelicet à diabolica omni prudentia, ad quam refe-
 runtur hæc: fornicatio, immudicia, idololatria, ueneficium,
 inimicitia, cõtentiones, zelus, animositates, rixæ, detractio-
 nes, seditiones, inuidia, cædes, ebrietates, comestationes,
 scurrilitates, stultiloquia, risus, imprudentia, dicteria seu
 canilla, susurria, amaritudo, ira, clamor, blasphemia, nugæ,
 malicia, adinventiones malorum, periuria, per nos perque
 nostram salutem, quæ ex sancta Dei genitrice semperque
 uirgine Maria prodiit, unum inquam ac solum filium qui
 in duabus naturis inconfuse, inuariabiliter, indiuisè incla-
 ruit atque innotuit orbi. Duæ enim naturæ unitate pror-
 sus in-

sus indissolubili inter sese conuenerunt, unitate inquam in-
 separabili, inconfusa, immutabili. Caro enim caro est &
 non Deitas: tametsi facta est Dei caro, etiamsi dispensa-
 toriè propriam sibi fecit eam carnem. Duas itaque pro-
 fitemur esse naturas: unum autem astruimus esse Chri-
 stum, filium & Dominum, Dei uerbum, qui & homo fa-
 ctus est & carnem assumpsit. Iam quando differentes
 quidem hæc uerissima unione cõiunctæ sunt naturæ, unus
 autem ex utraque natura Christus & idem filius: non
 sic alioqui asserta naturarũ differentia propter unionem,
 magis autem quia Dei hominisque naturæ per nulli expli-
 candum & incogitabilem prorsus concursum ad illam
 unionem nobis perficiunt unum Dominum & Christum
 & filium. Sic nos siue Catholica Ecclesia credimus, quem-
 admodum & magna illa ecclesiæ luminaria ac doctores
 ueritatis Athanasius, Basilius, Gregorius, Ioannes, Cy-
 rillus magnæ Alexandrinorum ciuitatis episcopus. Qua-
 re illos qui præter horum dogmata senserunt, auersamur,
 repudiamus, & execramur, cum subscriptis hæresibus,
 quæ succedaneis temporibus adnatæ sunt post Domini ad-
 uentum. Eiusmodi hæreticorum nomina sunt hæc. 1. Simo-
 niani. 2. Menandriani. 3. Satoriani. 4. Basilidiani. 5. Ni-
 colaitæ. 6. Gnostici. 7. Carpocratiani. 8. Nazaræi. 9.
 Hebionæi. 10. Valentini. 11. Secundiani. 12. Polemæi. 13.
 Marcosi. 14. Colorbatij. 15. Heracleonitæ. 16. Ophitæ. 17.
 Caiani. 18. Sithiani. 19. Archontici. 20. Cerdoniani. 21.
 Marcionistæ. 22. Lucianistæ. 23. Apelliani. 24. Seue-
 riani. 25. Tatiani. 26. Encratitæ. 27. Aduersus Pbrystas &

stas & Montanistas. Ascodroûgetas. 28. Peupusiani. 29. Priscilliani, Caceutilliani quos consequuntur Artoritæ. 30. Tessaeres Kai decatitæ. 31. Alogi. 32. Adamiani. 33. Sampsaei qui & Celsæi. 34. Theodotiani. 35. Melchisedechiani. 36. Bardiasiani. 37. Noëtiani. 38. Valesii. 39. Kathari, qui & Amanabati. 40. Angelici. 41. Apostolici, qui & Apotactiotæ. 42. Sabelliani. 43. Origeniani, qui & Eschorpæi. 44. Origeniani alij qui & Adamantij. 45. Pauli Samosatensis. 46. Manichæi. 47. Hieracitæ. 48. Melitiani. 49. Ariani qui & Ariomanitæ. 50. Andiani. 51. Photiniani. 52. Marcelliani. 53. Hemarij. 54. Pneumatomachi. 55. Aeriani. 56. Aetiani qui & Anomij & Ennomiani & Eudoxiani. 57. Dimœrite qui & Apolaridæi. 58. Antidicomarianitæ. Isti faciunt ad inuidiã nominis inter placentulas quas uocant Collyridas Mariæ. 59. Mesaliani. 60. Euchitæ. Hucusque Sanctus Epiphanius exposuit. Post hæc hæreseon portenta fuerunt hi: Euagrius & Didymus qui secundum dogmata Origenis putã præexistentiam rerum atq; earum restitutionem senserunt. Theodorus Momphestius, Diodorus & Nestorius suo sensu duos astruunt esse filios. His concinit Mares uir Persa & epistola quæ dicitur, Iua. Secundum hos Euryches imaginationem, opinionem & confusionem sentiens, quem quidem sequuntur Dioscorus, Theodosius, Gæanus, Timotheus qui & Hælurus. Petrus qui & illud commentus est, nempe, ut trisbagio hymno accederet quartus, scilicet .i. crucifixus. Petrus homungus. Seuerus ille Acephalus. Soterrichus ex Cæsarea Capadocia. Philoxenus Hierapolitanus. Amphilocius Pisidia, Iacobus

Iacobus Syrus & Iulianus. & si quis secundum hos talis fuerit. Hæc quidem, in tui gratiã contraxi uenerabilis pater Eustathie, ut declarem, quid unaquæq; harum hæreseon ab uno aliquo homine nomenclaturã cognominem sortita docet eiusmodi uirũ desertorem esse ac refugam Christi. Neq; enim isti tolerãt dici se Christianos, magis autem affectatores sectæ uel Nestorianæ, Seuerianæ, Iacobiticæ aut cognomine quouis præscriptorum. Atqui tempestiuum iam est, ut ex ingenti tēpestate hac nimisquã pcellosa & turbulenta deinceps enauigemus, ab impuris spiritibus profunda uoraginis hæreseon nos recipiamus ad tranquillum portum cœlestis regni, utq; leniter aspirante aura Spiritus sancti sermonem illinc redordiamur, unde eramus digressi. Dicebamus sanè esse opus non mediocri agone & fatigatione, ut perfruamur cœlesti regno. Neq; enim de consecutione tēporarij cuiuspiam regni & quod à gente in gentem transfertur, nobis sermo est: sed pro uita nullo fine intercipienda, pro regno nullũ admissuro succedaneum hæredem, iste agone proponitur subeundus. Ait enim Daniel, Aspiciebam, & cornu illud faciebat bellum cum sanctis & præualebat aduersus eos, donec uenit antiquus dierũ, & iudiciũ dedit sanctis altissimi. Et tēpus peruenit, & regnum obtinuerunt sancti. Et regnũ & potestas & maicestas regũ qui subter omne cœlũ, data sunt sanctis altissimi. Ioannes, Et hæc est pmissio quam promisit nobis, uita æterna. Paulus, Nostra cōuersatio in cœlis est, unde etiam saluatore expectamus Dominũ nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis

ὁ δὲ γλῶ
ρια.
 sue. Iterum, Qui eripuit nos de potestate tenebrarum & trāstulit in regnum filij dilectionis sue. Propter quod regnū stabile & inconcussum accipientes, habemus gratiam, per quam Deo placidē obsequimur. Scimus enim quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quōd ædificationē ex Deo habemus, domū nō manufactam, æternam in cælis. Petrus item, Sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in æternum regnum Domini nostri Iesu Christi. Dominus quoq; noster & nostræ omnium salutis uindex ait, Regnum cælorū uim patitur, & uiolētī rapiunt illud. Et, Regnum cælorū intra uos est. Iterum, Beati pauperes spiritu Et. Qui persecutionē patiūtur ppter iustitiā: quoniā ipsoꝝ est regnum cælorū. Et, Venite benedicti patris mei: possidete paratū uobis regnū à cōstitutione mundi. Mittet enim filius hominis angelos suos & congregabit de regno suo oīa scandala & qui faciūt iniquitatem, & mittent eos in caminū ignis. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorū. Ipsi enim est regnū & potentia & gloria patris, & filij, & spiritus sancti, ubiuis locorū & nunc & semper & in secula intermina seculorum, Amen.

ὁ δὲ γλῶ
ρια.
CHRISTO Deo ac Domino nostro auspice, finem accipit non inauspicatū, nec usquequaq; aspernabilem Pandectes Scripturæ diuinitus inspiratæ S. Patris Antiochi, opus θεολογικὸν μνημὸν ἱερικόν, ante annos abhinc plus minus nongētos ab authore quidē editum, at recēns in Latine linguæ coloniā ascitum qualicunq; opera Godefridi Tilman- ni Cartusie Parisiensis humilis Monachi.

EXOMOLOGESIS S. PATRIS

Antiochi, Godefr. Tilm. interprete.



DOMINE Deus omnipotēs, magnus tu & admirabilis, qui custodis testamentum tuum & misericordiam tuā his qui te diligunt & custodiunt mādata tua. Memor esto miserationum tuarum & copiosæ misericordiæ tuæ, quia à seculo sunt: ne obliuiscaris testamenti tui, qui dixisti, Si mandata mea non custodieritis, uisitabo in uirga iniquitates uestras, & in uerberibus iniustitias uestras, misericordiam autem meam non dispergam à uobis. & quæ procedunt per labia mea, non faciam irrita. Confirmentur sermones isti tui Herre benignissime, & aufer peccata nostra, quippe qui miserator es & longanimis. Tibi enim Domino Deo nostro iusticia: nobis autem confusio facies nostras adoperuit, ut hæc dies probat. quia peccauimus coram te Domine, neque exaudiuimus uocem tuam, ut ambularem in mandatis tuis quæ dedisti in conspectu nostro: sed cōtempsumus te Domine Deus noster, eoque cohæserunt nobis ingentia mala hæc. Ne sic quidem conuersi sumus ad custodiam mandatorum tuorum, sed abiuimus unusquisque in sensu prauis cordis nostri, ut faceremus quæ mala sunt coram oculis tuis Domine. Ecce sanctuaria nostra hæc deserta, ciuitas igni succensa est, populus in captiuitatem abductus, facti sumus in opprobrium his qui in circuitu nostro sunt. Facti sumus subitūs & non supra: quia peccauimus tibi Domino Deo nostro, eō quōd non audiuius uocem tuam. Ob hoc expulisti nos &

A a ij destruxisti

destruxisti nos, & commouisti terram & cōturbasti eam. Ceterum tu longanimis cum sis & copiosæ misericordiæ: sana contritiones eius, quia commota est uehementer. Populus enim tuus expertus est dura, super quo frustra inuocatum est nomen tuum. Impleti sunt sermones prophetarum tuorum super nos, quia uenerunt gentes in hæreditatem tuam, & polluerunt templum tuum, in quo mysterium perfectum est dispensationis unigeniti tui, & sanctuariū tuum igni succenderunt, quin & Hierusalem posuerunt in pomorum custodiam. Morticina seruorū tuorum in medio iuxta ac in circuitu Hierusalem passim disiecta sunt, nec erat, qui sepeliret. Fortitudinem nostram, ornamentum ac decus, salutis inquam nostræ spem, nempe crucem Christi tradidisti fidei aduersariis. Facti sumus opprobriū tam uicinis, quàm qui longissimè disiti sunt, subsannatio & derisio omnibus gentibus. Auertisti enim nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos, diripiebant sibi. Dedisti nos tantam oues ad escam expositas & inter gentes dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine precio & non erat multitudo in commutationibus nostris. Tradidisti nos in manus inimicorum exlégum: ac regi iniquo, omniumque qui per uniuersam terram gradiuntur, longè malignissimo adidisti nos. Ne sic quidem uniuersis flagellis tuis attriti indoluimus: adeò sensus nostri nimia contentione ac studio in malum propendēt abusque pueritia. Sed & ad annos prouecti uiriles in huiusmodi uitii solitò amplius occallescimus. Prorsus Domine iustus tu, in omnibus quæ fecisti nobis. Nunc demum scimus, quia peccata nostra ipsa restite-

runt

runt nobis. Peccata enim nostra nimisquam multa increuerunt in conspectu tuo Domine. Sed misericordia tua Domine anticipet nos, quia tu in nobis Domine, & nomen tuum sanctum inuocatum est super nos. Quiescat (obsecro) ira furoris tui & ne confundas nos in finem: neque memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, at ne à nobis quidem recens commissarum, neu indignos nos pronunties tuis miserationibus: quin potius reminiscere, quia tanti nos aestimauit tua benignitas, quos pretioso tuo sanguine redimeres. Peccauimus, placare Domine: iniquè gessimus, tua Here cōdonet indulgentia: offendimus, conciliator sancte. Illustra faciem tuam Domine super seruos tuos, qui tyrannica impressione premuntur inclementer, & que solio sublimi tuo emitte eis & suggerere auxilium ò Potens. Populum tuum ab omni calamitate, cui miserè succumbit, eripe: & ab omni legis tuæ præuaricatione redimito, & è manu præuaricatorum subduc illos. Per tuæ uiscera pietatis excute à nobis Domine ac disperge impendens omne uitæ discrimen: neque in finem, tuam hanc hæreditatem tradideris in internecionem, tametsi nostræ iniquitates id promereantur. Quin potius tuæ nos anticipent miserationes Domine Deus noster. Etenim à seculo non desinis copiosæ & exuberantis misericordiæ tuæ dona effundere in omnem creaturam tuam. Tu quidem omnium nostrum refugium factus es: & in te sperantium asylum salutare. Esto nobis Domine turris fortitudinis à facie inimicorum nostrorum: neu sinas ad internecionem & cladem extremam tradi in eorum manus qui te non nouerunt, animas confitentium tibi, neq; patiaris

A a iij

Domine

Antiochum
uixisse sub
Heraclio
et cosdroä
uel hinc li-
ceat colli-
gere.

Domine tam insigni ignominia aspergi hereditatem tuam à gente sic effreni & impudenti. Magis tu inclina Domine aurem tuam & exaudi ac respice de cælo sancto tuo ad banc nostram exinanitionem, ad demolitionem & excidium ciuitatis tuæ Hierusalem, pro qua inuocatum est nomen tuum, super ipsam cunctam Ecclesiam tuam, cuius substructionem supra solidam petram collocasti dicens, Porta inferi non præualebunt aduersus eam. Exaudi Domine orationem seruorum tuorum, auresque tuas accommoda nostris deprecationibus. Illustra faciem tuam super sanctuarium tuum. Neque enim fiducia subnixi iustificationum nostrarum, nostram banc supplicationem tuæ maiestati offerimus, (Nam qua fronte id ausint, qui te quotidiana accessione peccatorum exacerbant?) magis uerò sub umbram tuarum confugimus miserationum, Multæ enim sunt. Domine, exaudi, esto Domine placabilis, Domine attende, Parce mi Domine populo tuo, & ne des hereditatē tuam in opprobrium, ut dominentur ei gentes, nequando dicant: Vbi est Deus eorum? Neque propter iniquitates nostras unquam permiseris, ut nomen tuum sanctum blasphemetur in gentibus, quæ te non nouerunt. Tibi Domino Deo nostro iustitia: nobis autem confusio uultus, usque in præsens. Huc enim usque negleximus ad te conuerti: callosæ adedò sumus ac præduræ cernicis. Si mutabit Aethiops pellem suam, & nos uitæ hætenus pessimè institutæ propositum immutabimus. Planè mala hæc omnia in nos propterea reciderunt, neque sic ad pœnitentiæ portum nos recepimus aut resipimus: magis uerò prioribus peccatis peccata adiecimus. Ne

sic quidem

sic quidem Domine rogauimus faciem tuam, ut uel serò auocares nos à cogitationibus cordis nostri pessimi. Euigilasti tandem Domine experrectus super flagitiis nostris, & super nos induxisti uirgam furoris tui, siquidem iustus es Domine in omnibus. Nō enim exaudiuimus uocem tuam, ut per uiam mandatorum tuorum ingrederemur. Sed & nunc Domine Deus noster, quando quidem in signis & portentis ab insano errore idololatriæ submouisti nos, fecistiq; tibi ipsi nomen usque in præsens: quiesce, obsecro Domine. Imminuti enim sumus super terrā & tāquam immundi omnes nos effecti. Quasi enim pannus mulieris menstruo sanguine fluentis, iustitia nostra: inque morem marcescentium foliorum, ipsi defluximus propter iniquitates nostras. Non enim superest, qui inuocet nomen tuum. Sanequām iustè auertisti à nobis faciem tuam. Et nunc Domine, Pater noster tu es: nos autem lutum, opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris nobis ualde, nèue in tempore memineris peccatorum nostrorum: quin potiùs uide Domine, quia populus tuus omnes nos, Ciuitas sancti templi tui in solitudinem redacta est, & gloria Syon incendio conflagrauit, simulque monumenta gloriæ nostræ uniuersa conciderunt. Ad hæc etiam omnia, allisisti nos Domine ualidè & humiliasti uehementer. Neque enim uiam inuimus uitæ melioris, magis autem per calles deuios, nempe post peccata nostra. Parce Domine populo tuo & hereditati tuæ: próque gloria nominis tui erue nos de manu inimicorum nostrorū, ut nouerit terra omnis, quia tu

Dominus

Dominus Deus noster in bello potens & miserationes tuæ in generationem & generationem perseuerant super populum tuum de se alioqui minus præsumentem. Cæterum ò hominum amator clementissime quid te oremus peccatores, aut apprecemur nobis secundum quod oportet, planè nescimus, qui sumus terra & cinis: habemus tamen apud tuam benignitatem, qui pro nobis interpellet, nempe Verbū tuum nulla prorsus aspergine peccati decoloratum, quem per tuæ uiscera misericordiæ misisti, suum ut plasma reuocaret in uiam. Caro factus nostri causa passus est cruci se affigi. Is aboleuit quod aduersum nos erat, chirographum, peccatorum nostrorum factus propitiatio. Sed & Spiritum sanctum tuum totius sanctitatis infusorem misit. Et hic pro nobis quoque interpellat non quidem seruili more, sed prætantam addecet maiestatem & consueta in nos benignitate, cui etiam curæ est tuū hoc plasma. Here mi memor esto tantæ istius tuæ erga nos clementiæ. Crucis etiamnum reminiscere unigeniti tui, & à magnitudine gloriæ tuæ nobis emitte miserationes tuas, neque non gratiam ac donum sancti tui Spiritus, qui suo ad nos gratioso aduentu recta prouebat ad ea explenda, quæ tibi cum primis placent ac demum uitam illam assequi promereamur æternam. Nos igitur indigni licet, ò Domine, fiducia tamen subnixi tuæ solius gratiæ petimus propter immaculatum filium ac Verbum patris, Dominum nostrum Iesum Christum, qui dixit: Petite, & dabitur uobis: quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quæ-

rit, in-

rit, inuenit: & pulsanti aperietur. Iterum, Si igitur uos cum suis mali nostis dona bona dare filiis uestris: quanto magis pater uester cælestis dabit Spiritum sanctum petentibus se? Eoque te addecet gloria omnis, honor, suspiciendus & supplex cultus ò Pater, fili & Spiritus sancte nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

¶ Finis orationis exomologeticæ Sancti Patris
Antiochi monachi Lauren. Codefrido Tilmanno Cart.
interprete.



Salutem in Christo lector amice. Interpres mox ut colophonem appégit operi, in hunc suum Antiochum bocce extemporalis decastico lusit uerius, quàm scripsit: quod etsi uenæ sit intra mediocritatem nec attico conditum sale, uisum tamen è re tua est, apprimere operis istius calci. Vale, & quod à musæi damus, boni & æqui consule.

Hactenus Antiochum Graïo sermone loquentem

Mantua Mnemosynes casta parens tenuit:

Victrici tandem redimîtus tempora lauro

En promit latiis enthea sensa modis.

Prodiit è latio, latij sermonis adusque

Nescius: en latio conciniit ore melos.

Instituit mores, uitam docet usque pudicam,

Prouebit ad summi templa beata Dei.

Hunc (quicumque cupis cœlestia scandere regna)

Adsciscas comitem, fac tibi concilies.

Cartusiani ad uenerabilem patrem Domnum

Godefridum Tilmannum huius li-

bri interpretem,

Carmen.

Musarum socius ueræ & pietatis amator,

Doctrinæ solidæ nobile prompsit opus.

Antiochi quondam de religione labores

Ignoti in tenebris, puluereoque situ:

Plangebant miseri præsentem instare ruinam:

Quos luci antiquæ secula nulla dabant.

Hos Romanus habet splendor, stylus, ampla uenustas:

Cura atque ingenio mi Godefrède tuo.

Quæ meritis tuis respondent præmia digna?

Quid disciplina hac sanctius esse potest?

Vana docent alij uariorum dicta sophorum:

Quæ multum ingenij, nil pietatis habent.

Tu resides animos, præfractaque corda legentum

Ad libertatem mentis & astra rapis.

Tu reuocas miseros ex tetræ faucibus orci,

Tu stimulos auges ad pia facta piis.

Te duce mundus erit Christi & uirtutis amicus.


Per quem sic floret religionis amor.

Proinde opus eximium prælo mandare decorum est,

Quo tibi perpetuum nomen in orbe pares.

ELENCHVS SENTENTIARVM
 memorabilium & insigniter dictarum B. Patri Antiocho, per interpretem operis sedulò collectus ac serie literaria (quoad eius fieri potuit) non incitè digestus.

A.

	Bel cum fraticida simplici animo pergit	73. 1.
	Animæ Deū synceriter amantis est, sibi attendere	83. 1.
	Aduersitas ferenda omnis	48. 1.
	Amor Dei reddit præferuidum hominem	122. 1.
	Abstinentiæ aut temperantiæ functio	9. 1.
	Abstinentia & oratio mentem auocant ab illecebris mundi	9. 1.
	Abstinentia quid	9. 1.
	Auarus stultorum numero accensendus	17. 1.
	Abstinens verè voluptatum osor est	9. 2.
	Arma spiritualia quæ	143. 1.
	Acediosi hominis similitudo triplex	38. 2.
	Acediam vincendi formula præscribitur	39. 1.
	Ab avaritia liberari potest quis, cum ea labore avarus, electione liberæ voluntatis	12. 2.
	Alieni appetentior nunquam exatiatur	17. 1.
	Animam odisse & renuntiare omnibus quid	17. 2.
	Abstinendum per sensus omnes	9. 2.
	Arma militiæ spiritualis nos circumstant	127. 2.
	Ambitio ubi inuidia	129. 2.
	Acceptor personæ profert lingua & scœnum	128. 2.
	Ab synthi vis quanta	153. 1.
	Auarus non intelligit se mundi esse inquilinum	17. 1.
	Aduentus Domini quam formidabilis	53. 1.
	Amaritudo, furor vnde	153. 2.
	Agonistæ syncères abstinent ab omnibus	158. 2.
	Acedia tristitia coöperaria, sed ea grauior	38. 1.
	Acediam contra, oratio Antiochi	39. 2.
	Animæ syncerioris argumentum est, si eius sermo nihil respiciat inuidiæ.	77. 1.
	Ambitosulus & sancit leges cæteris & iura præscribit priua auctoritate	32. 2.

Elenchus sententiarum.

Auaritia proximè sequitur idololatriam	102. 1.
Agone & attentione opus in modulatione psalmodum, vt ne in media desideamus Babylone	111. 2.
Aggratulandum custodibus diuinæ legis	81. 1.
Auaritia in auari ossibus tinea est	12. 2.
Anima pro modo afflictionis reficitur	106. 1.
Auari non suis sed aliorum vñibus congerunt	17. 2.
Agonistæ illi spirituales nihil laboris detrectarunt spe freti promissionis obtinendæ	108. 1.
Acediæ κατῳθωµάτα.	38. 2.
Abstinētia quum omnibus virtus cōsentanea sit: propius tamen seruis Dei conuenit	8. 2.
Auaricia laborat, studio voluptatū & idololatria, à fide alieni.	12. 2.
Animæ Deum amantis argumentum euident	124. 1.
Abstinentia moderata sit	11. 1.
Abstinentia corporis tuetur sanitatem & gaudio perfundit animam	9. 2.
Abstinentiæ virtute quàm iuuerit macerare has carnes	9. 2.
Abstinentis oratio syncera prorsus	9. 2.
Abstinentia est omnium quorum vsu interdicitur	8. 2.
Agonem hūc sustinenti seruanda veterū patrū traditiones.	108. 1.
Agon spiritualis parandæ saluti excipitur	131. 1.
Agon initium ac finis patientiæ	107. 1.
Auarus idem & immisericos, nemini condolefcit	13. 1.
Acceptio personæ & ambitio comites	128. 2.
Ambitione superior Moses mansuetissimus	162. 2.
Angeli duo homini dati sunt assessores	83. 2.
A ciborum lautitiis abstinemus, vt castigato corpore vitemus voluptates	11. 1.
Arcus, laqueus, flagra aduersus inimicum, quæ	142. 2.
Acediæ iugo exemptus dicat Deo	40. 1.
Abstinentia & erga Deum charitas trium puerorum ignem fornacis permutauit in rosicidum vaporem	11. 1.
Acedia parit ambitionem	39. 1.
Agon pmolestus subeundus cū hoste, virtutē vt paret quis.	108. 1.
Ab aranea ducta similitudo	138. 1.
Agonis spiritualis ineundi mos	124. 2.
Afflictio etiam iusto infligitur & tentatio	80. 2.
Acediam vincit strenuitas operis quo quidem & nobis paratur ci-	

Elenchus

bus & inopi	39. 2.
In auaritia excusationem monachus pecunia auidus preterit senectate prolixitudinem, infirmitatem corporis	12. 1.
Per auariciam Iudas Domini proditor apostolica excidit dignitate	12. 2.
Quiduis aggredi cum fastu & arrogantia, graue est peccatum.	51. 2.
De abstinentia hac argumentum a simili	Ibidem. 8. 2.
Per carnis abstinentiam cor ficiendus aduersarius	107. 2.
Exemplum, moueat nos Amnon	23. 2.
Salomon item donis a Deo donatus	Ibidem.
Seniores aduersus Susannam	Ibidem.
Allis uescens uitur, aditur is qui suauis fragrat uingento, a metaphora	21. 1.
Adoptione filiorum spoliatus Iudæ similis	182. 2.
B.	
Benigna compellatio fratris e bono cordis thesauro prodit seque exeret	84. 2.
Beatus, qui in cunctis timet ac ueretur	97. 2.
Benignitas Domini erga respicientem	102. 2.
Bona & mala a Domino	113. 1.
Bona expetenda incorruptio & immortalitas	168. 1.
Ex benignitate in fratrem quantum commodi	15. 1.
Bonorum futurorum expectatio despicit presentia	175. 2.
Benignitas Domini erga nos quanta	182. 1.
C.	
Consilium non spreuit Paulus, non Moses	115. 1.
Consilij contemptor sibi ipsi hostis	114. 2.
Consilium a senioribus petendum	114. 2.
Consilij solus Deus minime indigus	114. 1.
Consilium a quo fit expetendum	114. 1.
Consilium a quoquam expetere, humilitatis est	114. 2.
Compunctionis parens quæ	148. 1.
Contumelioso opprobriori merces redditur.	71. 2.
Contumeliam qui patienter tolerat, Dei ope protegatur	71. 2.
Contumeliam amicorum Iob non ex odio proficilcebantur, sed ut humiliarent humilimum	72. 1.
Concupiscentiam malam uicit timor Dei	99. 2.
Concupiscentia seculi quam agrestis	98. 2.
Contumeliosos in se Iob repropitiavit Deo	72. 1.

Sententiarum.

Contumelia quanto insignior pro Christi nomine, tanto est merces uerior	71. 2.
Cogitationis male primus assultus profligandus & quæ de terra cordis disperdatur	111. 1.
Cogitationes tres malæ mox eliminandæ ueniunt cordis aditu, & quæ sint	Ibidem. 1.
Cogitationes turpitudinis ipso statim aditu extrudendæ, ne mentem prostituunt	Ibidem. 2.
Cogitationes inter epulas premendæ, non promendæ	32. 2.
Condemnare, hoc est de cuiusquam salute desperare & definire, non hominis sed Dei solius	69. 2.
Condemnandum neminem temere, nec de cuiusquam salute desperandum, dum uiuit	Ibidem. 2.
Condonandum esse proximis Christus & ore docuit & opere premonstrauit	94. 2.
Condonando proximis, ipsi ueniam impetramus. Sin remittimus, nec ueniam promeremur	94. 2.
Correptiones humilis libens excipit	91. 1.
Correctio proximi Deo accepta	90. 1.
Corruptioni obnoxia neuiquam expetenda	98. 1.
Correptionis fraternæ formula	95. 1.
Correctio cum timore Dei, argumentum est fraternæ dilectionis	90. 1.
Correctioni fraternæ necessaria discretio	90. 1.
Contemptus hic ex radice superbiæ nascitur	68. 1.
Contentiosi opera inabsoluta	78. 1.
Correctio comite misericordia conuertit peccantem & reuocat in uiam	90. 1.
Contemptus aliorum assentatorum est & temporaria isthæc bona uenantium	68. 1.
Corpus asperitati obuiendum, animæ est obniti cogitationum turbelis	108. 1.
Cor asseruandum in primis	26. 2.
Christus quæ docuit, fecit primum	33. 1.
Christus agonothetes spiritualis palestre	107. 1.
Cibo tenui declinanda necessitas corporis	6. 2.
Cibi, nullus naturæ execrabilis usus	11. 1.
Ciborum frugalitas iuuat & corpus & animam	6. 1.
Ciborum temperies reddit monachos saniores corpore & acumine	

Elenchus

ingenij perspicaciores	6. 1.
Carnem affigere cruci quid	1. 2.
Carnem & sanguinem quid dixerit Apostolus, quæ caro pabulum	
Dæmonum est	9. 2.
Carnis prudentia magno animi conatu	158. 1.
Charitatis perfectæ insigne est, si ad proximorum promotionem nihil fucate exhilare scis, quæ etiam tua superior sit	81. 2.
Charitatis est proximum profiteri se superiorem	82. 1.
Contradictio perdidit Kore &c.	49. 1.
Castitas Ioseph celebratur	28. 1.
Castitas Sareptanæ viduæ	28. 1.
Contradictio & contumacia compares	49. 1.
Castitas se possidentem commendat, exemplo sunt Ioseph & Susanna, Greg. Neocesar. Sareptana vidua, Cyrus & alter quidã	28. 1.
Castitatis merito Grego. Neocesar. ad fidem venit doctrice matre Domini	28. 2.
Compunctionem parit iudicij cogitatio	148. 2.
Castratio à mundi illecebris propter Deum & regnum cælorum, quæ fit	31. 1.
Calumnia affectio diabolica est	57. 2.
Compati debemus proximorum malis	127. 1.
Contentiosus omnibus inuisus	78. 1.
Continendum ab aspectu mulieris	29. 1.
Corripi qui cupit, sine perturbatione est	91. 1.
Contemnere fratrem quancunque ob causam, nemini Christiano licet	67. 2.
Compassivus, natus est virtuti & pietati	127. 2.
Calumniator infidus, nemini conciliatur, Deo inuisus, Iudæis est as- similis	57. 2.
Credens perfectè lapis est templi Dei	1. 1.
Cum superioribus non contendendum	54. 1.
Contentione verborum digladiari est eorum, qui sunt à Deo alieni	78. 1.
Cōtentiosus siue litium amās cū nemine habiturus pacem est.	77. 2.
Cōtinens se in puritate pro Christi gloria, præcelsi est meriti.	31. 2.
Conuersionis cunctatio, diaboli plenum gaudium	103. 1.
Compuçtionis encomion	149. 1.
Cohabitare paucis sed bonis quam vtile	129. 2.
Concordiæ tuendæ studio tolerandi omnes	109. 1.

Sententiarum.

Cogitatio pia simul & prudens affectuum quatenus victrix	108. 2.
Correptione in Deum & patrem & modicum inuitatur	165. 1.
Concupiscentiæ agrestis similitudo	98. 2.
Ab hominum calumniis quare vult redimi Dauid	57. 2.
Ad studium carnis & curam temporalium inclinamur partim natura fragilitate, partim dæmonum insidiosa suggestione.	111. 1.
Ad calumniatoris Doëch testimonium Saul 300: sacerdotēs peremit	57. 2.
Non contendit Christus, nec clamauit	78. 1.
Si rectè fungenti officio congratularis, vtique & pro illo oras Dominum	81. 2.
Iudæi perpetuò aduersus veritatem contenderunt quare vitanda contentio est	78. 2.
Quum vnum corpus simus, eadem sit voluntas	109. 2.
Alteri an ne congaudeas, vultus prodit	81. 1.
Qui parua contemnit, transgreditur & maxima	50. 1.
Per concupiscentiam periit Achaz	99. 1.
Per charitatem quoque erga Deum & sui quàm humilimam deiectionem	30. 2.
Charitas confert cognitionem	180. 2.
Charitas Dei tentationum tolerans	179. 2.
Clero vitanda quæ sint	174. 2.
Charitate præseruida anima è domicilio corporis letissimè euolat in cælum	181. 1.
De Christo quid sentiat fides patrum	184. 1.
D.	
Aduersus diabolum & solum, Deus inimicitias exercendas lege sanxit	75. 1.
Desperatio ceteras affectiones anteit grauitate	40. 2.
Diuitiæ Deus est simpliciter gradienti	14. 2.
Desperanti insultant dæmones	40. 2.
Deum quæ oblectent	161. 2.
Deus nunc vt vnitas laudatur, nunc vt trinitas	2. 2.
Disciplinam quæ secundum Deum est, nemo negauerit esse bonam, sed nec à Deo deseritur disciplinatus	113. 1.
Dæmonum quanta malignitas aduersus animam è corporis domicilio migrantem	120. 1.
Diaboli terriculamenta nihil est quòd timeat, quem ex corde ponit	101. 2.

Elenchus

Deridet neminem, qui sua luget peccata	69. 1.
Desperationē aduersus, oratio Antiochi	41. 2.
Deū qui synceriter diligit, p̄ mādatorū viā inoffensē graditur.	19. 2.
Deus, author, vita, essentia bonorum	43. 1.
Dēmones compotes sunt facti suae petitionis, & Christianus desperabit?	41. 2.
Distractio & occupatio intempestiua sunt vana	18. 1.
Desperatione nullum immanius peccatum	41. 1.
Desperatio perfectum diaboli gaudium	43. 2.
Debita vnicuius reddenda	152. 1.
Diabolum ne time sed eius opera	178. 2.
Disciplinam Domini hic si reuicis, illic etiam si nolis cogēris recipere atrociorē	113. 1.
Diaconorum quae functio	175. 1.
Dona ob gratuita, nihil hinc arrogandum	127. 2.
Dilectio sui ipsius alienat à charitate	180. 1.
Docens nec faciens ditescit de iniquitate	66. 2.
Desperationis incentori quibus verbis sit reclamandum	41. 2.
Decorum exigit, vt nemini detrahas, nec aurem commodas detrahenti	45. 2.
Doctrinē donū qui in se à Deo recognoscit, cum modestia deprobat, vt sit aedificationi	85. 2.
Delator querulus videri vult iustus	48. 1.
Quantō diues inhiat cumulandis opibus, tantō à Deo recedit	17. 1.
ἀποσάτης	17. 1.
Detractor & se sibi reddit obnoxium & aliis	45. 2.
Deridere & contemnere parile iugum	68. 2.
Doctōri quae conueniant	141. 1.
Δουλοῦαι quid in scripturis. κληρῶν & κληρῶσθα	15. 2.
Duplicitas animi quantopere vitanda	117. 2.
Dedecus illatum vel probrum pro gloria cumulo	92. 1.
Docentes recta, nec facientes iudicium manet	33. 1.
Dei nomenclaturae aliquot	161. 2.
Discipline quanta libertas hora exitus	113. 1.
Distractio secularium monachis quam vitanda	18. 2.
Quibus diuitiae scopus sunt, vtique stulti	14. 1.
Distractio principium malorum	18. 2.
Desperatōni medetur penitētia	41. 2.
Detractio & murmuratio sorores	45. 1.

Sententiarum.

Dilectio Dei nos ipsi iungit	180. 1.
E.	
• Ebrietas euictio mentis est, & per eam exolescit corpus & enerue redditur	7. 2.
Aeterna expetenda, quia verē nostra sunt	98. 2.
Ex radice ebrietatis ignominie affectio omnis suppullulat	8. 2.
Ebrietatem vitant quibus cordi est probitas	8. 2.
Elatus, superbus & vaniglorius rami sunt eiusdem arboris, cum fructus quadantenus distinguantur, infrugi tamen omnes.	65. 1.
Erroris & vagi est permutare loca	105. 2.
Per aegyptiam Ioseph castissimus in ergastulum coniectus miseris modis afflictus est	23. 1.
Exitus ē mundo docet non ridendum	131. 1.
Excommunicationis vinculum quam horrendum	171. 2.
Ebrietatem vincamus sobrietate	8. 1.
Εὐχὴ homonyma dictio pro oratione & voto	147. 2.
Aeternorum amator, cetera ducit vt stercora	98. 2.
Ereptis nobis ex aegypto mundi scilicet tenebris Deus dat viam vitae & viam mortis	84. 1.
Edax graueolentia halitus semet fugit	6. 2.
Edacitas ventris iusta temperie frenanda est	6. 1.
Eliphatz prim⁹ amicorū frater erat patris Iob, duo alij affines.	72. 1.
Excōmunicatus licet iniuste, ne sic quidē cōtemnat vinculū.	171. 2.
Ebrietas edacitate grauior est	7. 2.
Eandem vincit timor iudicij	99. 2.
Aduersus edacem similitudo ab Apibus elegans	6. 2.
Per edacitatem Iudaei dei mādatum p̄uaricati impegerunt in idolatriam	7. 1.
Edacis halitus interclusione angitur	6. 2.
Episcopi citra annutum quatenus potest, nil fiat	175. 1.
Episcopo obtemperandum, vt Deus nobis	174. 2.
F.	
• Fides p̄dux vię, charitas via est	1. 1.
Fratrum conuentus assimilis est nundinis	83. 1.
Fornicationis affectus ex mulierum congressu	26. 1.
Fratrem cōtristātis oratio ingrata Deo est perinde ac ouis reiectitia & reproba	82. 2.
Fide nobis iunctos reuereamur & amemus	128. 2.
Fornicationem omnem aliam vitiosam affectionem sola peruincit	

Elenchus

humiliatio & delectio sui	26. 1.
Fiducia loquēdi impudens & temeraria similis est caufoni. Circum- spectus vmbra est refrigeratrix, ad quam confugiendum.	20. 2.
Quam sit hic nobis fugiendus mundus, & ad cœlestium contempla- tionem festinandum	19. 1.
Festine egrediendum ex Aegypto, cur?	121. 2.
Quæ fratrum sunt, quæ oportere	97. 1.
Fidei efficacis quæ sint opera	1. 2.
Fides vt quotidie adolescit in homine	158. 1.
Per factum Ozias & Saul regno deturbantur	51. 2.
Faciendum primò, deinde docendum	154. 1.
Fornicationis Dæmon duplex aduersum corpus & animã.	26. 1.
Fornicationem aduersus, oratio	Ibidem. 2.
Furti artificium rete est	58. 2.
Fratrem ex animo qui non diligit, nec is diligit Deum. hinc quisquis contristat fratrem & Deum vtique contristat	82. 1.
Fœminei vultus sola apprehensio animis nostris inter orandū maxi- mè intemperiem ingignit & turbelam vix explicandam.	24. 1.
Fornicationi repugnant ieiunium, cordis contritio, oratio, medita- tio scripturarum, labor manuum	26. 1.
Furtum a vilibus incipit, sensum ad magna prouehitur, desinit in difficillima	58. 2.
A furandi consuetudine quo quis pacto queat explicare se	58. 2.
Familiaritas omnium declinanda, vt Deo iungaris familiaris, quod perfectorum est	139. 1.
Fratri quisquis obsequitur, obsequitur Deo	82. 1.
Fatigationis moles auget meritum	157. 1.
Fiduciam nullam habendam propriis viribus, sed totam in Deum reclinandam	137. 2.
Fide in primis opus	1. 1.
Fidelis vt est Christo suaue edulium: ita qui desperat, Diabolo fit cibus	40. 2.
Fides quæ fit	2. 2.
Scurrilitas splendorem obfcurat virtutis	21. 1.
Fidei efficacis encomion	1. 1.
Fidem habendam Deo bonorum omnium largitori	167. 2.
Familiaritatem mundanorum declinandam	138. 2.

G.

Gedeonis imitabile & dictum & factum	156. 1.
--------------------------------------	---------

Sententiarum.

Genialis vitæ splendor pabulum thesaurizat vermibus, estq; voluptas futura cibus reptilium	7. 1.
Gratis acceptum talentum, communicandum	67. 2.
Gratiarum actio nullo non tempore agenda	164. 2.
Grati & ingrati interstitium	166. 1.
Gratiæ patri agenda, item filio ac Spiritui sancto	Ibidem. 2.
Gratitudinis exemplum in Dauide	Ibidem. 1.
Gloriæ quantum seruet Deus electis	182. 2.

H.

Hospitalitatis commendatio	134. 1.
Humilitas Moſis, & Gedeonis	93. 1.
Humilitas altiuolum reddit	Ibidem. 1.
Hospitalitas maximè iu domesticos fidei	133. 2.
Humiliter tractantis spiritualia cogitatio	93. 2.
Hospitalitas & amor pauperum bifidus ramus oliuæ, cuius vngue & caput & pedes Christi perfusi sunt	134. 1.
Chananitis per humilitatem quanti meriti	91. 2.
Humilem verè respicit clementer Deus	93. 2.
Humilis sui contemptu gaudet	91. 1.
Hospitales Abraham, Lot, Raab, Iob	133. 2.
Humilitatis verè argumentum	93. 2.
Humilitatis similitudines	94. 1.
Humilitatis parandæ methodus	94. 1.
Vt homo per hominem Dei voluntate saluatur: ita studet Satanas ho- minem perdere per hominem	44. 1.
Hierarchica dignitatis scopus est, Deo vt se vniat, sed & sodales per- ficit, & initiat ceteros	173. 1.
Hierusalem, ad matrem nostram vt pertingamus, enitatur.	177. 1.
Hierarchiæ ecclesiasticæ perfectio, quæ fit	173. 1.
Heresiarcharum ecclesiæ nalcntis catalogus	184. 1.

I.

Ieiunij puritas & quas comites requirat	10. 1.
Ad ieiunij sinceritatē exigitur in tēpore moderata refectio.	10. 2.
Ieiunium monasticum est, si ne bis quidem sumas cibum	10. 2.
Ieiunans per manus pauperum offerat Deo victimam, iuxta Eliaꝝ o- raculum	11. 2.
Ieiunij meritq; Moſes legem accepit	Ibidem. 1.
Ieiunio cur se Daniel macerarit	Ibidem. 1.
Ieiunans assimilis Elatæ palme	10. 2.

Elenchus

Ieiunans liber strepitus terreni ad coelestium rapitur contemplationem	Ibidem. 2.
Intelligentia spiritualis à Deo postulanda	146. 1.
Indolefcendum alienis malis	95. 1.
Insomniis quatenus fidendum docet exemplo	117. 1.
Inuidus angore animi dis cruciatur, tabescit, eliquatur, vtq; vermis in ligno & tinea in vestimento, cor conficit hominis	76. 2.
Inanis gloria quàm fugienda	140. 2.
Inquilini cum simus, quid in alieno tot substructiones apparatus?	19. 2.
Iram nullo pacto sinamus nos inuadere	74. 1.
Beato Ioseph quò acrius fratres inuidebant, hòc prouehabatur à Deo sublimius	76. 2.
Iudici temperandum à vino	100. 1.
Inopes iuuandi candidè	135. 1.
Innocentia ad orationem & psalmodiam necessaria est, vt acceptabilis sit	145. 2.
Pro inimicis orauerunt Samuel, Hieremias, Iacobus frater Domini, Stephanus	96. 1.
Iudæi exempti iugo Aegyptiorum, naufragati	132. 1.
Inuidia diabolica est intemperies	76. 2.
Iracundiam quo pacto vites	34. 2.
Ieiunans nò à cibo abstinet, quasi abominabilis is fit. Hoc enim diabolicum	11. 1.
Inimicis mala imprecatur Dauid, non aduersus homines, sed demones intellige orasse	76. 1.
Discors per inobedientiam concordiam vitiat aliorum	55. 2.
Imagines cogitationū si herent diutius, ibi còsensio gignitur.	111. 1.
Christus increpat discipulos aduersus Samaritas interpellantes	94. 2.
Inobedientiæ merito quid Saul, Ophni & Phineës promeruerint	161. 1.
Insomniis multiformibus fidem non commodandam	115. 2.
Iurare non licet, nisi tres adsint comites	85. 2.
Nobis vt insultet hic mundus cum Iudæis, optabile, ceu illi Christo	81. 1.
Increpationem asperiolem qui perfert, admirabilis	91. 2.
Derideri sinuntur iusti & haberi ludibrio	69. 1.
Iudas pusilli nimium animi	41. 1.

Sententiarum.

Pettus contrà, lachrymis conciliatur	Ibidem. 1.
Inimicitie in homines vitanda: virtus autem continenti studio prosequenda	85. 2.
Insultare in alienam calamitatē, est temerè insolescentis & mentis parum syncere	70. 1.
Ionathan synceriter dilexit Dauid præ vxore	132. 2.
Insultans alienę calamitati, in similem finitur labi	80. 2.
Non insolescendum animo	66. 1.
Iustus Deus vt diligit iudiciū, ita in metiendo iustitiam	101. 2.
Non est ingenuè Christiani inuidere cuiquam	77. 1.
Iudicij extremi rigor recogitandus	68. 2.
Insomniis quatenus habenda sit fides	116. 1.
Iracundia sua malignitate subuertit seruos Dei	153. 1.
Incontinentie omnis patroni diuigentium	30. 1.
Inuidus pallore maceratur, cum interim inuidiosus mirè promouetur	76. 2.
Inobediens lignum est obtortum	55. 2.
Inquilinis nobis frugalitas vite & virtus necessarię	19. 2.
Per innocentie callem sancti inceserunt	73. 1.
Insidias in se fratrum Ioseph non vlscitur	73. 1.
Ingratitudinem Iudaicam fugiendam	165. 2.
Imago Christi vt exprimenda in nobis	158. 2.
Pro quamlibet inimicis orandum	95. 2.
Inuidie lues quàm vitanda sit, docet exitus Caini	77. 2.
Iudicij æquitas ad omnes pertinet	100. 2.
Quæ citra accessionem iuramenti fiunt vel dicuntur, maiorem fidem impetrant. Intellige de iurantibus per assuetudinem & abusum	86. 1.
Nemini insolescendum ob acceptam gratiam	67. 2.
Daniel adolescens patronus castitatis damnat seniores ob incontinentiam	28. 1.
Infantilis simplicitas & innocentia	129. 2.
Inimicis salutem peccati sunt Stephanus & Iacobus	164. 1.
Ira vt ab affectione eximaris, nudus	25. 1.
Inimici subiugale subleuandum	73. 1.
Impigri simus ad obseruationem mandatorū vt legitimi filij.	52. 2.
In Christum à cruce pendentem insultarunt Iudæi	80. 1.
Iniuriæ acceptæ memoria remittenda	74. 2.
Probatio per tria similia	Ibidem. 2.

Elenchus

Inuidia stimulat Saul quò atrocius persequebatur Dauidem, is tãtò crescebat, & confortabarur	77. 1.
Helias ieiunio tantodem gloriam Domini spectauit	11. 2.
Iniuriam nemini inferendam lex vetus sancit, noua hortatur illatam vt toleres cum actione gratiarum	163. 1.
Iudicium feruet homo omnis compos liberi arbitrij	101. 1.
Ira expugnata difficilis	33. 2.
Innocentiam tuetur Iob, afflictus quoque	73. 1.
Ira quàm sit molesta in procinctu spiritali constituto	34. 1.
Ira radicem si excideris: iam non odium erit, non inuidia progredietur ad opus	74. 1.
Ieiunans ne sit hypocrita	11. 2.
Iudei in suos prophetas ingrattissimi	73. 2.
Ira & indignatio stultitiæ nepotes	34. 2.
Inimici duplici sunt iuandi benignitate	74. 1.
Ira intèpestiua est omnis, nisi aduersus improbas affectiones.	34. 1.
Qui alterius inuidet promotioni, audit sibi dicentem Dominum: Da huic locum	77. 2.
Infomniis fidem non habendam, nisi ad sit discretio spirituum, cum sint multiformia	116. 2.
Iniuriarum tolerantia exeri vult Christi discipulus	163. 2.
Ieiunium monachi est, vt mensulam contrahat ad cibum vniformem	10. 2.
Ieiuniis corpus suum Apostolus subigebat	11. 2.
Inuidia à diabolo in Cainù, ab hoc in Dominicidas tráslinuit.	76. 2.
L.	
☉ Lachrymę meretricem, Petrum, Ezechia cõciliarũt Deo.	148. 2.
Labores secundum Deum & animę pariunt salutem & sospitatem corpori	120. 2.
Lachrymę mel sunt cordi, ante Deum sunt thymiana	149. 1.
Lachrymis Anna Samuelẽ & altera Anna Mariã pmeruit.	149. 2.
Laborandum, sed cum discretionẽ & consilio	121. 1.
Laus Dei nulli non homini competit, magis Monacho	143. 2.
Lachrymarum p̄fidio obtinetur vitę correctio	149. 1.
Laborum qui secundum Deum sunt, quanta cõmoditas.	120. 1.
Lętitia spiritalis est habentium charitatem & perfruuntium p̄fentia Spiritus sancti	166. 2.
Lędenti fratri suffragemur exemplo Dauid	73. 1.
Lex data homini in adiutorium est, ceu ferrum agricolę ad purga-	

sententiarum.

tionem plantę	110. 2.
Pars vna corporis aspersa si est lepra, altera autem sincera: totum tamen corpus censetur immundum	17. 1.
Lenitas siue placabilitas fonti confertur	152. 2.
Lampas vitę sanctioris cautim seruanda	159. 1.
Ligata super terram, & in coelis ligantur	171. 2.
Longanimitas laude cum primis digna	152. 2.
Loganitem Spiritus sanctus inhabitat, ab iracundo refilit.	152. 2.
Loquendi libertas immodica, abominatio	21. 1.
In luctu se sancti exercuerunt	125. 2.
Per luctum stola nuptiali reuestimur	126. 1.
Luctus æterni gaudij pararius	125. 1.
Luctus perpes quibus donetur, & quid operetur	125. 1.
Lux diuina quoties affulget menti, actio gratiarum reddenda Deo est	43. 1.
Luctus paupertatis consors	125. 1.
M.	
☉ Mansuetus quàm fuerit Dauid in inimicos	43. 2.
Mandati obseruatio vt hominem prouehit ad cœlum, ita & præuaricatio letale vulnus affigit animę	160. 2.
Sola est malitia quę nos à Deo diremit & homines à charitate auulfit	75. 2.
Diaboli malignitas ad iracundiam prolicientis	153. 1.
Mandata coherent, quasi annuli Catenę	95. 2.
Malum malo non repensandum	73. 1.
Domini mandatum æterna est vita	94. 2.
Mandatorum obseruator, templum efficitur Dei	161. 1.
Mansuetudinem docent amplectendam delphines	162. 2.
Mansuetudinis merito Moses famulus Dei, Dauid item.	162. 1.
Mansuetudo Dauidis erga Absalonem & Semei	162. 2.
Ne simus mercenarij aut operarij dolosi ventri seruientes	52. 2.
Menti nostrę inserta est discretio qualiscũq; virtutis & vitij	101. 1.
Mendacij nullum in Domino vestigium deprehenditur	89. 2.
Quod fit vni membro, fit capiti Christo	127. 1.
Mendacium interdicitur Christianis	60. 1.
Mens sensuum moderatrix, ceu rex satellitio milite stipatus suapte conditione bonus	101. 1.
Mentis quod rectum iudicium	Ibidem. 1.
Mens nuda à concretionẽ materię exhibenda Deo	93. 2.

Elenchus

Mendax claudicat à rectitudine vię	60. 1.
Mendax eludit Dominum & est prædo Dominicę veritatis.	89. 2.
Mentis quod iniquum indicium	101. 1.
Mendacium qui profert inquinat cor & os: veritatem qui loquitur, animam sanctificat & os & corpus ipsum	88. 2.
Mentis puritas adimit mortis metum	181. 1.
Myro cur fuerit Dominus caput perfundi	3. 2.
Militiæ nostrę stipendia expectamus à Christo	127. 2.
Minister ad opus Dei sit sedulus	122. 2.
Militis spiritualis strenuitas	143. 1.
Vt miles ignauus, ita iners monachus	55. 2.
Monacho breuiloquentior opportunior, cum secularibus, necessitas si vrget	40. 1.
Monachus edacior proprij est tributarius ventris	6. 2.
Monachis mulieris consuetudo, mors presentanea	25. 2.
Modestia ac mansuetudo promouit Dauid ad regnum	68. 1.
Monachus ne sui quidem potestatem habet	158. 2.
Monasterij septa ipso nomine arcent nos à mulierum congressu familiarium	24. 2.
Ab horrore mortis ad cogitationem gratiæ diuinæ mens est reuocanda	131. 2.
Inuitat nos Dominus ad modestiã dicens, Quando inuitatus &c. 5.	2. 2.
Monachi in vsus pauperum dispertiantur, quæ supersunt à necessariis	20. 1.
Monachus seculares vitet, ceu Caprea laqueos.	140. 1.
Ex monacho reddit apostatam	39. 1.
Monacho cur declinandi seculares	139. 2.
Monachi non est eneruare arreptum propositum per mulierum familiaritatem	22. 1.
Monachus silentij amator, dilectus Deo	141. 2.
Monachi cõuersatio ex omnium renunciatione & abdicatione facultatum declaratur	123. 2.
Monachus superbus arbor infrugifera	63. 2.
Monachus prudens imitatur apem	62. 1.
Monachos tentant maxime demones.	122. 1.
Monachi verè pauperis quanta libertas	124. 1.
Mulierum colloquijs assuetus Monachus perinde est ac vermis in ligno, tinea in vestimento	24. 1.
Vt oleum, splendorem alit lucernę: ita colloquium mulieris, volupta-	

Sententiarum.

tis accendit ignem	22. 2.
Murmuratoris & patientis antitheses	44. 1.
Munerũ captator, lucripeta, auarus & scenerator, quatuor hi eundem trahunt currum. Superbię princeps, prædux & auriga est.	13. 2.
Mulierculis cantillantibus assidere, vix aliud peregrinatio in commodum est monachis	24. 1.
Mulieres duæ Sampsonem ad extremã cladem perduxerunt	
Mulieris Bethsabæe, Dauid inardescens concupiscentia quantum malorum adiit, vt eam opere expleret?	23. 2.
Murmuratio in eum cadit, qui improbè cum vixerit, à se etiam excusfit timorem Dei	44. 1.
Murmurator Iudæis assimilis	44. 2.
Mutuo & commodato dare quid vtendum fratri lex charitatis iubet	15. 1.
Mulier pio vitanda	22. 2.
Mulieris solus aspectus telum letale est	Ibidem. 1.
Mundus ad imaginem transit infomni	20. 1.
Mulierum congressus quid boni apportet, vide	24. 2.
Munerum captatores, iniqui sunt Dauidi	14. 1.
Murmurandum nullo pacto est	44. 1.
Mulierum ab aspectu coercendi oculi	29. 1.
Murmurator seipsum perdit, Detractor & se & audientes it perditum	45. 1.
Mundo vtendum, non abutendum	20. 1.
Mulieris congressus viro virtus presentaneum	22. 2.
De mulierum concupiscentia altera similitudo	22. 2.
Murmurator vitandus	44. 2.
N.	
Necessitates corporis & animæ in Deum proiciendę	14. 2.
Note quibus internosci queat alterutrius presentia	83. 2.
Efficacia nominis Christi	181. 1.
O.	
Obscuritas solitarij illustrior splendore hominum seculariũ.	18. 2.
Obedientiã vitam, mortẽ parit inobediencia. Probatum exẽplis.	54. 2.
Obediens omnia adscribit glorię Dei	56. 1.
Obediens viuit curę omnis liber	56. 2.
Obedientię finitio duplex	56. 2.
Obediens sedulo Dominum imitatur	56. 2.
Obedientiã arrogantię contemptrix	56. 2.

Elenchus

Occupationem Deus homini dedit, pro permisit	126. 2.
Odisse iubemur Madianitas, & impuros spiritus	75. 2.
Diabolum vt oderis, licet, nostrę salutis oforem	79. 1.
Nemini fas odisse comparem & cohęredem cęlorum	79. 1.
Operarij verbi diuini	171. 1.
Operi cuius finis imponitur per patientiam, orationem, obedientiam & spem	78. 1.
Opportunitas in omnib9 spectada preterquam in oratione.	126. 1.
Oravit David aduersus intellectuales inimicos. exemplo est Saul & Absalon	76. 1.
Oratio sincera, vt pullus Aquile	146. 2.
Oratio quam comitantur lachrymę & humilitas	149. 1.
Orationis & ieiunij p̄sidio Anna impetrauit Samuelem.	11. 2.
Orationis laus hyperbolica	146. 1.
Orationis iugitas similitudine triplici sancitur	147. 1.
Orationis encomion	146. 1.
Orationi quę accommoda	146. 2.
Olor fratris & Deo inuisus & homicida	78. 2.
Olores nostros vt deamemus: a Domino petendum	79. 2.
Otiosiloquij origo	50. 1.
Otiosa verba quę	Ibidem. 1.
Otium parens concupiscentię, acedię & desperationis	98. 1.
Otium vt vites: teipsum, non alios explora	50. 1.
Otij quanta malignitas	120. 2.
Oues pastoris annutu ducuntur & reducuntur	175. 1.
P.	
☩ Pandecten cur librum hunc inscripserit	88. 1.
Patri spirituali honor exhibendus	151. 2.
Patientia caput bonorum omnium	105. 2.
Patientię est vñdecunde imminentes perferre conflictus	105. 2.
Apathian circa passiones immobilitatem omnimodam non posse in vita hac obtineri, quod est contra pelagium	108. 2.
Pastori vę non requirenti erraticam ouem	172. 2.
Pauper vitet diuitem violentum	54. 2.
Pastoris veri exemplum edidit Ioan. euang.	172. 1.
Pastoris lenitas quā ad obedientiam reuocat ouem deerrantem, habet gratiam apud Deum	157. 1.
Pacituendę accommoda Parenesis	129. 2.
Parentes iuuandos vel vptę suo docent exemplo	150. 2.

Sententiarum.

Proxymii infusione humidorum curandi	157. 1.
Patiens verę cum gaudio sustinet sibi extorta	163. 2.
Pastor medicum imitetur, sed expertum	154. 2.
Parentes honorandos ipse docet naturę tenor	150. 1.
Paulus ad noctem in tempestam cur sermonem extenderit, ex actibus Apostolorum	140. 1.
Pastor totus sit mens & oculus, ratio	154. 2.
Pastoris ad gregem legitima functio	156. 2.
Patientia & Agon vincunt diabolum	107. 1.
Patientia singularis Iob	165. 2.
Pastor aduigilet gregi exemplo Iacob	156. 1.
Patientia David quanta erga Semei	106. 1.
Pastoris veri insigne	172. 1.
Pacifici cū hoste & assentire obscenę cogitationi nimisquam periculolum	112. 2.
Pastor & se & oues p̄muniat, cum certō norit se rationem nō perfunctoriam esse repositurum	172. 2.
Pastor ne suos errores in oues reiiciat	172. 2.
Pecunię cupidus mari assimilis	12. 1.
Pecunię cupientioem & sectatorem voluptatum impossibile sit viuere secundum Deum	12. 1.
Pœnitentia indiga est Patientię, quin & virtus nulla perfici sine hac possit	105. 2.
Pecunię amor peruicax & expugnatu difficilis, perniciosus quoque	12. 1.
Pecunię inhians monachus operarij vigil: at contemptor pecunię orationi & lectioni vacat totus	12. 1.
Pectoris pars intima Deo offerenda, renes item, Caput cum pedibus, teipsum offer	169. 2.
Peccata donata redeunt negligentibus	121. 2.
Persequi inimiciter fratrem, nefarium	75. 1.
Pecunię auiditas lepra est, scelus & abominatio	12. 2.
Hominum mundi consuetudo est persequi sanctos	79. 2.
Pœnitentia legatio peccatoris est apud Deum	103. 1.
Peccator non hic punitus, illic punietur	120. 2.
Pes si illiserit, ad eō non insultat manus, vt medeatur	80. 1.
Pecunię cupiditas malorum radix omnium	13. 1.
Pœnitentia salutare sarciendę vitę pharmacum	102. 2.
Piger ceu fucus aliorum perdit labores	55. 2.

Elenchus

Pigritia comes nequitie	52. 2.
Quam vitanda sit pigricies	53. 2.
Pontifex pascens gregem, Os Domini	171. 2.
Pontifex qualis esse debeat	170. 2. & seq.
Pontifex teletarches est & Hierophantes	170. 2.
Pufillanimitas mater est spei, qua in hoibus stultè cõfidimus.	137. 1.
Pufillanimitate corruerunt Iudei	118. 2.
Virginitatis custos pudor	32. 1.
Prue volutati renuntiasse, species est martyrij: est & victima.	56. 2.
Præsumendum nihil de propriis viribus	138. 1.
Primitiarum solutionem nec paupertas excusat, Exemplo est sancta vidua	169. 2.
Privata commoda, communia efficit charitas	82. 1.
Prælatus imitetur medici prudentiam	155. 1.
Prælatus nullam habiturus est sui peccati excusationem	154. 2.
Præesse fratribus non cuiusvis est functio	156. 1.
Prælatus ad flagra spiritualia paret se	155. 1.
Primitias exsoluebant Monachi ex omnibus	168. 2.
Prælatus aduersum peccantem ne moueatur	155. 1.
Proximo remittere Domini vrget mandatum	94. 2.
Prælati industria suum gregem præmunientis	154. 2.
Prælatus ne premat silentio errata subditorum	156. 1.
Prandium moderate sumptum, honestum censetur	6. 1.
Præses quod præeat opere, non nomine	155. 2.
Psalmodie vis quam efficax	144. 2.
Psalmodia siue memoria illatę iniurię offerendā Deo est	145. 2.
Psalmodia, Canon est monasticę vitę	145. 1.
Psalmodiam negligentis quantum periculum	145. 1.
Psalmodia quid, & monachi functio	144. 1.
Psalmodia incorporearum virtutum opus	143. 2.

R.

Radix auaricia si manet, nequicquam refecas ramos. Alicunde emergent alij	12. 1.
Renuntiaturus mundo à visibilibus ad inuisibilem transcribat mentem	157. 2.
Renuntiatio libertatem parit & paupertatem nullis peruiam infidijs	124. 2.
Minimum conueniunt renuntianti mundo studium inanis gloria	

sententiarum.

& cura carnis	19. 1.
Idem reuocatio, resurrectio, restauratio, ac reformatio, firmitas & protectio	43. 1.
Renuntiationis perfectio spe nihil dubia paratur	158. 1.
Reprehensio atrocior plerumq; ex superbia	90. 2.
Risus solutior nulli conuenit Christiano	131. 1.
Omnia minimè conuenit monachis	Ibidem. 1.
Risum & elationem tollit peccatorum cogitatio	132. 1.
Per rotam natiuitatis signantur vitæ istius momenta	47. 2.
Regnum cupienti à quibus abstinentium	183. 2.
Regnum cœlorum quibus studiis paretur	Ibidem. 2.
Regno pro temporali quam multa tolerantur	Ibidem. 1.
Regnum cœlorum quanta vi extorqueatur	Ibidem. 2.
Regnum ad cœlorum reditur obseruatione mandatorū Dei.	183. 1.
Regno pro cœlesti quanta nobis toleranda	Ibidem. 1.

S.

Sacerdos pro propriis primum, dein pro populi peccatis offerat Deo sacrificium	170. 1.
In sacris literis nihil frustratorie aut temere posuit Spiritus, sed ad communem omnium salutem spectant	102. 1.
Sapientia & intellectus tuentur iudicium	100. 1.
Sacerdotes suum imitentur pontificem, vt pontifex est imitator Christi, formula præscribitur	173. 2.
Secretum vt fideliter penes te contineas, principio habet laborem: demum dulcedinem reddit continenti lingue	87. 1.
Serpentis prudentia, imitanda est columbe simplicitas: sed & Naucle-ri sagacitas	157. 1.
Secretum ei committendum quem noris fidei esse indelibatę.	86. 2.
Secretum ne conthorali quidem committendum docemur exemplo Sampsonis	87. 2.
Secretum herile penes se condit seruus, fidelis si est	87. 1.
Secretum non temere cuius committendum	87. 1.
Seculares vitando probatur similitudine	139. 1.
Secretum amici qui prodit, vix vnquam conciliatur	86. 2.
Sermonis immoderati affectus in eos cadit, quos Deus odit, exemplo Ozam	21. 2.
Secretum sibi commissum reuelans, proditor	86. 2.
Secretum nullo pacto euulgandum	85. 2.

Elenchus

Senectutem venerabilem	151. 2.
Silentium virtutes quatuor si comitantur, quàm sit efficax.	141. 1.
Silentio docemur à malis interquiescere	141. 1.
Silentij quàm operatoria virtus	141. 2.
Similitudo à lapide in aëra contorto	62. 1.
Similitudo elegans ab imbre petita	7. 2.
Similitudo à virgine ducta	139. 2.
Solitariam vitam professi prorsus vitent mulieres	22. 1.
Solitudo silentij & tranquillitatis mater	141. 2.
Sobrietatis & parcimonie cum peruigilio virtus quanta	142. 2.
Solutio rei perplexæ à Deo petenda	100. 1.
Solitaria, hoc est angelicæ vitæ quæ methodus	158. 2.
Per superbiam animi insolescentis finimur in spiritum incidere blasphemie	66. 2.
Superbi memoria bullæ in morem deperit momento	64. 1.
Subiectio religiosa sua se exuit voluntate primū, induit se documentis Christi, tollit crucem	159. 2.
Sui ipsius curam qui obit attentè, aliorum securus, mentem habet ad Deum arrectam	83. 1.
Sui ipsius attentam gerere & continentem curam, arduum quidem sed salutare	83. 1.
Superbus totum diabolus in se excipit	64. 2.
Superbia ceteri vitiosi affectus nati	98. 1.
Superbie similitudines aliquot	63. 2.
Superbia maximè impugnat studiosos	63. 2.
Subiectionis amator ab omni se mortificet temporaria	159. 2.
Sufurro & detractor complices sunt	46. 2.
Superbia cæteras perturbationes vincit	63. 1.
Subiectionis amator sit, vt vestis apud fullonem	160. 1.
Superbie tyrannis similis tyranno est	64. 2.
Scriptura sacra non nihil eget sermone morali, pbatur à simili.	88. 2.
Scandali. i. offenculi ne quam occasionem vlli exhibeas, tibi summo opere aduigilandum	70. 2.
Scintilla adhaerescens diu paleis erumpit in flammam : ita & memoria mulieris	22. 2.
Scientie boni & mali lignum quid fignet	99. 1.
Sciens voluntatem Domini, nec faciens, vapulabit multis	2. 1.
Scandalum modis omnibus vitandum	25. 1.
Spes coniuncta fidei operatoria fructus	3. 2.

Sententiarum.

Profert trigessimum, sexagesimum & centesimum	3. 2.
Spei solide anchoram non finit à se auelli quantiscumque tentationibus afflictæ anima, generosa si est	41. 1.
Spes adiuncta fidei vt illa Sunamitis excafcacit David, senio defefum	4. 1.
Spiritus sancti presentie argumenta	140. 1.
Spiritus sanctus temperie loci se oblectat	153. 2.
Spiritus noster vt expurgandus, per simile	130. 1.
Spiritus sancti gratia auersatur mutiloquium	141. 2.
Spes tota in Deum proicienda est	137. 1.
Spe inconcussa Domino adhaerendum	41. 1.
Spem in nullum præterquam in Deum reclinandam	136. 2.
Spe nixus Enos primus inuocauit Dominum	4. 1.
Speculatoris munus quale	171. 1. & 2.
Spes magorum & hemorrhouse imitanda	137. 2.
T.	
Tentatio si qua ingruerit, excipienda est cum patientia & gratiarum actione	119. 1.
Temere loqui & se efferre apud Deum & homines caret gratia.	21. 2.
Per ventris temperiem minuuntur affectus turbulenti animarum.	6. 1.
A quibus non temperandum	107. 2.
Temperantia duplex	107. 1.
Tentationum tolerantia plectuntur coronæ	119. 2.
Tempus flendi, ridendi, pacis, belli	126. 2.
Tentationes hæc tres instruxit diabolus aduersus Christum, à quo reiectus est	111. 2.
Tentationes inefficaces ieiuniis & orationibus	111. 2.
Tentationem vincere commendabile	114. 1.
Temperandum à quibus	107. 1.
Tenacitas filia pusillanimitatis	14. 2.
Temeritas oræ Mariæ & filiorum Scenæ	174. 1.
Temeritas vitanda exemplo Oziæ, Saulis & demonum profitentium Dominum	174. 1.
Theologia vera & lachrymarum operatio	181. 1.
Theologia quæ legitima est, primitias confert beatitudinis	181. 1.
Timor Domini conferit manum cum vitis	178. 2.
Timor Dei castus ex meditatione, oratione & cõpunctione.	149. 1.
Timor Dei repubescere facit animam &c.	21. 1.
Timor Dei quàm sit efficax	178. 1.

Elenchus

Timor Domini parens prudentię	179. 1.
Timore Dei pertingitur ad charitatem	178. 1.
Tollere crucem est spiritaliter viuere	1. 2.
Tristitia omnis & afflictio fortiter ferenda	36. 2.
Cur id: pro gloria Dei & quia debitores	Ibidem. 2.
Mentis tranquillitatem docet similitudine per immoderata locutionem	140. 2.
Tristitia inserta Spiritus sancti domicilio non finit puram esse orationem, vt acetum aqua permixtum	37. 2.
Tristitia tolerato agone, gaudet animus patientis	37. 1.
Tristitię similitudines ductę a plumbo & argento per conflationem	36. 2.
Tristitię incommoda	36. 1.
Tristitia affecti & egrescentis similitudo	36. 2.
Tristitię repugnandum praesidio orationis & patientię	36. 2.
Tristitię finitio	36. 1.
Tristitię victor, qui & affectus vincit	36. 2.
Tristitia continenti laborans non est contemplationi idoneus.	36. 1.
Theologia duplex, vnita & discreta	3. 1.
Trinitati vt offerenda oratio	146. 1.
Tristatur subinde mundi amator	36. 2.
Tristitiam esse vitandam, ratio	35. 2.
V.	
Vana gloria & voluptas radices sunt omnis malitię	61. 1.
Vaniglorius exosam habet Dei gloriam	61. 1.
Vana gloria modis innumeris aggreditur hominem Dei, sibi vt cõsentiat	61. 2.
Ventris intemperies exaggerat voluptatis illicem materiam. Similia aliquot	6. 2.
Verecundia secundum hominem, reprobatur	92. 2.
Veritatis Spiritus inhabitat veridicum	89. 2.
Nullus ex ore hominis prodeat sermo, qui non veritate suffulciatur	89. 2.
Verecundia secundum Deum, probatur	92. 2.
Vestimenta candida & oleum in capite, quid	126. 2.
Verecundię bonę specimen edidit Publicanus	92. 2.
Ventri addictior gloriatur, quod ventre sit capaci	6. 2.
Vt veridicus seruus est veritatis: ita mendax maniceps diaboli est	60. 1.

sententiarum.

Violenti in subditos, rapinam deputant venationem, piscium more	54. 1.
Vt venter suis ventricolis Deus est, ita auaro & aurtum	12. 2.
Veritatis amator oret sibi prerogari cognitionem germanę veritatis	88. 2.
Verecundia inter Deum, nosq; sequestris	92. 1.
Verbo tuo prodesse vt possis, postula id tibi prerogari a Deo verbo	85. 1.
Venter immodico cibo suffarcinatus, nauis est onere grauata	6. 1.
Visitatio, hospitalitas, & amor pauperum contubernales, sed & furniculus triplex ac triluminare candelabrum	135. 2.
Vita hominis cur <i>παρὰ τὴν γῆν</i>	41. 1.
Vita eterna, pretiosissimum margaritum	124. 1.
Vigilię aduersario letale vulnus affigunt	142. 2.
Virginitatis aditus patet Christianis per Christi aduentum & expromptam voluntatem	30. 1.
Virginitas ante legem & sub lege inuentu fuit rarissima	29. 2.
Virginitas inter gentiles & philosophos inlyncera fuit semper	30. 1.
Vigilię, scutum aduersus machinas diaboli	142. 2.
Virgo lampadi in fundat oleum obedientię	32. 1.
Virgo Ioannes baptista medius vtriusque testamenti, amicus item sponfi	30. 1.
Virginitas Ioannis vtriusque imitanda & Pauli Timothei item ac Barnabę, Helię & Helisę	159. 1. Ibidem. 1.
Visitandi energumeni, quomodo	135. 2.
Vino modico vt profuerit, propter infirmitatem	7. 2.
Virtutis cultori que exercendę virtutes	157. 2.
Virginitas angelicę puritatis emula	29. 2.
Virginitati tuendę, asciscendę comites alię	30. 2.
Virginitatem Christianis inuidet Iudei	30. 1.
Virginitas integritate angelis ac Deo propinquat, ceteris partibus temperantię superior	29. 2.
De visibilibus differenti Domino malę fidens, qui credere poterit de inuisibilibus loquenti	14. 2.

Vita præfens certaminum stadium, vt futura est præmiorum ac victoria	158. 1.
Victoria aduersus passiones Deo adscribenda	26. 2.
Virginitas Iudæis inuisa	30. 1.
Vocat nos Dominus, inuitat & hortatur per prophetas & apostolos	177. 1.
Voluptuosi cor hora exitus carcer & catena fit animæ: anima autem diligentis laborem libera euolat	98. 1.
Propriæ voluntatis præcidendum præceptum	97. 1.
Voluntates propriæ dispungendę discipulo Christi	160. 1.
Vulnus non omne eodem curatur emplastro	157. 1.
Nemini qui Christianus fit, licet se auellere ab vnitate ecclesiastici corporis	109. 2.
Vsurarij quidam præter animæ dispendium etiam sortem elocatę pecunię perdididerunt	16. 1.
Noë expers vsus vini, eo madidus, derisui patuit	7. 2.
Vsurarij execrabiles, abominandi	16. 1.
Vsurarius non contentus sorte, accessorium petit	16. 1.
Vtrunq; vnde exoriatur	68. 2.
Z.	
Zelum habet sed inuidiæ omnis exortem vitæ synceritas	77. 1.
Zachariæ patris præcursoris imitabilis vita	170. 2.

Anagnostæ Ioannes Ruremundanus

Ἐν ἀρχῇ.

Imposituri Catastrophen Deo bene fortunante non vsquequaque infelicem præclaro huic operi (quod nunc primùm & versum & typis hifce nō inelegantibus excusum omnium primi euulgamus) submonuimus interpretem, vt si qua inter legendum occurrerent digna animaduersione, ipse sibi priua autoritate esset Aristarchus. Conditionem hanc vltro delatam non illibenter subiit. Hęc itaq; occurrerunt emédabilia. In primis, Græca quędam assuta margini non suo semper loco posita sunt per formulariorū præproperam incuriam, vt illud est Folio. 1. pag. 2. *σεροί τῆ ἀϊσῆ*. Latina perpauca sunt, vt est fol. 2. pag. 2. linea 10. Ipsum vnum, dic, ipsi in vnum. Fol. 3. pag. 1. docete. admittunt, pag. 2. indices iudices. Ibidem, myro. 1. vnguento. Fol. 6. genuina, in superscriptione, pag. 2. pro, de Abstinētia, lege, De ingluuie. 9. 1. pecuina ac rationis experte. Illud. 10. 2. linea à fine. 11. at ne si bis, lege, at si ne bis quidem, 22. 2. vtq; vtq;. 23. 1. ad marginem, Plānocius, Phauorinus. 24. 2. semet, semel. 50. 2. pro fortitudinis, formidinis. 53. 1. li. 7. nubes puluis pedum. Iuxta fidem exemplaris, *νεφέλη κονιορτός* nubes puluis. 57. *† ὄβρα*, lege *φόςβρα*, vt referatur ad illud infra. 5. lineā, in timore dei. 58. 2. Gangrenā, 62. 1. venui. 66. 2. orneris. 77. 2. recubitu. 93. 1. augustissima. 2. adsciscat. 98. 1. li. 3. humanū, filias hominum. 172. 1. natię idolis, lege indolis. Refederunt fateor, alicubi neui aliquot: sed & hos consultō omisimus vt cognobiles ac proinde emédabiles vel mediocriter doctis. Bene vale lector & tuum Ioann. fac redames. 1 5 4 3.

Ee ij

Ἰ. Ἐἴ τις θέλῃ ὀπίσω μου ἕλθῃν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν καὶ ἄρατω τὸν
 σαυτὸν αὐτοῦ, Ἐὰν οὐ θέλω με.

μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ ὄκῳ σου.



Christo confixus sum cruci.

✠ Distichon interpretis Cartusiani.

✠ Christe, tuum supplex Cartusia numen adorat:
 Præcidit ad sacræ signa uerenda crucis.